



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

Wm. M. Feb



49

neq<sup>o</sup> mors, neq<sup>o</sup> uita, neq<sup>o</sup> Angelus,  
neq<sup>o</sup> principatus, neq<sup>o</sup> potestas,  
neq<sup>o</sup> instantia, neq<sup>o</sup> futura,  
neq<sup>o</sup> altitudo, neq<sup>o</sup> profunditas,  
neq<sup>o</sup> aliq<sup>o</sup> creatura nos sepa-  
rat a dilectione Dej,  
quae est in Iesu christo.

Rom: 8.

quod new doga. apia'

fflo



comedia latine tom. 3. —

866380

OPERV M POETICORVM

N I C O D E M I  
F R I S C H L I N I , P O E T A E ,  
O R A T O R I S E T P H I L O S O P H I ,  
p a r s s c e n i c a : i n q u a s u n t  
C O M O E D I A E S E X :

R E B E C C A ,  
S V S A N N A ,  
H I L D E G A R D I S ,  
I V L I V S R E D I V I V S ,  
P R I S C I A N V S V A P V L A N S ,  
H E L V E T I O G E R M A N I .

T R A G O E D I A E D V A E :

V E N V S ,  
D I D O .

*Ex recentissima Auctoriis emendatione.*

S A P I E N T I A



C O N S T A N S .



Cum Pruslegio Cæfario.  
Excudebat Bernhardus Iobin: 1592.

*Giraud*



**SERENISSIMO  
PRINCIPI AC DOMINO,  
D. CHRISTIANO IIII. FRIDERICI  
H. Filio, Christiani III. Nepoti, Friderici I. Pro-  
nepoti: Designato Regi Daniae, Noruegiae, Vandalorum &  
Gottorum: Duci Holsatiae, Slesuici, Stormariae & Dit-  
marsiae: Comiti Oldenburgico & Delmen-  
horstiae: &c. Domino suo cle-  
mentissimo,**

**Vita, Salus & Victoria;**

**L**EVIMVS extinctum lugubri voce parente,  
  Ut primum terris rumor abiisse fuit.  
Cimbrica nam tanto gens agra superstite,  
  semper  
Floruit: heu quantum mors rapit ista bonū!  
Nam prius haud ullo se plus iactauit alumno  
Dania: quam Diui Regis honore sui.  
Illiū aeterno manet indelebilis ævo  
Gloria: mors nihil hic quid male lēdat, haber.  
Gratia sit superis: quorum bonitate fideq;  
Successor patri filius alter adest:  
Nōmine auum referens, animo & virtute parentem:  
O quantum est illud, numine dante, bonum!  
Namq; Dei munus sunt regum sceptra piorum:  
A patribus qua hæres natu habenda capit.

(:) 2

## DEDICATIO.

Ille thronum stabili fulcit munimine solus:  
Ille etiam transfert regna potente manu.  
Vidimus o quoties regum pereunte priorum  
Stirpe: suas alio sceptra tulisse vices.  
Armorum quoties regnis marentibus horror  
Ingruit: externa qua rapuere manus.  
Felix o igitur, felix, multumq; beata  
Dania, tranquillo cui licet esse loco!  
Nam quantisper habent regali a stemmate reges,  
Vis nihil in Danos Martia iuris habet.  
Sed placido florent artes Aquilone sub ipso:  
Et Boreas Zephyro est mitior atq; Noto.  
Tum nova finitimi cum Cimbris fœdera iunguntur:  
Inq; suam redouent pristina secla viam.  
Ipse ego, quantumuis humili caput effero tecto,  
Gratulor hoc Danis prosperitatis opus.  
Ut q; pio quandam sacraui hæc nostra parenti  
Comica: sic eadem do tibi CHRISTIADE.  
Cernere non licuit FRIDERICO hæc ludicra Diuo:  
Inuida quem fato mors properante tulit.  
At viuo tibi, CHRISTIADE, licet ista tueri,  
Si libet, & defunt otia nulla tibi.  
Fallor, an aspicies aquis opus istud ocellis?  
Non fallor: natus par patris esse solet.  
Viue, Vale: folio te CHRISTVS honoret aucto:  
A quo conveniens nomen & omen habes.

Brunswigæ. Cal. April. Anno 1589.

Regiæ Tuæ Maiestati  
subditissimus,

Nicodemus Frischlinus.  
DIVO



DIVO FRIDERICO, RE-  
GI DANIAE, SVECIAE, NORVEGIAE,  
Vandalorum & Gotthorum : Duci Slesuici,  
Stormarie, Ditmarsi: Comiti in Oldenburg &  
Delmenhorst : &c. Domino suo  
Clementissimo,

NICODEMVS FRISCHLINVS

S. P. D.

**I**Ctibi det, quicquid solida virtute me-  
reris, (mo:  
Christus patre Deus, matre perennis ho-  
Hac Frischliniaci capte sacra poë-  
mata socii,

O Rex, nō ipso, quem regis, orbe minor.

Vile quidem donum, sed ab aqua mente profectum,

Nec studijs impar Rex Friderice tuis.

Nam tu Palladias etiamnum diligis artes,

Totq; inter turbas carmina docta legis.

Tu misera tristes hac tempestate Camœnas

Respicis: atq; tuum munus id esse putas.

Rara hec in medijs ales intervalat aulis:

Que faciles libros curet, & artis opus.

Maxima pars hominum, magnos sectata penates,

Ingenuis prefert comoda vana bonis.

1. 3

P R A E F A T I O.

Ergo alijs venatur opes, fulvumq; metallum:  
Clarus ut in Tyria murice vestis eat.  
Appetit hic laudes, & magni nomen honoris:  
Hic genio indulget, delicisq; gulae.  
At tu contentus insanae lusibus aule:  
Hæc studia, has artes, qua decet, arte colis.  
Vtq; colis, sic & mentem demittis in illas:  
Nam tribus doctis tempora multa libris.  
Scenica cum primis te delectare theatra  
Novimus, & socci verbâ iocosa mei.  
Nam totas ajunt te spectauisse per horas  
Comœdum, & nostros ritè notasse iocos.  
Catera magnorum proles indocta penatum,  
Explodit sannis optima quæq; suis:  
Iudicijq; expers, quæ non intelligit, odit:  
Et strepitu, Musis quam sit amica, docet.  
Sed quò nostrorum mores? qui turpia solùm  
Tractare, & Veneri iungere vina solent.  
Noster amor Reges diui, diuinaque docti  
Munera: quos sacrae Pallados urget amor.  
Qualis Christiades Danis Rex inclitus oris,  
Ille tuus genitor, Rex Friderice, fuit.  
Qualis es ipse, alijs multis præstantior unus,  
Sive Latina velis, sive Pelasga loqui.  
Ergo tibi nostrum, Rex, hoc commendo poëma;  
Quod socco vinxit nostra Camæna suo.  
Sacrum argumentum partim, partimq; profanum:  
Aptaq; materies risibus, apta iocis.  
Prima Rebæcca venit, socco deuincta Latino,  
In Canaan Abryüs sponsa petit a locis.

Isacus

P R A E F A T I O

**I**sacus hanc magno venientem expectat amore:  
Fit quod sui voti compos, ut esse cupit.  
**Q**uis puteo credat? Fiunt Connubia Fato:  
Inquis suo pro te perstat amore Deus.  
**C**asta sed exemplum prabet Susanna pudoris:  
Quidquod docet, possit sollicitata fides.  
**L**ascivii pereunt nebulones vertice cano:  
Sape senecta suis despit ipsa modis.  
**Q**uid? quod exemplum venit Hildegarda pudoris:  
Attentata tuis foede Talande dolis?  
**H**ec mihi Iosephum presentat: & exitus idem  
Reginam hanc, illum destinat esse ducem.  
**I**ulius has nostras, quas nunquam viderat, urbes  
Miratur, laudat, cum Cicerone redux.  
**S**aicia Prisciades commonstrat labra Iavello,  
Sed sophus absurdum iudicat esse senem.  
**L**ilitus auscultat crudelia verba querentis,  
Sed tamen offensi vulnera nulla videt.  
**T**emnitur a medicis immitibus ager: & atra  
Bile male infectus creditur esse senex.  
**I**lle dicam medicis impingit: & arguit ambos  
Officium indocta praeterisse manu.  
**N**ulla Neuisanus videt ægri vulnera, nulla  
Barberius, medici culpa nec ulla patet.  
**C**ompedibus tandem, veluti furiosus ab istis  
Ad diuum rapitur vincitus Anastasium.  
**S**ed stupidus quia nulla videt cum fratre sacerdos  
Vulnera: nec laceras conspicit esse genas:  
**I**udicat obsessum furij: & murmure tristis  
Incitat miserum, penè necat quod senem.

P R A E F A T I O.

Postremus tandem, socio comitante Philippo,  
E Batauūm terris magnus Erasmus adeſt.  
Hi medicaminibus miserum recreantq; foventq;  
Hi purgant faces, seminecemq; leuant:  
Fallor? an unius te summa iocosa libellā  
Afficit, & prima fronte poëma placet?  
Est opus immensi, Rex ô mihi crede, laboris:  
Sed non invidiā, Rex mihi crede, caret.  
Liuor, iners vitium, nostro detrectat honori:  
Crescit: & in partes non vacat ille malat.  
Me tamen una Ducum recreat, me gratia regum,  
Et populi, attente qui mea legit, amor.  
Nam mihi si viuo, quam non peto, fama negetur:  
Posteritate mei surget honoris opus.  
Mille obière duces, & regum millia: quorum  
Idem nunc tumulus nomen, & ossa tegit.  
At non, Troiani casus memorator, Homerus  
Occidit: illius stat sine morte decus.  
Viuit & extento Nasōnis gloria seculo:  
Nec morti expositum tu Maro nomen habes.  
Donec erunt stelle, viuet Solensis Aratus:  
Donec erunt numeri, Deiophantus erit.  
Ergo quod hīc vnum, Rex clementissime, restat:  
Hospitio cari suscipe variis opus:  
Vt, si criminibus petat improba turba libellum,  
Tutelam post hac sentiat ille tuam.

— 80 —

Vera

VERA EFFIGIES NICODEMI  
FRISCHLINI, POETAE, ORA-  
toris & Philosophi clarissimi.



*Cum noceant alijs, Frischlinum toxica sanant:  
Dic, quid Mome velim? laudo tuos stimulos.*

S. F. ):( s

P R A E F A T I O.

L E C T O R I S.

**A**MDVDVM ex me intellexisti, pie Lector, quòd præter has Comœdias, etiam alias tibi adorné. Nam olim iam delineauit pro Ferentio profano (non quidem ut illum è scholis exterminem, sed ut mea cum illo coniungam) delineauit, inquam, EVNVCHVM, ADELPHOS, & HEAVTONTIMO-RVMENON, tres Comœdias nouas & sacras: in quibus omnis historia Iosephi, continetur. Nam in Eunucho exponitur historia Iosephi, venditi à fratribus: sollicitati & proditi ab uxore Putipharis: coniecti in carcerem: liberati à Pharaone, & constituti in principem locum, in regno Aegypti. In Adelphis negociantur fratres in Aegypto: Simeon iudicatur à Serapione, seruo Iosephi, & eiusdem Grècè loquentis, interprete: idem coniicitur in vincula: adducitur Beniamin: ad extremū Iosephus, summa cum gratulatione à fratribus agnoscitur. In Heautontimorumeño, Iacobus propter Iosephum, iam olim amissum, & propter Simeonem captiuū, & propter abductum Beniaminem, seipsum excrucicat: filij, reuersi ex Aegypto patrem lētissimo nuncio exhilarant: Dubius pater de profectione suscipienda, confirmatur à Iehoua: & tandem à Iosepho, & à traone senex pater, summo cum applausu

P R A E F A T I O

Omnium Aegyptiorum excipitur.

Concinnauit etiam H E C Y R A M , in  
qua omnis historia Ruth explicatur, atque in  
scenam introducitur. Verum ut has Comœ-  
dias non potuerim haetenus absoluere : fecit  
tum inimicorum meorum liuor , atque inui-  
dia: tum mea in locis peregrinis, negotij ple-  
na vita. Nam ad huiusmodi scriptiones requi-  
ritur non modo summum otium , summa vite  
tranquillitas, sed etiam benigna Mæcenatum  
liberalitas , sine qua nullum unquam inge-  
nium præclarum potuit vires suas exercere.  
Atque he causæ sunt, propter qnas inceptam  
illam quatuor Comœdiarum, quas dixi, telam  
nunc cogor retexere, atque omnino abiecere.  
Non enim fruor iam illa vite tranquillitate,  
qua fruebar olim , cùm Rebeccam & Susan-  
nam & Hildegardim & Priscianum vapulan-  
tem scriberem: Aut cùm Aristophanem Lat-  
initate donarem. Quare consimilia illorum,  
quæ tunc scripsi , vix à me, nisi in tranquilliore  
vita posito , tentari iam possunt: præsettum  
cùm liberalitas hodie penitus exaruerit. Nam  
longè maiores feci sumtus in hisce Comœdijs  
edendis: quām omnes illi, quibus fuerant de-  
dicatæ mihi uni rependerint. Atque utinam ta-  
bellarijs hinc inde emissis, & librorum compa-  
ginatoribus potuisse satisfacere, sine mea  
& cura, & sine damno,

Qua

AD LECTOREM.

Quapropter excusatum habebis Frisch-  
linum: quod istas Comœdias nondum protu-  
lit. Vale pie & eque Lector, ac studium no-  
strum boni consule.



NICODEMI FRISCHLI-  
NI REBECCA COMOEDIA,  
è 24. Capite Geneseos.

DRAMATIS PERSONÆ.

<i>Abrahamus,</i>	<i>Senex.</i>
<i>Eleasarus,</i>	<i>Dispensator.</i>
<i>Ismaël,</i>	<i>Senior filius.</i>
<i>Chamus,</i>	<i>Venator.</i>
<i>Syrus,</i>	<i>Seruus.</i>
<i>Labrax,</i>	<i>Rusticus.</i>
<i>Isacus,</i>	<i>Iunior filius.</i>
<i>Rebecca,</i>	<i>Virgo.</i>
<i>Cario,</i>	<i>Seruus.</i>
<i>Laban,</i>	<i>Iuuenis.</i>
<i>Gastrodes,</i>	<i>Parasitus Ismaëlis.</i>
<i>Bathuel,</i>	<i>Senex.</i>
<i>Mulier,</i>	<i>Vxor Bathuelis.</i>

PE-



## PERIOCHA CO- MOEDIAE.

**S**ENEX Abrahamus metuens filio Isaco,  
Ne Chananeis iuuolueretur nuptijs,  
Seruum atriensem domus suæ Eleasarum  
Iuramento obstrictum, mittit procul à Chana  
In Mesopotamiam: ut petat vxorem filio,  
De familia & cognatione Bathuel.  
Ismaël interim operam dat venatui:  
Et plagiis mulctat agricolas patris Abrabe.  
Eleasarus profectus Charras, peruenit  
Ad vrbis puteum: ubi reperit miro Dei  
Ductu, ex improuiso quæsitam virginem  
Rebeccam, Bathuelis huius filiam.  
Domum deductus à Laban, exorat patrem  
Bathuelem, ut illam vxorem spondeat Isaco.  
His properè confectis rebus cunæ virgine  
Rebecca, Eleasarus seruus domum redit,  
Eamq; fortè occurrenti sibi in via  
Hero suo, prater spem tradit Isaco.

PRO-

# PROLOGVS.

**P**RINCIPIO vos saluto, qui hic estis boni:  
Nam pro bonis merito omnes vos agnoscimur;  
Nec quenquam adesse iudicamus hic malum,  
Aut si adsint nonnulli mali atq; maleuoli,  
Eos rogatos volumus, ut se meminerint  
Nec metui à nobis, nec magni astimarier:  
Cum odij sui causam huc nullam prorsus habeant.  
Mibi quidem inuidet, qui volet, & quandiu  
Volet. Haud enim cuiusquam causa maleuoli  
(Ne forsan erretis) ego disrumpar hodie.  
Sed, ut dixi, vos qui venistis huc boni,  
Iamprimum à principio, viros uti bonos,  
Saluos & incolumes omnes esse volumus.  
Nam vestra freti benevolentia & fide,  
Nihili improborum facimus contumelias.  
Quod enim nonnulli dictitant, rem esse facilem  
Et expeditam, Drama scribere Comicum:  
Iis hoc responsum damus, olim quod maleuolis  
Suis dedit Terentius: in medio omnibus  
Palmam esse positam, qui artem tractant Musicam.  
Quod si quis nobiscum in re simili fecerit  
Periculum, eum subinde nouis nos fabulis  
In Musicum hoc certamen prouocabimus.  
Nam hac tempestate flos poëtarum viget.  
Et si illos etiam vos Poëtarum loco  
Numerari vultis, qui in triujs sua carmina  
Nullo labore facta, disperdere solent:  
Sanè Poëtarum hodie quadam Lerna erit-

Qui

## PROLOGVS.

*Qui vel ducentos versus, aut etiam amplius,  
In uno pede stantes conficient: ut vetus  
Ille & luctulentus iactabat Lucilius.  
Sed his neglectis, aliò nunc me conferam.  
Ac primò vobis nomen huius eloquar  
Comœdia: ut sic argumentum faciliùs,  
Quod sit futurum, intelligatis initio.  
Deinde paucis, quid veniam, & quid vos vèlim,  
Ostendam: ut æquanimitatem vestram impetrem.  
Vos, si aures vacuae sunt, hūc animaduertite.  
REBECCA nomen est huic Comœdia:  
Nam in ea Rebecca Bathuelis filia,  
Gnato Abrahæ nuptum locatur Isaco:  
Opera & fide atriensis serui Eleasari:  
Qui missus in Mesopotamia procul à sene,  
Eam herili filio secum adfert coniugem.  
Sed quia pater omnia tradidit Isaco:  
Iratus Ismaël tumultus excitat:  
Et agricolas premit venationibus.  
Is ad fratrem hodie non veniet, nec ad patrem:  
Poëta noster noluit. nec Bathuel  
Hūc in Chanan veniet: nec eius familia  
Præter Rebeccam, quia loci isti sunt nimis  
Remoti, quod vos scire primum voluimus:  
Ne quis miretur, cur nulla Abrahæ, aut Isaco  
Cum Bathuelle sint colloquia. nam tribus  
Locis peragetur hoc totum negotium.  
Senex hic Abrahamus est: hic Isacus:  
In illisce vna qui cum patre habitat ædibus.  
Hec sylua est Pharan, ubi venatur Ismaël:*

*Hac*

## P R O L O G V S.

Hec ciuitas Charra Mesopotamia erit,  
In quibus habitat pater Rebeccae Bathuel.  
Anni quidem elapsi sunt ab eo tempore,  
Quo nuptias istas celebravit Isacus,  
Ter mille quadringenti quinquaginta nouem:  
Annis puta ante Christum è virginе editum,  
Mille octingentis, octoginta quatuor.  
At nos eas hodie iterum celebrabimus  
In hoc proscenio, siquidem per vos licet:  
Et vos vestro fauore nos iuuabitis.  
Nunc argumentum ne à me expectetis rei,  
Puer qui primus hic veniet, totum aperiet,  
Remq; omnem in verba conferet paucissima.  
Vos verò maximo vnum hoc oramus opere,  
Benigne ut operam detis ad nostrum gregem.  
Curas &c; alienum, quod vestra inopia,  
Et diuitum avaritia conflastis, paululum animis  
Eycite: nemo flagitatem suum  
Formidet. nam qui exegerit h̄ic pecunias,  
Eum Ismaël male multabit venabulo.  
Poëta noster hanc potestatem ei dedit.  
Quando alia agetur, sceptrum amittet denud,  
Et fortè, qui nunc Ismaël est, tunc Syrus erit,  
Aut rusticus, aut mendicus, aut lorarius,  
Aut quicquid deniq; eum poëta fecerit.  
Quod reliquum est: iam nunc operam date & aduertite:  
Nobisq; adeste aequo animo per silentium,

CH

I.

R U S

Senarij.  
Dictum pura.

A. imo ali-

uam paro:

Graecia

Dicitur quod non sicut quam mo-

lamentum condit.

Nec unum illa-

mentum preceps ad nos,

2 NICOD. FRISCHLINI.

Pecudumq; greges, & ancillas, & servulos.  
Quandoquidem ad hunc solum promissio pertinet  
De fatali promissione Chanae.  
Reliquis vero, quos DOMINVS à terrae istius  
Hæreditate exclusit: nego latum pedem  
Tenere hic voluit: auri solum munera,  
Et argenti, ut nosti, dedi donaria.  
EL. Scio factum, & non parum hinc odij natum tibi.  
Nam Isaco postponi ægerrimè tulit Ismaël.  
AB. Nihil hunc moror, nec quicquam eius odia. nam Dei  
Amor est omnium hominum preponendus odio.  
EL. Ita est. AB. Sed sine me peruenire, quò volo.  
Nam bene cùm istuc successerit negotium:  
Vnus adhuc restat scrupulus, qui me male  
Habet, & dies noctesq; pungit, ac nimis  
Male vellicat: eumq; animo euellere iamdiu  
Laboro. EL. Quis nam ille est, here, scrupulus, cedo?  
AB. Id audies. Nam ad eum eximendum, tua opera  
Mihi ac fide usus est. Itaq; te maximè  
Rogo, ut in eare mihi morem geras. EL. Tuum,  
Here Abraha, in me imperium est, non in te mihi.  
Proin paratus sum exequi, quicquid iubes.  
AB. Nunquam te aliter, atq; es, animum induxi meum.  
EL. Quin ergo, quicquid est, id imperas, here.  
AB. Haud magnares est, quam te facere nunc velim.  
EL. Eò minus molesta, aut grauius erit mihi.  
Sed quenam est? AB. Rem omnē nunc à principio audies,  
Eo pacto & meum consilium facilius  
Cognoscet, & quid facere in hac re te velim,  
Melius intelliges. EL. Ausculto perlubens,

AB.

abebis exceptis mensis:

affiguntur.

admodum immobile,

deinde et illi commoda

memoriam, memor suo,

et alij rimonium.

(Nam ea

maxime. EL. Sic est. AB.

uno est, ut quos student

causam, illos nuptias

accident: dein

autem proculas anniculas

accident in famulo modo:

nam à Galilei aliquibus

quos neq. fides,

rum reptitus, neq.

de non auderent scelus.

in fortia: nam fama huius res

cum orbe percrebuit.

taueam, nam tempus est,

perit te profeciat.

qui dicit, quod est, quod me velis.

rum in hac re prædicto tibi.

questiones non moror.

Chancerylum.

istio non placent.

mentis sua defensione

spiritans Heretis quiescunt.

big grattam

studant.

autem postquam eum cœmiserat

EL. At neq<sub>3</sub>, Abimelechum & Phicholem, tibi fædere  
Et summa amicitia obstrictos: summos viros?  
Quorum nemo est, qui filiam suam tuo  
Vxorem deneget gnato. Ita sensi tibi  
Hos omnes benevolos. AB. Imò hec dudum mihi  
Illorum subolet benevolentia: ac nimis  
Metuo, ne filio tantum tendantur retia.

EL. Cur hoc metuis? AB. Quia nuptias istas ego  
Malo effugere, quam alij forsitan adipiscier.

EL. Quamobrem obsecro? AB. quia non possum cum his  
hominibus

Affinitatem colere. EL. Quare res te vetat?

AB. Quia novi ego mores huius seculi malos.

Nam hodie in uxore ducenda, non qua fide

„ Aut religione, sed quibus pecunys

„ Instructi sint homines, spectariet solet. (tis)

EL. Non satis intelligo, quò tendas. AB. Non? EL. Non sa-  
AB. Nempe ergo apertius vis me loqui? EL. Ita volo.

AB. Primum Chananaeos nosti homines esse impios,  
Et cultores imaginum stultissimos?

EL. Novi. AB. Et multos habere deos? EL. Ne plurimos?

AB. Nec spem ullam ponere in promisso semine?

EL. Nullam prorsus. AB. Nec circumcisos? EL. Neutiquā.

AB. Neg<sub>3</sub>, fæderis memores, quod mecum inquit Deus?

EL. Novi isthac, here, que dicis, & ut dicis, animum

Induco: & te hoc mihi cupio credere. AB. Quomodo

Igitur cum gente, exitio devota à Deo,

Affinitatem contraham, aut sobolem meam

Permittebam; nisi religionem quoq<sub>3</sub>

Et divinum cultum abyciam, profanaq<sub>3</sub>

Sacris

acris, & cœlum terre confundam? El. An fore id  
redis? Ab. Cur non credam? El. Quia is nihilominus  
i mente sua, patriam religionem, & fidem  
test habere sartam testam & integrum:  
iam si Chanana. in natus sit coniugem.  
s futurum spero, ut hoc connubio  
i: num saceri lucretur atq; coniugis.  
b. Istuc in filio fieri periculum  
ave est. El. Quidita? Ab. Quia enim heredem ipsum  
habea unicum,

quem promissio Dei de S E M I N E  
venturo, & terra istius hereditas  
tinet: omnibus hic prospiciendum mibi modis,  
ultu ut religionis maneat firmiter;  
c usqnam à pietatis declinet semita:  
ve improborum perdatur consortio,  
ent enim bonos etiam mores male  
it aminare haud raro consuetudines.  
n in primis, si quis uxorem natus sit  
cerstiosam, illiberalem, incommodam,  
erbam, petulantem, prophanam & impiam:  
qnum imminere solet, non tantum dominij,  
ius iactura levior: siue uxor regat  
im, siue vir uxorem: modò domestica  
suretur bene) sed fidei periculum:  
is qui semel in vita navfragium fecerit,  
inquam post facile pietatis anchoram  
rehendet: neque in portum optatissima  
appelleret. El. Miserum me, qui hec nunquam hacce-  
nus

6 N I C O D . F R I S C H L I N I .

Ita expendi. Sed perge, ut cœpisti, loqui.

AB. Nunc, quantum in hac re mulierum præpollent  
Astutia, ut à religione abducant viros:

Quanta Satana fraus sit: quanta harum gentium,

Quas inter etatem nunc ago, versutia:

Etiam exempla priorū vitæ me commonent.

EL. Quenā obsecro? AB. Audies, ausculta. EL. Operam  
Dico. AB. Filiū meum maiorem, qui hīc habet (hanc tibi  
In Pharan, Ismaëlem, nostin? EL. Optimè.

AB. Et matrē eius Agar? EL. quidni? AB. Et eius coniu-  
Aegyptiam, à matre ipsi desponsam? EL. probè. (gem  
AB. Quid? Lothum filium fratribus mei Charan?

EL. Tanquam te. AB. Nunc audi, quid ambobus mali  
Ex matrimonio, & mulierum fraudibus

Euenerit. EL. Dic, obsecro. AB. Ismaël technis

Aegyptia suæ à religione & fide

Patrum suorum, tam longè receſſit, ut

Circumcisii præputij parum memor:

Et fœderis, quod mecum inijt iam olim Deus,

Promissionumq; irrisor nequissimus,

Osirim & Isidem honore honoret maximo,

Deos Aegyptios: tum præterim Isidem,

Quam aliae gentes Diana nominant, colit

Impendio: quod hæc Dea creditur feris,

Et venatoribus præesse, quasi aliquod

Numen. EL. Profectò res appetat: nam Isidem

Plus iusto ab illo honorari ostendunt fera,

Quæ nimium studet: & agrestium querimonia,

Quas passim diuulgant de ipsius iniurijs,

Et fermè quotidie nouas hic perferunt.

AB

AB. Quod si hoc idem periculum alteri meo  
contingat Isaco, nolim in lucem editum.

EL. Istud Deus prohibeat. AB. Sic spero fore.  
ed fratri filium, quid ego dicam tibi?  
quem silvia vino mafactum, prob pudor,  
dincebam impulere consuetudinem.

LL. Noui factum: & prosector illius me puderet.

B. Quid ipsum Adamum, primum patrem omnium,  
ui Euæ blanditus illectus, malum sibi  
eritum male gustauit: mandatoq; Domini  
merè admodum neglecto: cum uxori fidem  
iberet: & se, & posteritatem in misericordia  
hanc lachrymarum vallem, adeoq; in luridis  
rathri eternam precipitauit voraginem.

co potens res est, muliebris in viro  
lucendo fallacia: presertim in fide  
ra Deum & religionis negotio.

.. Iste sapere est, res iam olim prateritas sibi  
disciplina & præceptis habere: & hinc  
fus futuros longè prospicere: & velut  
excelsa quadam specula, periculum  
iturum prouidere. AB. Tu ergo Eleasare,  
ua, quod in te est, filium, & me, & familiam:  
forse talibus se inuoluat nuptijs.

n ego haud quenquam fideliorem habeo, neq;  
plus credam, nec qui magis ex sententia  
i sit: neq; adeò cui meum concreduim  
in hodie, quam tibi, Eleasare, audacius.

Here mi, ego hoc tibi pro seruitio debeo,  
tri manibus, pedibus, noctesq; & dies:

•

a

cc

cc

"

"

**N I C O D . F R I S C L I N I**

Capit is periculum adire, dum pro sim tibi,  
 Tug , gnato, atq , adeo toti familiæ.  
 Proin impera, quod vis : effectum tibi dabo.  
 Ab. Amo te, & merito te semper feci maximi:  
 Neq , unquam veritus sum abs te, ne faceres idem,  
 Quod vulgus servorum solet, ut deluderes  
 Me consutis dolis. El. Ego n istuc in animum  
 Inducerem ? id me magnus prohibeat D E V S.  
 Nam ut adhuc locorum feci, faciam sedulo ;  
 Ut maximè, quod in rem conducat tuam,  
 Id agam, id perseguar animo, corde atque viribus.  
 Ab. Da mihi manum tuam, optime. El. Non manū modò  
 Sed omnem operam, fidem, ipsum quoq , animum meum:  
 Qui qualis in te sit, notum tibi arbitror.  
 Ab. Eleasare, ego non tribuo hoc auribus tuis:  
 Novi, qui vir sies, & quam paucos tui  
 Similes habeas. Nam hodie, qui in aulis Principum  
 , , Versantur, & consilia rei dant publicæ,  
 , , Multi non domini, sed sua commoda promovent:  
 , , Quippe, quibus nil præter pretium dulce est. El. ita est,  
 , , Ab. Tu verò omnia tua posthabes meis commodis:  
 Neq , unquam ulla in re tua mihi defuit fides.  
 Nam sæpe ego res multas commendavi tibi  
 Dubias, egenas, inopes consilij boni:  
 Quas tu sapienter, doctè, candidè, ac bene  
 Mibi reddidisti effectas hic opera tua.  
 Tum filium meum, fidei, ac fiducia  
 Tuæ mandatum, curâsti probè & bene:  
 Pudicéq , educasti ingenium illius, in  
 Artibus, in honestis literis, & moribus.

**Nam**

nam ceteri, quod faciunt plorung, aulici  
magistri, ut principes sue concretos  
idei, à studijs ac literis ad otium  
retinabant, & Philosophos contemnere, & viros  
doctos ridere assuefaciant; quasi principe  
adignum esset, vacare literis bonis;  
satius, ut corpus venando exerceat,  
nam animum, præcipuam partem hominis, studio artium,  
literarum expoliat. Horum tu nihil  
cum docuisti: sed ea tantum, quæ pium,  
piacentem, laudandumq, principem decent.  
uibus pro benefactis, fateor, deberier  
ibi, præter libertatem, qua te lubens  
m olim donavi, multas gratias gratias.

a. Here, si quid facio, aut feci, quod placet tibi: &  
gratum fuisse adversum te, habeo gratiam.

am meritò hæc evenerunt à me tibi. Si enim  
o item memorem, quæ tu locasti in me bona,  
ox diem adimet. fecisti enim, ut nunquam tibi  
gnas referre gratias possem satis.

b. Perinde, ut tu promeritus de me & filio.

. Quod enim maius potuisses beneficium mihi  
estare, quam nullos, cùm haberes liberos,  
od filio meo voluisti omnia tua  
na legare? Ab. Memini factum, nec pænitit.

. Sed & nunc omnibus præfecisti bonis,  
omnia sub mea manu reposita fint:  
umq, filium magisterio meo,  
idei subdidisti, & mea fiducia.

. Haud muto factum El. Quid multis verbis opus?

NB.

*Ex servo herum fecisti: aliaq; in me bona  
Innumera contulisti: pro quibus omnibus  
Nunquam potero dignas rependere gratias.  
Ab. Imò poteris: & nunc adest occasio.*

*El. Quomodo? Ab. Sirem geras erga me fideliter.*

*El. Cedò, quid vis faciam? Ab. Id audies, sed eamus huc.*

*El. Sede. Ab. Chananaam filio me non dare,  
Id iam tenes? El. Teneo. Ab. Nec ullam gentium,  
Inter quas habito? El. Sic dixi. Ab. Nunc percipe,  
Quid consilij capiam. El. Ausculto quid me velis.*

*Ab. Meministi, quid mihi ante paucos huc dies  
Renunciatum ex Mesopotamia siet?*

*El. Memini: de fratre tuo Nachor. Ab. Planissime.*

*El. Et de huius filio Bathuel. Ab. Videlicet.*

*El. Et filiabus ipsius. Ab. Rem omnem tenes.*

*El. Quid ni teneam? Ab. Nunc ergo pone manum tuam  
Sub femore meo. El. Cur? Ab. Quia iurandum iam est tibi.*

*El. Quid iure? Ab. Quod iubebo. El. Quid iubes? Ab. Volo  
El. Quid iurem? Ab. Quod iubebo. El. Quid iubes?*

*Vt ad terram meam, & ad cognitionem ibi*

*Meam pergas, & capias uxorem Isaco,*

*De familia mea. El. Facilius hoc, here,*

*(Quia)*

*Præcipitur, quam efficitur. Ab. Quamobrem? cedò. El.*

*Vxor quid faciat, in manu non est mea.*

*Ab. Intelligo. El. Qui enim tu scis, an me sequi*

*Velit puella? Nam dulce est patriæ solun:*

*Nec cuiusvis est hominis, pede profugo & vago*

*Hinc inde errare. Ab. Imò ubi virgo intellexerit,*

*Cui nubat: sequetur animo promptissimo.*

*El. Qui sic? Quia nubet populari suo & sanguinis*

*Propinquitate.*

Propinquitate coniuncto sibi. El. Esto ita:  
 Connubium suo gentili non abnuat.  
 Quid verò si in patria mancre postulet,  
 Nolitq; sequi me? quid tum agam? num filium  
 Reducam in terram, unde buc olim migrasti, here?  
 Ab. Cave sis, ne hoc faxis: neu in animum inducas tibi,  
 Meum ut reducas illò filium. El. Obsecro,  
 Quam obrem? an non videtur hoc duobus ex  
 Malis optatiūs, gnato uxorem dare  
 In patria terra, piām atq; commodam:  
 Quam hic inter ignotos & peregrinos eum,  
 Vel uxorem ducere malam atq; incredulam  
 Reo: vel omnem atatem exigere cælibem?  
 Ab. Imò neutrum mihi placet, & tu quod times  
 Rustra times. El. Qui sic? Ab. Quia hoc negotium  
 Non à voluntate humana pendet, neq; in  
 Ostrafitum est manu: sed unius DEI  
 Pus est. Ad hunc nostri oculi advertendi. El. Bene.  
 D quī tuscis, an ita placeat Deo, an secus?  
 b. Echo. tūne, Eleasare, dubitas hoc? Dominus Deus  
 Li & terræ, qui me è domo patris Tharae,  
 Terra natalis eduxit soli,  
 Locum in hunc statuit: tam crebrò pollicitus est,  
 ureiurando confirmavit mihi:  
 Id Chananeam terram mihi atq; posteris  
 Saco datus sit. Et id sapiùs  
 Repetiuit: eamq; ob causam factum puto, us  
 Ex tot laboribus, tot ex periculis,  
 Exilijs eluctatum, hoc demùm loco,  
 Chananaos voluerit quiescere.

Flūc

*Huic ego fidendum, in hunc respiciendum puto,  
Neq; committendum, ut hinc recedat filius.*

*Aut illò redeat, unde olim migravimus.*

*Atq; haud dubito, quin angelum suum tibi,  
Quasi pronubum, concessurus in hac resiet,  
Ut eius opera uxorem capias filio.*

*El. It à ne fore credis? Ab. Quid ni credam, qui angelos  
Toties mibi adiutores in periculis,  
Et rebus adversis vita habuerim mea:*

*Multusq; pridem hoc documentis cognoverim?*

*El. Sin autem res secus, quam spes est, ceciderit,  
Nunquid iuramentum nihil obfuerit mibi?*

*Ab. Nihil prorsus: dunt axat filium meum  
Ne illò reduxerit. El. Cavebo hoc facilimè.*

*Ab. Quin ergo manum ponis sub femore. El. Ut ut lubet,  
Arbitratu tuo iusfirandum dabo.*

*En pono: quid nunc? Ab. Recte sanè: adverte nunc  
Animum, & praeuentem verbis me sequere. El. Lubens.*

*Ab. Deus cœli & terræ, te invoco testem mibi.*

*El. Deus cœli & terræ, te invoco testem mibi.*

*Ab. Quod Abrahāmi heri mei filium Isacum.*

*El. Quod Abrahāmi heri mei filium Isacum.*

*Ab. Ex hac terra in patriam nolim reducere.*

*El. Ex hac terra in patriam nolim reducere.*

*Ab. Neq; uxorem illi Chanaanæam, aut similem dare.*

*El. Neq; uxorem illi Chanaanæam, aut similem dare.*

*Ab. Sed eam, quam iubeor, pro virili quererē.*

*El. Sed eam, quam iubeor, pro virili querere.*

*Ab. Et sine fraude ac dolis. El. Et sine fraude ac dolis.*

*Ab. Sic me DEV S adiunet. El. Sic me DEV S adiunet.*

AB.

Ab. Nunc acquiesco & defacuto abeo animo.

El. Nibil ergo me viis aliud, here? Ab. prorsus nihil.

Quia meus nunc animus in portu navigat.

El. Sed nunquid cause est, here, quin proficiscar hodie?

Ab. Statim ne? El. Sic. Ab. Iam? El. Sic prorsum nisi quid moræ est.

Ab. Ut ut lubet; nam in me nihil erit tibi moræ.

El. Eo. nam prius animo ocioso esse haud queo,

Quām tibi gnatoq; tuo rem omnem perfecero.

Ab. Reclè. El. Sed dum nimium propero, petè fueram  
oblitus, quod vel maxime iam ab initio

n hac re scitari volui: Ab. Quid nam? cedo.

El. Verum tuus etiam filius huius rei

st conscius? Ab. Cur id rogas? El. Merito: quia  
lavendum, ne inuito obtrudamus coniugem.

Ab. Ne sis sollicitus, nam tali ingenio meus  
st filius: ut eadem illi placeant, quæ mihi:  
adem displiceant, quæ mihi. El. Novi quidem  
ingenium eius, quale sit in rebus ceteris:  
ed in re uxoria nondum perspectus est  
ihi illius animus. Nam hoc mercimonium  
occi nostrates cæcis oculis non emunt.

b. Quiesce. Isthanc rem ego rectè video domi.

l. Sed dum absum, quis meas geret interim vices?

b. Syro hanc dedi prouinciam, ut rus hinc eat:  
ostrosq; observeat servulos: dum tecum ego  
c transigerem negotiū. Proin animo  
anquillo es, Eleasare. & de rebus interim  
stris in utramvis aurem quiescito.

Sed nullosne mihi comites adiungam via?

AB.

Ab. Imò ut voles: nam reperies intus domi  
 Pro arbitratu tuo. El. Sat habeo, bene vale:  
 Et felicem mihi redditum à Deo impetra.  
 Namq; una precatio tua plus mihi commodi  
 Feret, quam omnis labor meus. Ab. Bene ambula.

## ACTVS I. SCENA II.

Abrahamus.

**V**ERISSIMUM id esse, vulgo quod dici solet,  
 Reipsa nunc demùm experior: si quis bonum  
 Et frugi natus sit servum ex sententia:  
 Eum non postremum hac in vita commodum  
 Adeptum esse: velut ego hunc habeo Eleasarum.  
 Nam is in me herum matura solet capessere,  
 In se sera: & quod iubetur, citius citis  
 Quadrigis properat persequi. Tum quas ego  
 In servo puto virtutes longè maximas,  
 Fidem ac taciturnitatem: has rebus omnibus  
 Adhibet, & quod rarum in servo est, contumelias  
 Nullas, nulla maledicta in quenquam hominem ingerit:  
 Pietatis insuper tantò observantior  
 Est ceteris: quantò illi ad seva crimina  
 Et conuicia se habent serè procliviùs.  
 Itaq; mibi dubium non est, quin Angelus  
 Dei eum hoc reducturus sit fatis propitijs:  
 Idq; ut fiat, DEV M immortalem unicè precor.  
 Nunc proximum est, ut convenientiam natum meum:  
 Et eum de consiliis nostri sententia  
 Certum faciam. Nam is solus nunc restat mihi  
 Monendus: ut si eveniar, quod volo, nihil

In ipso

*S*o sit mora. Et spero sic fore.  
*N*ulla in re prius unquam immorigerum habui.  
*N*etro, ut, que constitui, per agam sine mora.

## ACTVS II. SCENA I.

Ismael.

XITE, agite, ite ignauit vos male conciliati, male  
 habitii.

Octonarij  
 lambici.

Iste ociosi, quidnam restitatis? Iam dudum iubar  
 Clarum solis obortum est: & omnes sylva luci  
 peruiae,  
 adhuc ignauit steritis? Excuriam hercle inertiam  
 vobis, si vixero. Quanquam ita animatos vos esse  
 video,

egligentes, ita deperditos, ita ingenio improbo,  
 ritia tergi me vincere cogitetus. Nam ego ferè  
 er prius pulsando, quam vos vapulando, per Iouem,  
 ari soleo: neq; crediderim sanè hic homines magis  
 tam asinos procreat os esse, quam estis uos plagipatidae.  
 enim hesterna mea profuit increpatio? quid verberas?  
 innumera plaga, quibus coste vestre etiamnum cau-  
 lent?

aded edictionem isthanc meam omnes animo aduor-  
 tite:

entum lepores hodie, totidemq; capreas ceperoz.  
 vos ego domum abripiam, atq; ibi loris ad necem  
 operiar.  
 heri predixeram omnibus, dederamq; eas prouin-  
 cias

Hic

Hic singulis: ut alijs vestrum adducerent vegetos canes  
 Secum: quos illis per hyemem educantur tradideram: alijs  
 Sepes diruerent: & ceruis omnes agros & vineas  
 Patefacerent: alijs sylam Pharan septo circundarent:  
 Alijs plagas & retia conficerent, & venabula emerent:  
 Et hoc omnes ageretis, rebus vestris omnibus domi  
 Intermisis, ne liberum quidem memores & coniugum.  
 Sed officium non facitis, nisi malo commoniti atq; flagris.  
 Quin nunc assistite contra me omnes, & que loquar, ad-  
 uortite.

Tibi nequam, & scelerum caput, mandari dudum  
 iussoram

Vt rete conficeres. ubi habes? i, affer: ni iam affueris hic  
 Statim, tuis ex virtutibus a me probè exornaberis.  
Quid tu verò? quid respectas? hoc sis vide: hoc age, ver-  
 ero:

Huc animum aduerte: hic adhibe aures. Tibi mandatum  
 fuit, canem

Vt tecum adduceres. Vbi est? quid mussas nebulo?  
 quid taces?

Prob Iupiter, quæ haec oscitania est, quæ negligentia?  
 Itane ad mandata claudi, cæci, muti, manci ac debiles  
 Estis? nihil ut rectè facere in animum inducatis, nisi malo  
 Et damno multati aliquo? Ego adepol vos accipiam modis,  
 Quibus digni estis, miseris: ut memineritis vestri & mei.  
 Chamum optimè. Ex hoc iam sciam, quid isthuc sit ne-  
 gotij:

Quod omnes tam remisso ingenio, tam recordibus animis  
Estis, tam futiles, tam deniq; nullius pretij homines.

AC.

## ACTVS II. SCENA II.

Chamus, Ismael.

**D**ISPEREANT omnes rustici, omnes agricola, omnes Octonarij.  
Philosophi,

Quicunq; vel aratro, vel falce, aut sarculo  
Philosophantur. Dispereant, inquam, pessime omnes modis.  
Nam horum nunquam cuiquam quidquam in mentem ve-  
nit, vt recte faciat.

Modo egressus domo, ut future venationi operam darem:  
Et quae necessaria sunt prepararem: vix unum in Pharan  
Reperi, suo qui fungeretur officio recte & probè.  
Omnes stare, oscitari, ronchos ducere: deniq; nec malis  
Neg, bonis verbis, nec verberibus quidquam moverier.  
Sed certum est mihi, si herus illò advenerit, impunè haud  
quaquam ferent.

Nunc convertor domum ocyùs. IS. Vocabo. Heus Chame.  
Ch. Quis vocat.

IS. Asculta. Ch. Emere oportet, quem tibi obedire velis  
IS. aſta, mane.

Ch. Satis pro imperio, quisquis es. IS. ego sum, Chame,  
ad me respice.

Ch. Prob Deum, herus est, non videram. Obsecro te her-  
cle, ignoscas mihi: (bet:

Nam alium esse censui ac es. IS. Erga alios sis, ut animo lu-  
Dum modo mihi recte morem geras. Sed quid agunt rusticæ?

Ch. Istine? IS. non: sed quos tecum eduxisti in desertum  
Pharan. (agunt.

Ch. Nihil recte. IS. Neg, his celesti verbernes quicquam  
Nihil, omnino eorum persecuti sunt, que insseram.

**CH.** Credo facile: ut est ingenium omnium agricolarum  
a venatoribus

Alicenum. Nam quales sint isti, modò quos in nemus Pharan  
Eduxi: id malo te coram videre, qnàm verbis meis

Prolixius doceri. IS. Ego de illis post in agro videro:

Nunc aliud agendum restat: cuius gratia huc vocaueram.

**CH.** Quid illud? IS. Audies. An non dederas huic rustico  
canem

Saginandum? **CH.** Imò. IS. ubi est? **CH.** Heri mortuus  
est. IS. Mortuus? fame arbitror.

**CH.** Fortasse. IS. Sed an non huic etiam dederas canem?

**CH.** factum here.

Atq; ecclum. IS. fine videam. Tene interim hoc meum, tue  
furcifer,

Venabulum. Proh Jupiter? Proh magna Diana, non pudet  
Te, hunc strigosum canem in meum conspectum producere,

Qui ossa atq; pellis totus? Ita crura macer? quin exta ei

Vel viuo etiam in sole inspicere licet: ita pettucet, quasi

Laterna Syriaca. **CH.** ita agilem fore credidit, ut qui ab  
domine

Pingui non impediretur. IS. At ego tres passus curriculo

Emetiri non posse, certò scio: nam totus est macer:

Totus cura famelicus. Sed cur cibum non præbuit?

Quid negligentia hac promeritum censes, Chame?

**CH.** quid? crucem.

IS. Hem sic datur, si quis hero morem non rectè gerit suo.

I intrò. Sed ubi nunc alter, quem rete afferre iussoram?

Hic adstat quidam cum reti. IS. fine videam: proh Jupiter?

En rete hoc ad lepores capiendo factum, **CH.** Ad ursos  
forsitan.

Nam

Nam ita laxum est, ita rarum: ut ursi atq; alces pene-  
trent sine (deterime,  
Omni remora. IS. Queso hercle, homo hominum omnium  
Cur ausus hoc facere? cur officium tuum sic negligere?  
Quid meritus est? CH. Quid? pro una pessima plaga, cen-  
tum optimas. (quid stas lapis?  
IS. Pol, haud erras, Chame. Sed quid tu respondes mihi?  
Hem verbero, plagas tibi centum optimas, pro una mala:  
Hem, vapula nequissime, vapula: meritoq; vapula tuo:  
Atq; audi: si posthac velte, vel alium negligentem ita  
Deprehendero: ad id redigā miseriarū, ut semper sis miser.  
Sed agè, Chame, exploremus nunc etiam illorum venabula.

## ACTVS II. SCENA III.

Syrus, Ismael, Labrax, Chamus.

**P**Rouiso ubi sint agricultae: quod nusquam comparent domi.

Nam biduum reor, ex quo non redeunt ex syluis domū.  
Mirū profectō, nisi genio suo indulgent, aut crapula:  
Ita ut sit, Domini ubi absunt. IS. Tuūm ne Labrax, hōc ve-  
nabulum?

LA. Meum vero: meo qui illud habeo cōemptum peculio.

CH. Satis superbē. LA. Satis molestē. CH. Confiden-  
tiām vide (me.

Hominis rusticus: ut os sibi distorsit carnifex. LA. Omitte

IS. Nunc sine: venabulum tuum cedō, ut videā penitissimē.

LA. En cape. IS. Quid hoc? Jupiter ut te perdat cum isto  
venabulo,

Quod totū erugine obfatum est, totum exesum rubigine.

Credit' te, Chame, hac cuspide aprum posse unū configere?

Ch. Egóne? murem si confodere iubeas isto venabulo,  
Nihil efficiam. IS. Quid meritum censes? Ch. Labrati uti  
labra ) ) (alicubi

Discendantur. Sy. Perquirere prius non desistam, quam  
Eos reperiam. Sed quis hic in proximo clamor oritur?  
La. Obsecro populares, ferte misero atq; innocentii auxiliū:  
Subvenite inopi. Sy. Proh Deum, quid video? nostrū ne  
servulum

Hic verberat? quid sto? quid cesso? cur opem illi non fero?  
Quid hoc turba? quid tibi, venator, erga nostros tactio est?  
IS. Quid tu hominis es? quid tibi mecum negotiū ignavissime?  
Sy. Imò, quid tibi negotiū cum servis nostris in tuis  
Venatis? Cur illos ab operis suis, rure abstrahis?  
IS. Quia sic libet. Sy. Sed non licet. IS. Qui scis? tibine  
ego teneor

Reddere rationem, stimulorum seges? Si mihi non reddere  
Teneris, reddes alij. est in cœlis Deus, qui quæ mala  
Nos facimus, audit & videt. IS. Quis te sacerdotem mihi  
Constituit? ego hac plus millies à patre audiui cum radio.  
Sy. Injurius certè es, miseros qui & innocentes verberas.  
Ch. Siccine tu responsas hero meo? Cave sis, nescis cui  
Maledicas tu viro. Sy. Quid nesciam? quid mihi tecum est rei?  
IS. Scelleste, si nihil tibi rei nobiscum est, cur non abiis?  
Cur non hinc ocyū facessis? Sy. Agricolas dimittier  
A te volo. Hoc si feceris, discedam. Nam ruri hic eos  
Operis vacare oportet: hoc herus iubet. IS. qui herus iubet?  
Neminem ego herum mihi agnosco. Sy. Eho. Num tu reg-  
num hic possides? (giam hunc

IS. Irrides furcifer? Accede huc Chame, & propter masti-  
Assiste: nec mora sit, si unū ei contra me excederit verbulū,

Quin

*Quin pugnus continuo in mala hæreat. Ch. libenter obse-  
quor:*

*Neg, ad ceroos & què cursim procurram, ut conficiam manu.*

*Sy. Cave sis, ne me attingas scelus. Ch. quid? tetigine?  
num: dolet?*

*Sy. Ofacinius indignum! IS. Geminabit, nisi caves. Sy.  
Hei misero mihi!* (iniuriam)

*IS. Quid clamitas? abi hinc. Sy. Dispeream, nisi ego istanc  
Nobis illatam, ad iudices deferam. IS. Imò mihi gratias  
Debes, quòd tam leniter actū est tecū, nec uti promeritus es.*

*Sy. Eo hinc. IS. Si dudum ipsis, non hic vapulasses carnifex.* (rustici.)

*Sed quid nunc agimus? cur non imus? sequimini me hacru-*

## ACTVS II SCENA IIII.

Syrus.

**D**EUM immortalem, que huius venatoris est. Senarij  
Iniquitas? qua iniuria in hos innoxios  
Et immerentes agricolas? Ita homines  
Pecudum ritu tractare istis Satyris licet?  
Quasi verò miseri in hoc nati sint rustici,  
Venaticos ut alant canes: quibus domi,  
Quod ipsi edant, nihil est. Nam liberos fame  
Experiuntur non raro contabescere.  
Qua verò miseria est, tot flagris affici?  
Sic vapulare? sic ad quemvis aulicum  
Nutum intremiscere, nec contra audere hiscere?  
Emortuum ego me mavelim, letho male:  
Quam non illi dem hodie insidias Chame:

B 8

*Qui me tam indignis immeritum habuit modis.  
Sed interea domum rursus concessero,  
Dum illi à venatione sese hic recipiant.*

## ACTVS II. SCENA V.

Abrahamus, Iſacus.

Senarij.

**R**em omnem tibi demonstravi intus ordine.  
Minus si tenes, volo percipias denuò.  
IS. Commemini omnia pater: nempe uxorem mihi  
Daturum te aiebas. AB. Rectè, fili Iſace.  
Name ea nunc gratia produxi te foras,  
Tecum ut loquar ea de re familiarius.  
IS. Ausculo, quid velis me hic amplius pater.  
AB. Evidem hunc videre saepius optauit diem,  
Cùm ex te esset aliquis, qui te appellaret patrem:  
Et ad quem terra huius cederet hereditas:  
Quandoquidem diuina ad te & posteros tuos  
Pertinet, exclusis fratribus, promissio.  
Sed haec tenus, ut voti huius fierem particeps,  
Nunquam sese obtulit sperata occasio.  
Nunc itaq; (quare bene vertat mihi & tibi,  
Adeoq; roti familia & nepotibus)  
Hodie uxorem ducas volo, me viuo patre,  
Priusquam moriar, & è corpore migrem meo.  
Nam propterea tibi nunc omnia bona tradidi:  
Ut propriam tibi constitua familiam.  
IS. Sed vereor ut possim. AB. Cur? IS, Quia matris Sarai  
Memoriam & luctum animo nondum eicci meo:  
Nec dum annus quartus exiit, cùm diem obiit.  
An igitur non absurdum erit, me, operam dare,

Tristem

Tristem iam, nuptijs: & cum flere addecer,  
 Ridere? AB. Imò sat lachij mis datum reor.  
 Neg, enim lamentari nos mortuum decet,  
 Ut Chananci faciunt: quibus adempta spes  
 Alterius vita est: nec se rediuiuos fore  
 Vnquam credunt, IS. Sic est. AB. Quin mater hoc idem,  
 Scio, te facere vellet, ego quod te volo,  
 Si viueret. Nunc quòd obgit, id non est nouum:  
Quia morti omnes debemur, quotquot viuimus,  
 Proin istam omitte vanam sollicitudinem,  
 Et date hodie mihi: ac noli aduersarier.  
 IS. Sed an etas non videtur immaturior?  
 AB. Deus bone. etas qui sit immaturior?  
 Annos quadragesima natu es: & ducere  
 Vxorem, te etas prohibet? Quid statuendum erit  
 De ijs, qui priusquam medium contingent tua  
 Aetatis, ante annum baud raro vicefimum  
 Vxores ducunt, liberos ut procreent,  
 Aut potius ut suam voluptatem expleant:  
Cum sint ipsimet plus quam infantes vixit.  
 IS. Faciant, quod lubet, alij: mea sic sententia est.  
 AB. Quod aliorum dissimilis esse moribus  
 Studes: in hoc te laudo. Sed tuam mihi  
 Aetatem frustainfers, qua & confirmatio  
 Est, & vita sua habere iam modum potest.  
 IS. Age, mitto etatem: mitto & mœrem meum.  
 Sed unde tandem uxorem inuenies commodam,  
 Et moribus ac religioni parem mea?  
Qualem omnino esse sportet eam, quam duxero.  
 Nam in his terris haud ullam talam reperies.

Ab. Ne sis sollicitus: sed responde, quod rogo:  
 IS. Quid est? Ab. Si virgo, quam reperero, pia & proba,  
 Tuisq; accommoda sit moribus, vin' ducere?  
 IS. Igo te puto & etate, & benevolentia  
 Plus scire, ac providere, quam me ipsum, mihi.  
 Proin si ita aequum censes, aut factio est opus,  
 Age siat: mos geretur. Ab. Facis, ut te decet:  
 Cum istuc quod postulo, impetro cum gratia.  
 Nunc tu, quod reliquum est, hosce per dies, domi  
 Vt sis, vide: & rem familiarem bene gere,  
 Dum redeat hic Eleazarus. IS. Quoniam ille abit?  
 Ab. In Mesopotamiam, ad cognatos nostros, domum  
 Bathueli, filij Nachor, fratris mei.  
 IS. Quid illuc acturus? Ab. Rogitas? Cognatae ibi  
 Puella ambibit nuptias, è patria  
 Domo. Nam ut hoc faciat religione fidei,  
 Et iurciurando obstrictum dimisi. IS. Itan  
 Pater? Ab. Sic. IS. proh Deum, nunc demum intelligo  
 Vnde initium duxerit, & quod tendat tua  
 Oratio: nam hæc mihi primò absurdum admodum,  
 Et insolens visa est: cum ante hac de uxorio  
 Negotio nullum fecisses verbulum.  
 Sed credis ne adducturum secum virginem  
 E patria? Ab. Ita spero quidem: sed spes humana ita  
 Est comparata, ut nisi precibus foveatur, &  
 Fide in deum, insperata sapientia accidant,  
 Quam quæ sferes. IS. ita est. Ab. Pro invito Deum  
 Arde ntibus roga, ut hoc secundet illi iter:  
 Et Angelum suum adiungat ei pronubum.  
 IS. Ita faciam. Ab. Nam opes, agros pecunias,  
 Et fini-

*Et similia, parentes relinquunt liberis:*

*At uxor honesta à solo provenit D E O.*

IS. *Vera memoras. Ab. Abeamus ergo intrò: & bona  
Spe freti expectemus, dum tandem redeat huc  
Eleasarus cum sponsa tua. IS. Prae, sequar.*

## A C T V S II. S C E N A VI.

*Isacús.*

**Q**uid hoc negoti? an hoc non est patrem pium,  
Sapientem, intelligentem esse: mihi tam bene  
Rebusq; meis, & fortunis qui prospicit?  
Nam proh DEV M, qua hac est illius cautio?  
Qua in filium pietas? qua providentia?  
Ne quid detrimenti, aut damni capiat mea  
Domus: neu infidie dentur ab incolis mihi  
Per matrimonium: ut nunc mos est maxime.  
Itaq; adeò magnam curam imiecit mibi  
Curia sua: ne forte imprudens hic agam,  
Quod nolit. id sciens cavebo. nam deceat  
Esse audientem dicto patrii, filium  
Bonum: qui rectè sapit: itidem, ut ego sum patri.  
Cui si quid volupe est, mibi voluptas maxima est.  
Nunc intrò concedam: ut, qua iussus sum, exequar:  
Ne mora forte meis nuptijs egomet fieri.

## A C T V S III. S C E N A I.

*Eleasarus*

**H**i sunt loci, atq; ha regiones, que mihi ab heros  
Sunt demonstratae, ut rationem capio oculis.  
Nam civitatem banc esse Charyb antumo:

*Senator*

B 5

Vbi ille habet patrulus heri mei Abraha.  
 Itaq, nimis velim dari mihi obuium  
 Hominem, qui certum me faciat, ubi Bathuel  
 Habitet: cui ab hero nuncium apporto meo,  
 Ut filiam eius ambiam herili filio.  
 Sed annon ego sum compeditus & miser:  
 Cum nemo hominum est, qui se mihi ferat obuium:  
 Nec gnarus sum loci: neq, unquam hic fui:  
 Nec quenquam in his hominem noui regionibus?  
 Nunc quam facile sit peregrinus mibi in locis  
 Ignoto, incertas nuptias sectarier,  
 Qui uis, tacenti me, sponte sua intelligit.  
 Quid ergo acturus: cui neq, gutta consili  
 Certi parata est, neq, nunc quid faciam, scio:  
 Neq, exordiri primum, unde occipiam, habeo:  
 Neq, ad texundam telam certos terminos?  
 Quid si hic eos imiter, qui inuestigant mare?  
 Nam qui viam nescit, qua veniat ad mare,  
 Eum oportet amnem querere comitem fibi.  
 Ego in hac re commodiorem nescio viam:  
 Nisi ut hunc putem, quem hic conspicor, gradu petam.  
 Nam haud dubie homines hic confluent ex oppido,  
 Ut aquam hauriant: quando ita dies tempus est:  
 Et serus declinat dies in vesperum.  
 Et certè sic agam: nam hic putens nunc mihi  
 Amnis erit: Hunc certum est sequi. Sed proh Deum?  
 Quod hoc offertur tam lepidum spectaculum  
 Mihi? que ista tot mulieres, hic cum hydrys  
 Ad me viam affectantes? utinam fas mihi  
 Deum rogare, ex his feminis, qua aquam

Medd

Modò haurient, ipse unam, uxorem destinet  
Herili filio: meumq; in resatis  
Confusa & perplexa, animum pro arbitrio meo  
Confirmet ac certum reddat: nam in his malis,  
Quæ me repente circumuallant, nullum erit  
Auxilium tutius, nullumq; remediam  
Præsentius: quam supplicem fieri Deo:  
Ut propicio is numine suo nos adiuuet:  
Qui in nescijs rebus spe nescia sumus.  
Equidem P R E C E S piūm nunquam sunt irrita:  
Neq; quidquam ijs est uspiam efficacius:  
Quoniam hæ sole fidelium arma sunt, quibus  
Cælum expugnatur, & aduersa in vita superantur omnia; Ossonari  
Sole, quibus dubi confirmantur animi:  
Sole, quibus iejuna spes hominum alitur.  
Ad te igitur venio, spem salutem omnem expetens:  
Qui solus fons salutis es, solus auxilii  
Copiam habes, D OM I N E D E V S Domini mei  
Abrahe:  
Te obtestor, teq; org & queso, ut ne dare operam  
Hodie mibi te piceat, quod te orabo; sed  
Ut misericordiam fortunis Abrahe  
Heri mei impertiri clementer velis:  
Et me seruum respicere digneris tuum.  
Ecce, ego sto iuxta fontem hunc, & iam virgines  
Ex oppido egrediuntur ad basciendam aquam:  
Si ergo puella, cui dixerim: Cedò hydriam  
Tuam mihi, ut bibam, & ipsa morem gesserit,  
Ac mihi potum prebuerit, & meis insuper  
Camelis comiser ac benignè obtulerit; hac

*Sit, inquam, ego quam petam uxorem domino meo  
Isaco: ac si mihi abs te de manu in manum  
Esset data. Et hinc faciliteratione colligam,  
Quod misericordiam hero meo tu adhibueris.  
Nam ego, frustra hic illuc circumspicio, ô DEV:  
Frustra meo labore, meaq; industria,  
Et varijs artibus successum querito:  
Nisi tu negotium clementer dirigas.*

## ACTVS III. SCENA II.

Rebecca, Eleaserus, Cario.

**D**omi manete vos reliqua. Ego hinc exeo.  
Ut aquam hauriam. Mox adero: vos secum interim  
Construite, ut igni luculento luceat,  
Et cena paretur, dum revertar hic domum.  
Atque audis Paradisicā? vide non olusculum  
Igni admoveas proprius: neu exuras rapula:  
Id quod heri tua commissum est negligentia.  
Profecto nunquam ego pedem domo effero  
Sine cura ac sollicitudine rerum, quae domi  
Geruntur ab ancillis. Adeò nostra nimis  
Sunt oscitantes: adeò ignavae ac desides:  
Ut vix unam videoas memorem officij sui.  
Itaq; maturandum mihi est, ut sine mora  
Cum aqua revertar. Sed quid hoc est obsecro?  
Quos ego homines hic ad fontem conspicor?  
El. Cuius hominis vox mihi ad aures hic advolat?  
Re. Obsecro, quos ego viros hos dicam, vestibus  
Peregrinis, ignota facie? Pol haud scio,

*Quid*

Quid mihi animus meus præfigiat. Sed oculos  
Quid hic circumfero, quasi iam nihil fiet,  
Quod agam? El. Certe vocem audire mulieris mihi  
 Visus sum. Ca. Here, proh Deū, quæ hūc fæmina fert gradus  
Quam liberalis facie? quam erate integræ?  
 El. Vbi nam est Caro? Ca. Na ego pulchiorum, Eleasare,  
 Nunquam vidi prius. El. Quin commonstras eam  
 Mibi Caro? Ca. Si hanc aspicias, delebis procul  
 Omnes dehinc animo Canæ mulieres.

Nam, præ ista, nostrates mihi pithecia,  
 Et spinturnicia esse videntur. El. Enecas  
 Menugis tuis. Quin tu tandem monstras eam  
 Mibi, quoniam abierit, aut ubi sit? Ca. Eccam, here,  
 Huc credit è puto. Viden ipsam? El. Video, sed heus.

Ca. Quid est? El. Camelum servatibi meum: dum ego  
 Redeam. Ca. Quo ibis? El. Procedam virginis obviam,  
 Ut alloquar, priusquam hinc abeat longius.

Equidem certum mihi est hic experirier,  
 Vtrum hac illa sit, pro qua Deum modò  
 Precatus sum, & utrum ipse hoc fortunaverit iter.

Re. ad me tendit hic homo. El. Puella salve. Re. Salve &  
 tu, mi homo.

El. Gratiam habeo tibi. Sed est quod te oratæ volo, nisi tibi  
 Malestū est. Re. prout oraris, dabitur opera, & in negotio.  
 El. Haud magnū est, quod te orabo. Re. quid est?

El. Hydriam tuam mihi cedo, ut Diameter:

Bibam. Re. Lubens: cape & bibe, Domine mi, quantum  
 vis. El. Gratiam

Habeo Re. Bibe amplius, siquidem id gratum est tibi.

El. Gratissimum. Sed ego bibi satis Re. Quin etiā, si placet,  
Tuis

Tuis camelis hauriam, dum se potus satiaverint,  
 El. Magnas merita tibi gratias ago, cum ista mihi copiam  
 Tam prompto offers animo. Ac certe mihi officium grati-  
 simum. (sit mibi)

Præstiteris, modo non sit molestum tibi. Re. Molestū hoc  
 Cur obsecro, grauerer, aquā vobis, quā hostis hosti cōmodat.  
 Adducite vos camelos huc propius ad hunc canale: Ego hinc  
 Aquam ex hydria mea infundam omnibus. El. Dū immor-  
 tales, quid hoc

Dicam esse negoti mihi quod tā subitō, nec opinanti accidit?  
 Nam quid ego in hac potissimum re laudē? quid potissimum  
 Admirer? quid primum aut postremum prædicem? num  
 virginem,

(Deum,  
 Quæ tam benigna & comis est in me hospitem? an verò  
 Cuius nutu reguntur hac omnia? Evidēt totus animi  
 Pendo, nec qd prius hīc agā certus sum: nisi ut experiar, an  
 Deus hoc iter fortunārit. Nam huius ego providentie  
 Omnia committa: cum sine hac nibil rerum geri queat.

Hac illud cornu copia mibi est, ubi inest, quicquid volo.  
 In hac confilia insunt omnia: in hac thesaurus sapientia:  
 In hac rei exitus prosper: in hac vxor herili filio.

Poëta fortunam Deam faciunt, cæloq; collocant:  
 Ut quæ humana arctet & fingat, pro libitu, omnia. Ceteri  
 homines,

Cum quid bene evénit, sive plerūq; adscribunt industrie.  
 Nam bene ubi cū consilium discimus accidisse, cautum ho-  
 minem

Eum esse declaramus: stultum autē illum, cui vertit male.  
 Stulti haud scimus, fūstra ante scimus, cum sapienter ali-  
 quid dari

Pecimus

Petimus nobis: quasi quod in rei sit, possumus noscere.  
 Ego certa divina providentia hoc negotium  
 Totum fero acceptum: in cuius manu & nos, & sapientia  
 Nostra omnis, & omnes sermones sunt. Nam profecto sic  
 erit:

Centum doctorum hominum consilia, sola derincit Dei  
 Provisio, qua administrantur mortali<sup>rum</sup> in vita omnia.  
 Sed eccam virginē, quam celeriter ab opere hūc se recipiat.  
 Re. Ad te revertor, domine mi, posteaquam camelii omnes  
 tui (sit tibi:  
 Eiberunt: Nunquid vis me aliud? El. Nihil, nisi ut bene  
 Et ego ut gratum me ostendam: atq<sup>ue</sup> adē munusculū tibi  
 Dem, pro tuo in me beneficio. Re. Non est opus: feci lubens,  
 Et sine molestia. El. Sine me. Nam me tibi benignè itidem  
 addebet

Bene merenti, bene ferre gratiam. Atq<sup>ue</sup> en tibi munusculū.  
 Cape hanc inaurē tibi. Re. Nimium est munus: nimio vo-  
 bis aqua hac (ra de  
 Constatib<sup>us</sup> precio. El. Haudquaquam nimio, quia longè maid-  
 Nobis promerita es. Quin etiam manus porrige. Re. Quid  
 cum ys ages?

El. Ambas bis armillū exornabo aureis. Re. Absit procul  
 A me iste luxus. nam bono ingenio me ornatam esse voluit  
 Pater, non auro. El. Intelligo. Sed hoc dic mihi, virgo nisi  
 Molestum est, qui tuus est pater? Re. Cur sit molestum?  
 mihi pater

Est Bathuel, si non ien etiam audivisti antehac uspiam.  
 El. Quid est ille Bathuel? cuius nam filius? cedo. Re. Filius  
 Nachorius est ex Milca. El. Prob Deum, quid audio! Re.  
 Res quod est.

El. Pater

El. Pater tuus est Bathuel ? Re. Sic est. El. Et avus tibi  
fuit Nachor ? (nisi simile)

Re. Omnimodo. El. Et mater Bathueli Milca fuit ? Re. pl-

El. Nunc tibi supreme IOVA, gratias ago quam maximas  
Possum animo concipere, quod misericordia tua mihi,  
Heroque meo Abrahæ non defuisti : meque per eam viam  
Deduxisti, qua pervenirem ad cognatos heri mei  
Abrahami. Re. Papa ! quid audio ? Quem nam tibi herum  
esse ait ?

El. Abrahamum. Re. Abrahamum ? El. Ita dico, Re.  
Fratrem Nachor ?

El. Ita loquor. Re. Avi mei ? El. Omnimodo, siquidem pa-  
ter tuus sit Bathuel.

Re. Eum ne dicas, obsecro, qui procul hinc in Canaa ha-  
bitat ?

El. Eum ipsum, nisi tu alium Abrahamum noveris. Re.  
Dic obsecro,

Mivir, quæ via buce perduxit ? El. Non est hic narrandi  
locus,

Nam serus, ut vides, iam iam componit hesperus diem.  
Sed si in domo patris tui pernoctandi locus dari  
Potest, domi tua incus post dicā. Re. imò non tantum locus  
Pernoctandi : sed pabuli & straminis apud nos affatim  
Erit : ac proin eo, ut habeas rem nunciem domi. El. Mane.  
Re. Quid est ?

El. Iam non abibis, nisi prius has armillas indueris. Re.  
Si ita (abeo.

Placet tibi, accipio. El. recte : facis quod te decet. Re.  
Tu ut tempus est diei, videne quod abeas longius El. Bene  
Mones : benè ambules modo.

Dimerer.

ACTVS

## ACTVS III. SCENA III.

Eleasarus

**I**lla abiit. Proh Deum, quis me cest felicior?  
 Quis me hominum in terris vivit fortunatior?  
 Qui ex improviso adveniens, inveni hanc modò  
 Puellam, qua cum volo, & ut volo heri filium  
 Iungi: & eam de genere summo, & cognato heris  
 Meis: modestam, ingenuam, studiosam rei  
 Domestica, sine sumptu, sine mundo, sine  
 Omni fastu: & plane dissimilem virginem  
 Nostrarum virginum: quae in delitüs domi  
 Aetatulam exigunt: & quas ferè sui  
 Officij pudet ac piget. Ego hanc laboribus  
 Affuetam arbitror. At nostræ virgines nimis  
 Sibi placent, nimisq; dant operam, ut suis  
 Placeant amantibus. Itaq; noctes ac dies  
 In omni atate semper ornari solent:  
 Semper lavari, tergi, pingi ac fingier.  
 Postremò cum bene lauta, ornata, sublita,  
 Picta ac ficta fuerint, infecta sunt tamen.  
 In hac verus color: solidum corpus, sine  
 Auro; sine munditia, sine omni re mala:  
 Ut digna sit, Reges quam ductitent. Ita hic  
 Amœnitate amena amœnus me dies  
 Onerat: quo ex improviso inueni virginem,  
 Quam ipsam hic quarebam. Nam quod summopere dabam  
 Operam, ut fieret, DEVS id cura effecit sua,  
 Sine mea, & solus sine mea omni industria.  
 Satin, si cui homini benefactum esse vult DEVS,  
 Obtingit optatum püs. quare moram

C

*Hic ne clam atq; operiar, dum quis me intrò vocet.*

## ACTVS III. SCENA IV.

Laban, Rebecca, Eleasar, Cario.

**A** In' tu? Re. Ita est. La. Servum esse cognati Abrahæ? Re. Sic. La. Et eum hanc tibi dedisse in aurem? Re. Scilicet.

(tu eum

La. Et has armillas? Re. Maximè. La. Obscero ubi Reliquisti? Re. Foris ad puteum. La. Introduceres.

Re. Mei officij hoc non erat. La. At ego ibo, ut visam, ubi Sit, aut ubi substiterit. tu cœnam instrue domi.

Proh summum, æternumq; atq; immortalem Deum,

Vt multa s̄epe præter spem mortalibus

Eveniunt. nam si quis dixisset mihi hodie,

Servum Abrahāi hūc adventurum vesperi,

Et armillis sororem ornaturum meam:

Ego ut hoc crederem, animum nunquam hūc inducere

Potuisse: sed quid sto? cur cesso currere?

El. Ad me viam affectat hic homo. La. atque eccum virum.

Adibo. hospes, salve. El. salve & tu plurimū.

Sed quinam tu homo? La. qui te salvū esse cūpit. El. quasi

Te mihi amicum dicas. La. Imò quasi ego siem.

Sed est, quod te percontatum veni. El. quid est?

Loquere ut voles. La. Tūne hic sorore cum meq;

Modò eras? El. quenam est ea? La. Quæ camelis hic tuis,

Tibiq; ipsi potum dedit: & cui tu munera

Retulisti, in aurem atq; armillas? El. Est ne ea soror

Tua? La. Sic est. El. dabis veniam mibi: non noveram

Te. La. neg, ego te: sed dic clare, quod te rogo.

El. Quid? La. Es ne servus Abrahā patrui mei?

El. is

Senarij.

**E**l. Is ego sum, non alius. La. Dij te ament; tibi  
Bene faciant, & consilia tua prosperent:  
Ut eveniant, quæ optas, & ut optas omnia.

**E**l. Ita faxint, ut spero. La. quid stas igitur foris?  
In greedere mecum, vir beatissime, hodie  
Tibi apud me hospitium dabitur. El. Haud repudio  
Hospitium. nam gratum habebis hospitem.  
La. Imò gratissimum: sequere hac modò. El. sequor.  
La. Et vos omnes una, nam sat loci est domi.  
**C**a. Ego verò perlubens. Nam diu nunc mihi crepant  
Intestina: ac dudum dentes mei cibum  
Convenisse cupiunt: & per Iovem, meus  
Animus nunquam magis antehac fuit in poculis.

## ACTVS IV. SCENA I.

Bathuel, Mulier.

**P**arata est, vxor, cœna, uti dudum iussoram?  
Mu. Sic factū. Ba. Vbi Labanus cū hospite tam diu? Senarij.  
Nocet hæc mora ferculus. Mu. Nocet certè: tamen  
Hic affuturum eum mox credo: ubi priùs  
Lauti omnes fuerint hospites: & pabulum  
Camelis exhibutum. Ba. Longas necunt moras.  
Miror, quid rei sit. Sed quid tu obsecro, mea  
Coniux, inopinatum hunc aduentum servuli  
Portendere nobis autumas? Mu. quid, nisi bonum?  
Ba. Vnde autem hoc colligis? Mu. quia dona filia  
Dedit Rebecca, inaurem atque armillas duas:  
Ut primum audivit eam nostram esse filiam.  
Ba. Quis scis, an eum esse simulet, quem predicat.

C. 2

Nam, ut huius seculi mores sunt pessimi,  
 Nusquam tut a est fides. Nam mille hodie modi,  
 Quibus in fraudem incauti perducuntur homines  
 Ab impostoribus. MV. Alij sint, ut volunt:  
 Certè omnibus diffidendum haudquaquam puto.  
 BA. Nimium credula es homini peregrino & aduena.  
 MV. At tu pol nimium suspicax. BA. Nondum satis  
 Perspecta sunt tibi humanarum mentium  
 Latebra, & mirabiles ingeniorum strophae.  
Quid si hic seruus fugitiuus e domo Abrahæ  
Cum præda opima huc veniat, ut nobis nouas?  
 Infidias struat, & verba det? MV. Minime omnium  
 Sperauerim: nam ea mihi de illo filia  
 Retulit, ut piu[m] hominem, & suo fidelem hero  
 Seruum esse credam. id quod melius intelliges,  
 Vbi loquentem audieris, & coram aspiceris.  
 " Nam vultus & sermo hominem totum detegit.  
 Atq[ue] ecce, de quo nos verba facimus modo.  
 BA. Vbi nam? MV. Huc fert gradum cum nostro filio.  
 BA. Quin ergo mensam ocyus inferni & feracula  
 Iubes apponi, ut accumbamus illico?  
 MV. Iam fiet. Heus puer, ades dum: mensam instrue:  
 Et feracula infer. Tu Rebecca, sequere me.

### ACTVS IIII. SCENA II.

Eleasar, Labanus, Bathuel, Mu-  
 lier, Rebecca.

Senarij. **Q** Vid nunc agimus, Labane, postquam omnes sumus  
 Lauti, & camelis pasti ac poti? LA. Intrò ibimus.  
 Nam dadum nos senex operitur Bathuel  
 Domi:

*Domi: atq; eccum cum matre. EL. Vbi: LA. Hic antè  
ostium*

*Nos expectant. eamus: sequimini. EL. sequor.*

*BA. Apparet certè grauitas in vultu illius:*

*Gradum contrà feramus. salutem mihi homo.*

*EL. Salutem optime Bathuel. MV. saluum venire te*

*Ex animo gaudeo. EL. Deus tibi dedit, quæ velis.*

*BA. Sunt multa, quæ ex te percontarier volo:*

*Sed quia iam ante moram traxisti, mensæ priùs*

*Accumbendum censeo. Cedò aquam manibus puer:*

*Date ei sellam propinquam, ut assidat citè.*

*EL. Iam non capio cibum. BA. quid ergo? vín dare*

*Operam somno, ut qui lassus de via? EL. Neg, hoc.*

*BA. Quid ergo? vín prius bibere, quæ edas? EL. neg, hoc.*

*Sed veniam mihi dabis, si paucis eloquar,*

*Priusquam accumbamus, quam obrem huc venerim.*

*Nam nec comedam prius, nec bibam, nec dormiam,*

*Quam id dixero, cuius causa adueni modò.*

*BA. Loquere. EL. Ego sum seruus domini mei Abrahæ.*

*BA. Sic audio. EL. qui procul hinc in Chanaa habitat.*

*BA. Noui. EL. Hominis, quem clemens Deus mirum in  
modum*

*Ditauit. nam & oves, & capras, bouesq; habet,*

*Camelos item & apros, aliarumq; pecudum.*

*Greges, in tanta copia, ut nemo in Chana:*

*Tum & auri atq; argenti tantum ille possider,*

*Vt meritò solus dici possit omnium,*

*Qui viuunt in terris, hominum ditisimus.*

*Seruos item & ancillas in tanto numero habet,*

*Vt eorum auxilio & vindice fretus DEI*

Ope, quinq<sup>u</sup> reges una strage fuderit.

Ba. Ifstam felicitatem vobis gratulor.

Nam ita me Deus bene amet, voluptati est mihi,

Si quid ei contingit animi ex sententia.

El. Credo sanè. Sed date vacuas aures mihi,

Dum proflus rem eloquor. Ba. auscultamus sedulè.

El. Seni præterea, annum ætatis agenti, puto,

Centesimum, mira bonitate DEI optimi,

Saravxor filium peperit, annis ab hinc

Quadragesima: ne tot tantarumq<sup>ue</sup>, illi opum

Hæres deesset. Mu. De hac re etiam antè audivimus.

El. Ei pater nunc omnia tradidit bona,

Omnem substantiam, omnes pecudes, familiam

Omnem: nec quicquam deest ei præter coniugem.

Domi quidem offeruntur matrimonia

Splendida cum summa dote. Ba. Cur non annuit?

El. Id audies. Negat cum Chananais, fide

Fiduciaq<sup>ue</sup> omni in Deum carentibus,

Affinitatem ullam posse colere. ac proin

Meam sibi iuramento obstrinxit fidem,

Vt Isaco (nam id nomen herili filio est)

Nuptam ex Chananais, inter quos ipius habitat,

Nullam locarem: sed paternam irem domum,

Et uxorem gentilem deligerem. cui

Cum dicerem: quid si mulier nolit sequi?

Quid tum faciam? DEVS inquit, cui ego parvi

Per omnem vitam, mittet tecum nuncium

Suum, ut tibi secundet hoc iter tuum.

Et tu capies uxorem filio meo

E familia patrii mei. Ba. Quid tu illi ad haec?

EL, LU-

El. Lubens, inquam, hoc iter, here, perficiam: neq;  
 Laborem ullum defugiam: sed si virgo me  
 Nolit sequi: num iurisiurandi mei  
 Religione exolutus fuero? Ba. Quid tibi  
 Ille? El. Imò maximè, inquit: nam mihi fidem  
 Præstiteris: si tu veneris modo ad domum  
 Gentilium meorum, & quod mando tibi,  
 Peregeris. Nam sive dent tibi, sive non,  
 Omni religione fidei te exolveris.  
 Ba. Quid deinde fit? El. Quid? Ego his persuasus vocibus  
 Viam ingredior: & quam possum properè huc eo.  
 Cumq; hodie ad puteum devenissim vesperi,  
 Locorum atq; hominum ignarus: cœpi egomet, ita  
 Ut sit, alia cogitare ex alijs & D E V M  
 Precari, ut is secundaret viam meam.  
 Domine, inquam, Domine D E V S heri mei Abrabe,  
 Si tu mihi clemens ades in hoc itinere,  
 Da, ut hic me stante ad fontem aquæ, virgo veniat  
 Haustura: qua mihi roganti aquam det ex  
 Vrna bibendam: atq; camelos etiam meos  
 Aquetur: & ego intelligam hanc ipsam esse, quam  
 Tu destinaveris uxorem domino meo  
 Isaco: ac si mibi abs te in manum  
 Foret tradita. Ba. Miror profecto, quod tua  
 Evadat oratio. El. Vix cogitaveram  
 Hac tecum tacitus: cum subito tua filia  
 Rebecca egreditur, urnam super humeros ferens.  
 Ea ad fontem descendit: baurit aquam & redit.  
 Ba. Quid tu ibi? El. Scies: procedo virginis obviam:  
 Saluto; respondet: sermonem copulo

Cum illa meum: pētō haustum; dat mihi ocyūs.  
 Simulq; aquatur am camelos se meos  
 Vltri recipit: quod & fecit pōst sedulō.  
 BA. Est sic factum Rebecca? RE. Sic est, mi pater.  
 BA. Papæ, quid audio? EL. Ut ad paucā redigam, rogo.  
 Cuius sit familiæ, responderet fideliter.  
 Se filiam esse Bathuelis, neptem Nachor.  
 BA. Rectè factum. Laudo. EL. Ego, gratum ut me ostendam  
 Accommodauī fronti eius inaurem, & duas (derem  
 Armillas manibus: ac submissō poplite  
 Terra incumbens, Deo heri mei Abrahæ gratias  
 Ago, quod deduxisset me in rectam viam,  
 Vbi conciliarem filia tuae nuptias  
 Herili filio: quam ego ex his symbolis  
 Eam ipsam esse intellexeram, quam quererem.  
 BA. Hæc mira sunt. MV. Certè admodū mira: & aliquid  
 Prodigij alunt. EL. Nunc ergo, cùm Dominus meus  
 Huc ad vos me misericordia, ut inter se atq; vos  
 Affinitatem conciliarem, & gratiam:  
 Si hanc conditionem accipitis, quam fero & peto: &  
 Si ex usu vestro tam erit hoc matrimonium,  
 Quam ex nostro: facite, ut sciam: si vero minùs,  
 Nibilo seciūs: ut insistam hic aliam viam:  
 LA. Hæc res, Pater, planè ex Deo est: neq; possimus  
 Quicquam repugnare illi. BA. Ita apparet, Laban.  
 LA. Quin ergo conditionem hanc accipis? MV. Et mihi  
 Sententia est eadem, & volo: desponde huic.  
 BA. Cùm affinitate me vestra arbitramini  
 Dignum: habeo primum vobis magnam gratiam,  
 Deinde, si in rem est utrig; ut siant nuptiae;

Nolo.

*Nolo tibi vllum commodum in me claudier.*

**EI.** Meritò te laudo & magnifico, Bathuel.

*Quin ergo, quae res bene vortat, spondes mihi*

*Natam tuam, ut uxor siet herili filio?* (ginis,

**BA.** Agè, spondeo. MV. Et ego una. LA. Et ego frater vir-

**EL.** Sed in ipsa ne quid sit mora. **BA.** Videbimus;

*Et, qua eius sententia sit, explorabimus.*

**EL.** Sic certè opus est. Nisi enim nobis consentiat,

*Operam profectò ludimus. BA. Rebecca. RE. Quid*

*Est, mi pater? BA. Qua occasione seruus hic*

*Ad nos deuenerit, id percepisti? RE. probè.*

**BA.** Et quidnam petat, id tenes? **RE.** Teneo: nempe,

*Inter me & Abrahā i gnatum nuptias* (ut sacras

*Conciliet. BA. Rectè, modò tu etiam annuas. RE. Si ita*

*Vobis placet. Nam V I R G O nulla est, quin siet*

*Mala, qua preter sapit, quam suis parentibus*

*Placet. BA. Ergò tu annuis? RE. Si vobis ita lubet.*

**BA.** Imò, ut etiam tibi lubeat, necesse est. Es si enim

*Sacra est parentum autoritas & plurimum*

*In hoc negotio valet: haud quaquam tamen*

*In uitam nostris te extrudemus adibus,*

*Proin dic uno verbo, utrum consentias.*

**RE.** Si ita factò opus est, ut fiat: agè, consentio.

*Nam currēm auctoritatē tua, & vestrūm omnium*

*Consensu bene transactam, nulla de graui*

*Causa facerem irritam? BA. Facis, ut te decet.*

*Quid poscis tu amplius? Habis tibi gnatam meam*

*Tuo arbitratu; Eam uxorem duc Isaco,*

*Herili filio: sicut visum est Deo.*

**EL.** Immortalem Deum, cui homini unquam uno die

Boni dedisti plus, qui minus speraverit?  
 Gratiam habeo & ago tibi DEVS, qui compotem  
 Omnis voti me hodie fecisti cælitus.  
 Nam quid ego dicam plura? Hoc confit, quod volo.  
 Nunc, unum quod supereft, pauca haec sunt munera  
 Sponsalia, que vos non recusabitis: ea  
 Iussum Domini mei vobis hoc attuli.  
 Tibi, Rebecca, hanc pallam, & hanc do cycladem:  
 Hoc vas argenteum: hunc scyphum aureum: aureum  
 Hunc annulum: quo tanquam arrha, digitos tuos  
 Orno: præterea hunc torquem cervici applico (Sino.  
 Tuae. Ba. Quorsum iſti sumptus? El. sine me obsecro. Ba.  
 El. Tibi mater & Laban, haec dono aromata,  
 Que habemus apud nos preciosissima. Vos boni  
 Consulite, atq; animum potius, quam munuscula,  
 Respice. Mul. Accipimus à vobis cum gratia,  
 Quanquam emeriti non sumus. El. Imò eſtis maximè.  
 Ba. Nunc postquam bene ſucceſſit hoc negotium,  
 Vel tandem ut accumbamus tempus eſt. El. Iam ego  
 Nihil moror. Ba. Heus famuli, lympham date manibus:  
 Inferte fercula: & crateras statuite:  
 Scyphos coronate: relinite omnia dolia,  
 Omnesq; ſerias. Nam hilaris eſſe nunc volo,  
 Cum nostris hospitibus. Quin ergo accumbitis?  
 Tu hospes, tene hunc locum: latus tu claudito  
 Illi, Rebecca. Tu uxor, huic ſcamno inſide.  
 Reliquis ſubſellijſ reliquos, Laban, illoca,  
 Et hunc gregem exhilarato. Ego hac in mensa ero  
 Dictator, quoniam optatus hic dies mihi  
 Illuxit. El. Et mihi longè optatissimus.

ACTVS

## ACTVS IV. SCENA III.

Ismaël, Chamus.

**I**N flate cornua & canite recepui:  
Nam sole cadente sensim inclinat merides.

Senarij

Tu, Sanga, complicato retia: & sine  
Mora cum ceteris subsequitor rusticis.

Ch. At tu, Labrax, ne vacuuus hinc ab onere eas,  
Hanc sarcinam impone humeris, & consequere nos.

Quid vultum ducis, rustice, ignavum pecus?

Vin' tibi demulceam caput hoc venabulo?

IS. Bene me castor proceſſit hac venatio.

Minus iam rusticis irascor, quam antea:

Nam inertiam suam pensarunt naviter.

Neg, quicquam nunc animo meo inest molestie,

Hoc prater unicum: quod Chamus mihi modò

Retulit. Sed ubi est Chamus? Ch. praſt̄d̄ est, here: desine.

IS. Quid illud est Chame, modò quod mihi dixeras?

Ch. De fratre tuo? IS. videlicet. Ch. Et eius nuptijs?

IS. Scilicet. Ch. Est sic factum, here, quemadmodum tibi

Dixi. Nam quantum ex aliorum sermonibus

Intelligo, quidem in Mesopotamiam missus est,

Vt vxorem inde petat Isaco fratri tuo.

IS. Proh Iupiter, quid audio? Ch. Quod tibi loquor.

IS. Missus ne in Mesopotamiam? Ch. Ita est. IS. qui uxore-  
rem petat?

Ch. Etiam. IS. Fratri meo Iaco? Ch. planissime.

IS. Quamobrē mi Chame, illinc? Ch. Nescio, nisi quod  
Chananeas non placere aiunt fratri tuo. (Ch. neg)

IS. Quidtum? Ch. sed nec Amorreas, IS. quid postea?

Hetteas

Hætas, neq; Phæras. IS. quas ergo? CH. haud scio:  
 Nisi forte pictas aut fictas. Nam cum his licet  
 Agere, ut lubet. IS. Chame, an non palam ab his sanctulis  
 Irridemur? CH. Sanè. IS. Quasi nulla fœmina  
 Hic potuisset reperirier tanto viro  
 Digna, nisi è Mesopotamia peteretur. CH. Mibi hoc  
 Non placet. Vnum namq; hominem dignum iudico  
 Altero. IS. Idem & ego arbitror. Sed Eleasari  
 Has technas esse tam scio, quam me viuere.  
 Nam is consilijs suis & fraudibus senem  
 Nostrum delirantem, quoquò vult, incitat:  
 Magisq; adeò, ut mihi talibus incommodet  
 Rebus, quam hero ut rectè morem gerat suo.  
 CH. Credo equidem. IS Quid ni credas? cum nuper etiam  
 Senem nostrum impulerit, ut me primò sibi  
 Genitum abdicarit, & iure interuerterit.  
 Meo: ac iuniorem prætulerit fratrem Isacum:  
 Tum patria bona iniquè ademerit mihi.  
 CH. Dij vestram fidem? quid audio? IS. Res quod est.  
 CH. Ergo ne exheredauit? IS. Sic. CH. Ten? IS. ma-  
 xime.  
 CH. Tantum virum? IS. Quid ni? CH. Proh Iuppiter.  
 Nunc demum aduerto unde illis sint hi spiritus;  
 Vnde hæ crista, quas nimio cum fastu erigunt.  
 Nam quia nos Chananaeos opibus sibi impares  
 Putant: ideo & affinitates respuunt.  
 IS. Ita est. CH. Sed quid nam culpa prætendit pater?  
 IS. Quid enim, nisi quod me agiliorem in studijs rei  
 Venaticæ & alijs exercitys videt:  
 Suum domi otiosum & deditum libris.

CH.

**CH.** Papæ, quām iniquè comparatum, ut plus ferè  
Semper detur fucus inertibus & pigris,  
Quām strenuis, negotiosis & bonis.

**IS.** Seni quidem minus irascor, quām cæteris.

**CH.** Qui sic? **IS.** Quia nunc senex et ate desipit:  
Homo plumbeus, fculneus, betaceus.

**CH.** Ita est. **IS.** Eleasaro irascor. nam illum pater  
Impulsorem ut sic ageret, certissimum habuit.  
Cui ego homini, si possim, male faxim lubens.

Neg, quicquām nunc est, quod malim, quām mihi dari  
Hic obuium cum tota fratriis familia.

Vab, quibus istum nebulonem lacerarem modis?  
Sublimem medium arriperem & capite statuerem  
In terram; ut cerebro & sanie dispergat viam.

Fratri ipsi, qui bona possidet, scelus, animam  
Extinguerem: Sosia oculos euellerem:

Post præcipitem è scopulo darem: Mox cæteros  
Gestores linguis, auditores auribus

Ruerem, tunderem, agerem, rapetrem & prosternerem.

**CH.** Nimis præcep es, nec te ipsum respicis, here.

**IS.** Quamobrem? **CH.** Quia, licet iij sint quā libet crucem  
Meriti: tamen indigni sunt, quorum gratia  
Tu in tantum commouearis. **IS.** At mihi satis  
Supplicij id habeam, dum illos ulciscar modò.

**CH.** At fungi sunt, & stipites, & caudices:

Nec digni, quis cum, tu tantus vir, litiges.

Ego seruus sum: sed omnem ipsorum gratiam  
Non redimerem mihi unico teruncio.

Generosus equus non curat latratus canum.

**IS.** Sic est. **CH.** Quin tu ergo hos negligis, & terespicis?

Nam

Nam tute tua virtute dives es satis:

Vt patrÿs istis non indiges bonis.

Agrorum tibi aliquot centena iugera:

Ovium, boum, caprarum mille sunt greges.

Præterea hac terra omnis, ab Havila, usq; ad Sur ferè,  
Et fines Aegypti, imperio subest tuo.

Quid adhuc patrem vel fratrem importunum times?

Quid nequam Eleasarum? Quos ulciscendi erit

Alia occasio? quin potius nunc genio tuo

Indulges: atq; hanc sollicitudinem amoves:

Ac vino te reficias? Quid enim prosunt opes:

Si illarum usus de medio vita tollitur?

IS. Rectè edepol mones, Chame: & certè mihi

Nunc eadem est tecum sententia. Ch. Quin imperas

Igitur servis, ut cœnam nobis apparent

Venaticam, cùm hodie tot captæ sint ferae?

IS. Ita faciam. Heus pueri, cœnam instruite mihi:

Mensas locate intus: Tu, Sannio, tergora

Cervis deripiás: tu Cylinder, disseces

In frusta, & verubus affigas. Ch. At ego iam, here,

Congrum in aqua ludentem intus desquamavero.

IS. Imò aliud te volo: cuius penè fueram

Oblitus. Ch. Si quid vis, manda: effectum dabo.

IS. In arcem transcurso opus est. Ch. Cui homini? IS. tibi.

Ch. In arcem? quid è? IS. Gastrodem illic hospitem

Babylonium, qui heri huc est vectus, conveni.

Nam vir bonus est, & perfacetus. Promove.

Ch. Quid vis dicam, Ismabel? An convenientiam modo?

IS. Dic nobis in cœna hospes sit. Nam semper is

Aliquid novi apportat, quoties huc adyenit.

Vola

**Vola.** Ch. At non novi hominē. IS. Faciam ergo ut noveris.

Homo ventriosus, rufus, inflatus genas,  
Crisspus, crassus, dentes lupinus, cæsus.

**Ch.** Sat habeo. IS. curre curriculo. Nos interim  
Hic expectabimus. ne absitis longius.

**Ch.** Memor ero. IS. Vos agricola me hic ante ostium  
Operimini, dum redeam: ne amoveatis hinc  
Pedem longius, ut cum opera vestra opus mihi  
Fuerit, ne situs, pro vestro more, in mora.

## A C T V S I V .   S C E N A I V .

Eleasar, Bathuel, Labanus, Mulier,  
Cario.

**E**go sanè te laudo, Rebecca, & fortunatam iudico:  
Id cum studiisti, formæ mores ut consimiles forent: Trocha...  
Minimeq; ita me Deus amet, miror, si te quisque ex- Tetrametris  
petat. Catalecti.

Nam mihi, quale ingenium haberet, fuit indicio oratio,  
Et cum egomet tuam mecum in animo vitam confidero,  
Omniumq; vestrum, vna qui hic assidetis hospites:  
Et vos esse istiusmodi, atq; hanc talem esse, haud mirabile est.  
**Ba.** Eleasare, ut hi sunt hominū mores, atq; isthac tempora,  
Expedit profectò nobis esse bonis: quanquam haud ita  
Sumus, ut tu nos prædicas, dum nimiū tribuis. **El.** Bathuel,  
Ego non didici assentari, aut homines in os laudare: clam  
Deinde subsannare, mordere & dentibus arrodere,  
Ut nunc moris est. **Ba.** novituum animum: neq; eò pro-  
loquor  
Hec, ut tu forsitan accipis. **El.** Imò accipio in partē optimam,  
Et ut

*Et ut eloquor, ita & sentio. BA. Rectè hæc habent. sed id mihi*

*Nondū animo excidit, modò quod dixeras. EL. De heri mei Filio? BA. imò. EL. Vt inam is cum patre præsens afforet.*

*BA. Hoc idem*

*Sanè omnes velimas. sed frustrà exoptantur talia,  
Quorum nemo compos reddier potest. sed sic puto,  
Te dixisse, Eleasare, Abramum herum tuum senem,  
Cognatum meum, quondam fuisse tentatum à Deo,  
Vt suum, quem habebat unicum, immolaret filium  
Isacum, iubente sic Dco. EL. dictum ac factum puta.*

*BA. Proh Deum, quid audio? EL. Rem prodigiū plenam.  
BA. adepol.*

*EL. Nam quid agrius potuisset euenire homini seni,  
Annum atatis egresso centesimum, si commemini,  
Ac decimum quintum, quā filio orbari unicō? BA. est ita,  
Vt dicis. EL. quid tristius, quam talem amittere filium,  
In quo nominis decus atq; memoria omnis, domus q; heri.  
Inclinata recumbebat? BA. profectò haud quicquā tristius  
EL. Imò, in cuius posteritate gentes omnes omnium*

*Terrarum beanda erant: à cuius semine totius  
Mundi pendebat salus: quid, obsecro, molestius,  
Quām tali puerò orbarier? BA. Nihil profectò, Eleasare.*

*EL. Quid miserius, quā morte orbari violenta? quid magis  
Durum, aut atrox sit, quām fieri carnificem nati sui,  
Et patrias manus aspergi occisi sanguine filij?*

*BA. Exhorresco certè hæc audiens. Sed vtrum ille?*

*EL. quid? BA. Deo (rat,  
Morem voluit gerere? EL. Imò: qui rem iam ed perduxe-  
Vt manum exereret stricto ense intrepidus, ingulum filij  
Verbe-*

*Verberaturus. BA. eheu. EL. quām graui putas tum anisum illius*

*Perculsum fuisse ariete? BA. Ne grauissimo:nam ego  
Nusquam, ut hoc facerem, potuissem animum paternum  
inducere. (fides?)*

*EL. Credo. sed indubia in Deum, quid, obsecro, non audet? "  
Hac qui nititur, ei nihil est difficile, nihil arduum. "*

*BA. Intelligo. sed nondum tamen audiui, quomodo nam  
Isacus*

*Sit præseruatus, ne tam tristi occubuerit funere.*

*EL. Ego dicam, ausculta, Deus, perspecta hac Abrahæ fide,  
Et voluntate animi comprobata, arietem subdidit,  
Quem pro filio sibi cæderet. sic præter omnium*

*Spem, tristissimo metu in latum commutato exitum,  
Quasi ab orco patrem et natū in vitam clementer reddidit.*

*BA. Mira narras. sed comedamus interim pauxillulum,  
Ne totum coniuivium istis colloquys consumere  
Velle, cuiquam videamur. quanquam sermones tui  
Gratiorensi mihi sunt, quām optima, quæ apponi queunt ferula.*

*Sed tu, Laban, hospites cur negligis? quin tu interim  
Istos hic benignè & lepidis vītibus accipis. LA. id quidem  
Volo. age frontē exporrige, Cario, et comedē & bibe largius,  
Nam verecundari neminem apud mensam decet. CA.  
est ita:*

*Et tu quod mones, gratum est. quanquam opus haud fuerat:  
nam hercule,*

*Quantum ad ventris curam pertinet, nulli cedo locum,  
Nisi me pugnis vicerit. EL. Ut semper tui es similis: neq;  
Quicquam ab ingenio recedis? Bathuel, sic mores ei*

Sunt: dabis veniam. Ba. Mitte hoc rogare, dum nihil ipse  
agat

Deterius. quin etiam tu comedere. El. Istuc iam facio quidē.  
Ba. Comede hinc, si sapit? El. Comēdi ad placitum. Ba.  
sanè oportet hanc

Tenuitatē equi & boni consulere. El. sis tranquillo animo.  
Nam quidvis mihi sat est. Ba. Oportet esse satis, quia  
Isthaec cœna est popularis, nihil apparatus, nihil daps.  
El. At tibi tanto sumptui esse, mihi molestum est. Ba. Ah,  
tace.

In mala vxore atq; inimico si quid sumis, sumptus est.

In bono hospite atq; amico questus est, quod sumitur.

Mu. Proh Deum, iam tu malam rem nullā poteras dicere,  
Vxorem nisi nominares. Ba. De malis sermo mihi est.

Tu si mala non es, nihil ad te pertinet hac oratio.

Si male conscia es, responde. Mu. imò bonarum de grege  
Me esse profiteor. Ba. sis ergo tantisper, dum nemo negat.  
Mu. Imò sum, & nemo negat. Ba. nisi mecum omnes. Mu.

mitte iocos: volo

Ego etiam scitari aliquid, vestra pace, ex hoc hospite.

Ba. Recte. Mu. Quid agit Sara? recte habet? El. Recte-  
simè, quia

Nec fames, sitisue, nec morbus, nec mors metuenda ei.

Mu. Ergo iam mortua est? El. sic est. Mu. quando? El.  
ante annos propè quatuor.

Mu. Proh Deum! quid audio? Ba. nihil novi: nam sic  
sunt omnia

Humana. modo nascimur, modo vivimus, iterum dein mo-  
rimur:

Sicut est Deo visum, in cuius manu sunt hac omnia.

Quan-

Quanquam Abrahami vicem doleo: quod ista tam gravi  
Et præcipitata senecta vxorem suam desiderat.  
El. Nec sanè immerito. nam vix credo (quod vestra dixerim  
Pace) villam vlo seculo repartam vxorem, qua viro  
Plus in rebus omnibus obsequens fuerit quam isthac fuit.  
Vt nihil dicam interim virtutes alias plurimas:  
Nihil animi atq; corporis dotes innumeræ: quibus ea  
Prædicta atq; exculta fuit. Ba. sic est. sed quando ita sors  
tulit,  
Nobis equo animo ferendum est, quidquid corrigere est ne-  
fas.

Sed dum cædimus hos sermones, tu nihil comedis & bibis.  
El. Imò cur avi me molliter. Ba. heus puer, mensam iube  
Tolli & nova fercula inferri. El. profectò haud opus est,  
Bathuel.

Ba. Quin tu istam orationem hinc veterem atq; antiquam  
amove.

Nam proletario sermone nunc quidem hospes utere.

Nam iij solent, quando accubuere, ubi cœna apposita est,  
dicere:

Quid opus fuit hoc hospes, sumptu tanto, nostra gratia?  
Insaniisti hercle. nam hoc idem hominibus sat erat decem.  
Quod eorum causa opsonatum est, culpant: & comedunt  
tamen.

El. Quin tu age, ut lubet: neq; enim decet, imperiosum  
esse in domo (libet)

Aliena. Ba. Laudo hoc. El. sed est tamē, quod ex te etiam  
Quarere, si licet. Ba. imò licet. El. Vivunt ne adhuc Tha-  
re & Nachor?

Ba. Ambo mortui sunt ante(ni fallor) quinquennium.

Sed Sem, No& filius, atq; Arphaxad, item Sale, atq; Heber  
 Vitam adhuc inter mortales exigunt. EL. quid? Semnè  
 adhuc (nisi simè).  
 Viuit? BA. Imò viuit. EL. & Arphaxad viuit? BA. pla-  
 EL. Proh Deum, quām longe ui homines? Credo eos non  
 posse mori.

BA. Vtinā non morerentur. nam hos doctores solos his locis  
 Diluuij testes habemus & promissorum DEI.

EL. At ubi degunt? BA. in patria Armenia, haud procul  
 his regionibus.

EL. Proh Deum? quanta letitia herū meum afficiā senem,  
 Hac ubi ei renunciauero. BA. nouus appositus est cibus.  
 Comedamus nunc paululū. EL. propectō comedì nunc satis.  
 Nec quidquam aliud esurio, quām lectum. BA. num dor-  
 mituris?

EL. Admodū, ut qui lassus de via. BA. si sic lubet tibi:  
 Nō tenebo te amplius. EL. quin ergo surgimus? BA. Laban,  
 Abduc hospitem cubitum. Vos huc intrò mecum ibitis.

## ACTVS IV. SCENA V.

Chamus, Gastrodes.

Trochaici,  
 Octonarij,  
 Catalecticī,

**A**Getu. GA. subsequor te. CH. at oxyū. GA.  
 Ut queo. CH. proh DEV M, tu homo  
 Ventriose, tuis spississimis gradibus ad insaniam  
 Merediges. alij ad cœnam vocati ceruos cursibus  
 Vincunt: tu podagrose vincis tarditate cochleam.  
 GA. Sat citò, qui sat bene. CH. nugæ, quin pergi?  
 GA. obsecro, cur ita  
 Properas Chame? CH. obsecro, cur tu ita cessas, Gastrodes,  
 quin citò

Pro-

Promoues. GA. nequeo profectò celerius. CH. qd te vetat?  
 GA. Vah rogas? an non vides, quantum oneris hic mecum  
 geram?

CH. Quid nam oneris, cedo? GA. annos sexaginta fermè  
 & quatuor:

Tum præterea hanc fartam molem. CH. quam molem?

GA. Hanc aqualiculi:

Cui ferenda vix satis sint (arbitror) decem pedes.

CH. Est sanè, ut dicas. sed quæso dic mihi, quod rogo.

GA. quid rogas?

CH. Quot vini mensurarum capax censes hoc dolium?

GA. Paucarum certè, præut olim in etate viridi fuit.

Nam cum multa fert senectus hominibus mala, tum hoc  
 quoque,

Vt minus potare valeant decrepiti & tremuli senes,

Quam vegeti iuuenes. CH. Vera memoras. nam idem alijs  
 accidit.

Sed dic, obsecro, quot capiebas, cum iuuenis adhuc fores?

GA. Dicam. CH. At verum. GA. Verum equidem.

CH. quæso hercle, ne falsum mihi

Dixeris. GA. non. sed sine me priùs recipere spiritum:

Nam nimium properas. CH. Sino. recipe, ut lubet.

GA. Olim cum iuuenis

Essem, & adhuc at ate integræ singulis conuiuijs

Mensuras capiebam. CH. quot? dic obsecro. CH. Ad mi-  
 nimum, decem. (poplite,

CH. Annon siebas inde ebrius? GA. Minime. CH. nec

Aut pedibus titubabas? GA. Neutquam. CH. Sed neq;  
 blasfemos sonos

Proferebas? GA. Nulos, sed eram tum multò disertior

**E**t facundior. Ch. quid oculi? annon prespiciebat parūm,  
Aut omnino nihil, aut plerq; gemina? Ga. Nihil horum  
accidit

Vnquam: sed tum lynceo videbam fermè acutius.

Ch. Mirum hoc. Ga. Quin imò plerung; abibam à mensa  
sobrius,

Nec prius, quam cæteri omnes essent extremè ebrū.

Ch. Proh Deum, iecur tuum in iuventute ista fuit nimis  
Inflamatū. Ga. Sic fuit: & proinde opus, ut restinguere.

Nam profecto non raro accidit, ut potionibus

Etiam largioribus, ne latera quidem ab omni simul

Parte madefacerem. Ch. Proh Iuppiter! Ga. Quid est?  
quid clamitas?

Ch. Metuo Ecastor, ut tuæ cella nostra sufficiat gula.

Nam tu mihi videris interbibere, si vino scates,

Puteū aquæ viventis & videntis. Ga. Nō est, mi Chame, ut  
Hoc metuas. Ch. Quamobrem? Ga. Quia nunc poto lon-  
gè parcias.

Nam alia vita, alia dieta. at q; ut maximè velim, tamen  
Aetas, virumq; infirmitas me non sinit. nam id est,  
Quod conquestrus sum antea. Ch. Quæso igitur, quantum  
iam bibis,

Factus senior? Ga. Vah parūm admodùm. Ch. Quantum  
tamen, cedo?

Ch. Ebd, Ga. Quantum? mensuras, Chame, proh dolor, non ultra  
sex. Ch. Ebd,

Num parūm tibi hoc videtur? Ga. ne parum, præ aut bibi  
Nunc olim. & profectò singulis propè annis de numero  
Aliiquid decedit, sic, vt vehementer metuam, ne ad duas  
Mensuras ego redigar, ante quam octogesimum assequar  
Annum:

**A**nnum: nam hac ferè vnicā cura est, qua me sollicitū tener.

**C**h. Ab frusta equidem hac cura te maceras. **Ga.** Qui scit?

**Ch.** Quia nunquam ad id (prius

**A**etatis pervenies. **Ga.** Cur? **Ch.** Quia vino temet ipse

**C**onficies. **Ga.** Nihil minus. nam vinum senectae pabulū est.

**T**u verò, priusquam annos etatis attingas mea,

**N**ec Baccho, aut Veneri, nec Marti, sed carnifichi preda eris.

**Ch.** Quid ais? **Ga.** Dixi semel: at eadem res stulto repeti solet:

**T**u si vis, repetam tibi. **Ch.** Nolo. quin tu profers gradum

**O**crys. **Ga.** at qui cursim eo. **Ch.** Siquidem currunt &

cochlea.

**Ga.** Mala merx es, Chame. **Ch.** Malitia tecum certare miseria est.

**Q**uin is ocyus? aut i in malam crucem. **Ga.** nequeo adeplo:

**I**ta onusto sum corpore. **Ch.** si consilium vis, faciam, ut levissis: imò levissimo. **Ga.** dic. **Ch.** i domum ac suspende te.

**Ga.** Siquidem tu mecum es futurus proxima pensilis Chame.

**Ch.** Nolo: alium tibi quere huius via comitem. **Ga.** ne-

que ego hercule (viam

**S**olus hanc viam iuero. **Ch.** Age ut lubet: duntaxat hanc

**I**nsiste & propera. Nam herus nos expectat sub ostio.

## ACTVS IIII, SCENA VI;

Ismaël, Gastrodes, Chamus.

**A**dvesper aescit: demiror profecto, ubi tam diu Chamus Octonarij:  
Substiterit cum hospite. Nam penè hora abiit, dum Iambici,  
illos domi moror.

D 4

*Itaq<sub>z</sub> egressus nunc sum, an fortè aduenientes alibi cōspicer.  
At q<sub>z</sub> adeò in ipso tempore eccos ambos obuiam mihi.*

**GA.** *Gradum contrà feramus illi. IS.* contrà contollam  
grātius. (Ismaël.

*Salue Gastrodes. GA.* *Salue optimè, ut es optimus, mi here*  
*IS.* *Dij te ament, sed vnde tam tardè?* **GA.** *ex arce. IS.*  
*quid ibi tam diu?*

**GA.** *Aures paui. IS.* *Quas aures? GA.* *curiosorum homi-*  
*num. IS.* *Qui nam y?*

**GA.** *Qui omnia scire volunt. nam dum illic sedeo, omnes*  
*me adeunt: copulant*

*Dextras salutant: assident mihi: rogan, ecquid noui*  
*Feram huc ex Vtopia & Stygia: dum singulis respondeo,*  
*Abit dies. IS.* *Num ergo fuisti in illis tu locis?* **GA.** *fui*  
*Sanè. IS.* *Quando?* **GA.** *Ante mensem puto. IS.* *Quid illic*  
*eageras, cedo?*

**GA.** *Merces inde aduksi Amrapheli hero meo. IS.* *Quid*  
*mercium?* (mata?

**GA.** *Aromata, quibus coniunctur escæ. IS.* *Qualia aro-*

**GA.** *Polindrum, cicimandrum, cicilendrum, capsidem, an-*

*thymonium,*

*Me acidem, cataractiam, hæpalop sidem. IS.* *Mirabiles*

*Escæ. GA.* *Mirabiles certè. nam qui illas estauerit,*

*Is vel ducentos annos poterit viuere. CH.* *Est verisimile.*

*Nam ego tales escas nusquam credo reperiri gentium.*

*IS.* *At unde hæc mercimonia comparantur ab istis incolis?*

**GA.** *Vnde? ex montibus altissimis, quod nulli homini adire*  
*pedibus*

*Licet. IS.* *Quales sunt ergo ibi homines, Gastrodes?*

**GA.** *Mirabiles:*

**IS.** **At**

IS. At quomodo? GA. Volatili. IS. Volatili? GA. Ita dico quidem.

IS. An, obsecro, usquam sunt homines volatili? CH. Echo. num ne dubitas (multi, qui sine Here? IS. Quid ni? CH. At etiam hic tales reperiuntur Pennis volant. GA. Quosdam etiam reperi, qui nullam ceruicem habent.

IS. Quid narras? Ga. Oculos in humeris. CH. Neg<sub>3</sub> hoc mirum. quando etiam apud

Nos caufidici quidam reperiuntur, qui nullam frontem habent: (habent " "

Et oculos in manibus: tantum cernentes oculis, quantum " Pecuniae in manu. IS. Quid autem? CH. Screauis. IS. At unde vicit ant

Isti volatili homines, Gastrodes? Ga. Vnde? è florū spiritu, Quem naribus hauriunt. CH. Et nostri rabulae ex attacku bone

Pecuniae, quam manibus capiunt. IS. Quid tu iterum? CH. Tu fui, here.

Ga. Imò, Ismaël, si audire vis, dic am profectò tibi aliud, Quod mirere magis. IS. Quid nam? Ga. aliqui ibi homines caninis capitibus (eiusmodi

Reperiuntur. CH. neq<sub>3</sub>, hoc mirum. nam apud nos fermè Sunt omnes mulieres. Ga. Sed & hoc valde est mirabile, Ismaël, (tur?

Quod fœmina illuc non ita pariunt, ut hic. IS. Quomodo igitur? Ga. Nares ibi fœtus concipiunt in cruribus. IS. proh Iupiter!

Ga. Eosq<sub>3</sub>, in lucem proditos fœmina eorum hyemis tem- Inventores abscondunt aper tiles. Ch. At ego te furciser,

*Credo à scrofa conceptum, & postea demum, ubi lucem a-  
spexeras,*

*In pellem asini fuisse absconditum. Is. Quò abis, Chame? Ch. Praestò sum.* (locis?)

*Ga. Quid pulices dicam? Is. Quales, obsecrò, sunt isti in  
Ga. Tanti sunt, Ismaël, vnius ut aquet elephantes duodecim.*

*Ch. At te Iupiter, omnesq; Dij perdant cum pulicibus tuis:  
Cumq; tuis isti omnibus mendacys. Ga. Quid vultures?*

*Is. Cuiusmodi sunt hi? Ga. Mirabiles. nam horum pleri-  
que sunt*

*Tribus nixi capitibus, & aliù multò aucti maioribus,  
Quam est velum onerariæ nauis. Ch. Iam non contineo me  
amplius,*

*Quin sibile. Ga. Siccine agis Chame? quao hercle Ismaël,  
potin' hic est*

*Tacere, dum meum sermonem absolvam? Ch. quis:egone?  
optime.*

*Verum heus tu, lege hac tibi meā adstringo fidē: si vera sunt,*

*Quae memoras, taceo: si falsum aut fictū est, continuo sibili.*

*Proin taceri si vis, vera dicio. Ga. Vidi etiam ibi*

*Puteum quendam mirabilem. Is. qualem puteū dic obsecro.*

*Ga. Si quis in eius fundū semel tantūm descenderit, audierit  
Protinus omnia, quæ vbiq; geruntur in orbe. Ch. Ita est.*

*nam ego*

*Similem vidi. Ga. Si quis eidem mox speculum imponat  
desuper,*

*Ille omnes gentes, omnia oppida aspiciet. Ch. Verissimile est.*

*Potest taceri hoc. Is. Quo verd potu isti homines uti solent?*

*Ga. Potus ferè omnium est expressus in scyphum aér. Is.  
Quomodo?*

*Ga. Miro*

**Ga.** Miro modo. **Ch.** Potest & hoc credi. nam quales ibi homines, (vestibus?)

Talis quoq; est potus hominum. **Is.** Sed quibus utuntur

**Ga.** Veste nobilium sunt molles & vitreae. **Ch.** *Ss.* **Ga.** Quid sibilas?

**Ch.** Quomodo sunt molles & vitreae? annon ibi prædaturum  
equè est vitrum, (tum abi.)

**Vt** hic? **Ga.** Minimè. Tu si non credis: illò rem explorā-

**Ch.** Credam tibi potius, quam eam. **Ga.** Quin & merca-  
tores ibi

Reperiuntur, qui hybernā colligunt niuem; eamq; domi  
ad focum

Arefaciunt: arefactam pro saccaro vendunt. **Ch.** *Ss.* ehem.

**Ga.** Quid sibilas? **Ch.** Quia non possum istis tot nugis fi-  
dem dare.

**Ga.** At qui hac bona fide recito. **Ch.** Tua bona, haud mea.  
Ga. Mea

Inquā fide. **Ch.** Scio: nam Gastrodis alia est, alia est Chami  
Fides. Sed hoc velim, Gastrodes, te mihi clare eloqui,

Quod te rogabo. **Ga.** Si quid vis, roga: quod scibo, cœlitus  
Responsum dicito. **Ch.** Quot annos vixisti Sycolatronide?

**Ga.** Viginti. **Ch.** Quot in Utopia? **Ga.** toridem. **Ch.** Quot  
in Asia? **Ga.** vndeclim.

**Ch.** Quot in Elysii? **Ga.** Triginta. **Ch.** quo anno etatis  
primum e patria

Egressus es? **Ga.** Vicefimo. **Ch.** Quanta ista annorum  
summa erit?

**Ga.** Sexaginta quatuor. **Ch.** ita certè: rationē tenes probè.

**Ga.** At qui tantum esse oportet, neque enim plures sum na-  
tus. **Ch.** probè.

Nostri

*Nostri proverbiū? Ga. Quod nam? Ch. Mendacem decessit  
esse memorem.*

*Ga. Noui. Ch. scitè igitur tu memor es. Is. satis historiarum est. Ga. admodum.*

*Is. Eamus ergo intrò, quia potare mihi tecum collubet.*

*Ga. Lubet & depol & mihi tecum: nam quod tibi, idem &  
mihi lubet. (est.)*

*Is. Eamus ergo, atq; accumbamus, quoniam dudum tempus  
Vos rustici nunc ite domum: reuocabo vos in crastinum.*

*Ch. Sed non ad prandium, neq; ad cœnam: ne erretis for-  
sitā.*

## ACTVS V. SCENA I.

Eleasarus, Cario.

Senarij. **H**oc serui officium frugi atq; boni est, facere, quod  
Ego persequor. Nam qui seruus scriuire hero  
Bene postulat, illum multa in pectore suo  
Prudenter collocare oportet, quæ suo  
Placere hero præsenti atq; absenti censeat,  
Non somnolentus sit, non vecors, non piger:  
Aut si dormit, ita dormiat, seruum ut simul  
Se cogitet: & se officio exuscitet suo.  
Ego certè, dum heri studeo negotijs,  
Somnum vix capio oculis, ita mecum gaudio,  
Quod omnia tam prosperè heri euenerunt mihi.  
Quare domum maturandum nunc censco:  
Neq; pigritia, aut somno multum hic dandum loci.  
Sed ubi serui? cur nemo adhuc prodit? ubi nunc  
Illos perquiram in his tenebris? Heus Sosia:  
Cario: tangon hic ostium? pulsabo: ubi

Estis

*Estis vos? heus, vbi estis vos? ecquis aperit?*

*Ca. Quis tam grauter pepulit fores? El. Hem, Cario.*

*Expergiscere: vigila. Ca. vigilo. El. surge ocyūs.*

*Ca. Quid vis tam manè? El. surge, camelos instrue,*

*Vt, cùm opus illis fuerit, parati sint via.*

*Ca. Curabitur. El. & probè. Ca. fiet. El. satin' hoc tibi*

*Mandatum? Ca. satis. El. Operam quæso, da, ne pigrum*

*Te, aut oscitantem inueniam. Ca. ne dubites, here.*

*El. Ego hinc eo, reuersurus iam statim. Ca. abyit*

*Hic. Proh Deum, quid homini in mentem venit, ut*

*Tam subito velit ex hoc percommodo loco*

*Recedere? Equidem si me quicquam penes in hac*

*Re esset, ego mensem adhuc durare velim integrum.*

*Adeò lauto sumus excepti heri conuiuio.*

*Sed quid agam, nisi quod iussus sum? Mos est hero*

*Gerendus. Abeo, cum domum rediuero,*

*Alto veterno has compensabo vigilias.*

## ACTVS V. SCENA II.

Bathuel, Eleasar, Mulier, La-  
banus, Rebecca.

*C*ur obsecro, tam manè, hospes? An etiam hac nocte Septenarij.  
commodè (quieueras trochaici.)  
Dormiisti? El. Sic satis. Ba. cur igitur non cataleictici.  
Paululum diutius? El. Non otium est: nihil hic loci  
Segnitiae, aut socordiae. Ba. non est segnities, debitam  
Operam dare somno. El. est ita: sed nimis homo nihili est,  
qui piger  
Est: nimisq; id genus ego malè odi. Vigilare condecet  
Homi-

Hominem, qui sua vult confidere officia tempori. haud enim  
 Illum oportet expectare, dum tandem se herus ad suum  
 Suscitet officium. Nam qui libenter dormiunt, sine  
 Lucro & cum malo quiescunt. Ba. Sic est, ut dicis: Tamen  
 Hoc velim interim quoq<sub>z</sub> cogites: frustra hominē insomnia  
 Semet excruciare, ubi non opus est. Quid enim causē erat,  
 Cur tam manē surgeres? El. Rogas? qui tanto tempore  
 Nunc domo absum: & quem domi summa auiditate ab he-  
 ro Isaco.

Expectarier scio, quomodo ociosus sterterem?  
Quid somnus p<sub>r</sub>ōdest negotiōs? manē negotium,  
 Si quod agere occuperis, totum deinde procedit diem,  
 Ba. Quid tu ergo in animo habes? El. proficiisci. Ba. hodie?

El. Sic. MV. Hui, tam citō?

El. Sic mea est sententia. Ba. at hospitium hic habebis,  
 quamdiū

Volueris: neq<sub>z</sub> vlliū sumtus me pænitet. El. hoc scio:  
 Et re ipsa expertus id loquor: sed mea iam non feret  
 Occasio, mi hospes, diutius hic ut frusta commorer,  
 Et molestus sim tibi. Ba. Molestus mihi? nihil minus,  
 Et si nobiscum maneas per mensēm deinceps integrum.  
 El. Utinam possem. Ba. quid vetat? El. Tempus profectō  
 est, ut domum

Redeam: quando bene successit hoc negotium. Proin  
 Dimitte me, ut vadām ad herum meum. MV. At maneat  
 mea filia

Per decem saltēm dies adhuc nobiscum: postea  
 Ibis, quō voles. El. nimis longum fuerit tempus mora.  
 MV. At mihi nimis breue opinor. Ba. non iniquum postular  
 Mater. Quid decem dies incommodent? quin annūs?

El. Quaso

El. Quæso ne retardetis me: quando Deus viam meam  
 Prosperè direxit. Dimittite me, ut ad dominum meum  
 Redeam. Ba. si tam pertinaci, & obstinato es pectorc:  
 Age, vocemus filiam, ut videas, num hodie tecum velit  
 Hinc abire. Laban, i, voca eam. Nam neutra in re tibi  
 Difficultas à nobis erit: tibi despondimus:  
 Tibi despontat am trademus, arbitratu nunc tuo.  
 El. Habeo vobis gratias, & ne feratis ægriùs  
 Festinationem hanc nostram, summis precibus vos rogo.  
 Sed venit Rebecca? Ba. Rebecca? Re. quid me vis pater  
 optimie?

Ba. Scin' heri te à nobis despontat am esse filio Abrahæ,  
 Cognati nostri Isaco? Re. scio. Ba. Et te consensisse mihi?  
 Re. Noui factū, mi pater. Ba. Vin' tu ergo cum hoc hospite  
 Proficisci hodie in Chanaan? Re. volo, nisi quid in vobis  
 mora est.

Ba. Prorsum nihil, filia. MV. Num ergo tu ibis cum illo?  
 Re. ibo ædepol.

Cur enim, nulla obstante mora, rem bene transactam diu  
 Differam? Ba. Laudo. Tu coniux, ut nunc factō opus est rei  
 huic,

Deboram illi comitem adiunge: ceteris q̄, rebus eam  
 Ad iter instruet cum abire volent, ne sitis in mora.  
 Nam noui mulierum ego mores: dum moliuntur, &  
 Percomuntur, annus est. Sed quò tu abis, Eleasare?

El. Famulis, quod prius dicam, habeo. Continuò hic adero.

Ba. probus

Hic est seruus, & frugi, cui herus in tantum cura est suus,  
 Ut vix quenquam illi similem reperirier posse arbitrer.

La. Neg, ego in vita ynquam mea fideliores repperit:

Cui

Cui negotia herilia plus cura sint. Ba. Sanè non parum  
 Irascor mihi, quod sinistram opinionem in pectore  
 Suspici, perperam de illo primùm conceperim.  
Quanquam satius est interdum suspectos habere bonos,  
Quam malis & sceleratis hominibus nimium credere.  
 El. Dissolui ocyus me: & quia nunc omnia exegi, que erant  
 Exigenda mihi: neq; quicquam restat, nisi summū ut vale  
 Tibi dicam: iccirco, optime Bathuel, tibi nunc & tue  
 Vxori, atque adeò toti familiæ gratias ago,  
 Atq; habeo summas, & immortales: tūm quòd herū meum  
 Vestra affinitate dignum iudicasti: tūm insuper  
 Quòd me erga & meos benigni, & hospitales admodum  
 Vos omnes suistis. Pro quibus beneficis gratias  
 Ut vobis Deus dignas rependat: toto animo precor.  
 Ba. Gratum est, quod mihi precaris, mi Eleasare: & rogo  
 Ut voluntatem hanc nostrā tenuem boni & aequi consulas:  
 Atq; heris tuis salutem dicas nostrū nomine  
 Omnium. El. faciam lubens, & ipsorum tibi vice  
 Gratiam habeo. Ba. sed quid dotis hero afferet tuo mea  
 Filia? namq; honeste fieri non potest, ut eam sine  
 Dote perpetiā transire in Matrimonium. El. Neq;  
 Volo, nec postulo, nec censeo. Ba. Sed nou erit mihi  
 Probro, filiam sine dote nuptum collocare? El. Non.  
 Ba. Quamobrem? El. quia dotem afferit pulcherrimam.  
 Ba. At nondum est ei  
 Numerata. El. Imò habet. Ba. Quam nam? El. Pudici-  
 iam, Dei metum,  
 Et parentum amorem, & cognatūm concordiam, optimas  
 Ac pulcherrimas dotes. Ba. Vin ergo tu istis dotibus  
 Esse contentus? El. Planissime: modo properè adfiet,  
 Ut ma-

Vt maturo heram reditu exhibarem: nouumq; gaudium  
 Inopinanti prius obijcam. Sed veniunt. Sosia  
 Adduce hic camclos, ut meum concendam: postea  
 Fœminis open fer subsidiariam. Re. Pater optime  
 Bathuel, quibus verbis abitura gratias tibi agam  
 Pro paternis in me atq; innumeris beneficijs? Faxit is,  
 A quod proficiscuntur, in vita mortalium, omnia  
 Comoda, ut diu viuas cum matre saluus, & integer,  
 Et sine noxa in columis. Ba. Bene vale, mea tu optima filia:  
 Bene vertat Deus, quod ages: sisq; decem in millia millium:  
 Et semen tuum obsideat tuorum portas hostium.  
 Re. Vale mater mea. Plura non queo. MV. vale filia opti-  
 ma.

(timus dies

Heu nequeo, quin lacrimum. Ba. Fer aequo animo. Mu. vt=

Hic profecto illuxit: quo meam aspicio Rebecculam.

Re. Ne fleas, mater: Nam quod Deus iubet, id nunq; male  
 Succedit. Sed & tu, frater valeas, Laban charissime.

La. Soror es nostra: vale soror optima. sis in millia millium,  
 Et semen tuum obsideat tuorum portas hostium.

Re. Ancilla & serui omnes bene valete, benegq; viuite.

Bene queso inter vos dicatis, & mihi, absenti tamen.

El. Iamne imus? Re. Maximè: quia nihil restat more.

## ACTVS V. SCENA III.

Syrus, Labrax.

**Q**uomodo tu istuc dixisti, Labrax, Ismaëlem nostro Octonarij  
 hero  
 Minatum, nescio quid mali? La. dictum ac factum  
 puta Syre.

Sy. Etiam patri suo maledixisse? La. admodum: ut qui Eum, sicutulneum, betaceum, delirum dixerit. (plumbeum)  
 Sy. O hominem audacem, & improbum? Ut nusquam dis-  
 similis est sui?

Sed aiebas etiam inter illos agitatum conuiuium.

La. Quid ni agitatum? cum tot fuerint vocati ad cœnam  
 illam hospites. (illo grege)

Sy. Qui nam hospites? La. rogas? Parasitus quispiam, de  
 Præcipius. Sy. quinam? La. dicam tibi in aurem. Sy. iste  
 ne? La. Sic, ipsissimus.

Sy. Est verisimile. Nam noui hominis ingenium: cibum-  
 is solet (num,  
 E flamma petere, atq. adeò summum hoc censet in vita bo-  
 Alien a quadra viuere, sed nulli preterea? La. imò Chamus  
 Alium quoq. secum adduxerat. Sy. quemnam? La. Baby-  
 lonium hospitem

Gastroden. Sy. Cedò, quid istud hominis est. La. Non nosti  
 hominem Syre?

Sy. Non sane. La. Ventriosus est homo, malis præturgidis,  
 Aliquantum ruffulus, crassus, dentes lupinos squalidus:  
 Truculentis oculis: homo polnugacissimus. Sy. Dignum  
 hercule (xiunt?

Patella operculum. La. An non omnia bene int' se con-

Sy. Apparet. nam vetus, vulgatum q. est adagiunt labra  
 Similes habere lactucas. La. ita est. Sy. Sed humeri quo-  
 modo

Tui habent? La. Quomodo, nisi misere? nam pugnū me  
 miserum Chamus

Penè occidit, vide ut labrum discidit: Sy. Ego certè durius  
 Haud unquam vapulaui ante hac. La. Neque ego: sed unum  
 mihi Syre Doluit

**Doluit præcipue.** Sy. Quid nam? La. Quod mihi non reſire licuit.

**Sy.** Quæſo hercle Labrax: ſi tibi potefas in iſtorum hominum gregem

Daretur: quid ageres cum illis? La. Exemplum ut eſſent omnibus,

Probè curarem. Sy. Quomodo, mi Labrax? La. Rus hinc abſtraherem eos:

At quod, ibi ſtūe admouerem & vomeri: fumi at quod, pollinis Coquendo pleni ſint faxim, et molendo: tu etiam preter hac Meridie ipſo facerem, ut ſtipulam colligant: tam denique, Excoctos reddere at quod, atros, quam carbo eſt. At quod, utinam mihi

Hic aliquis ex illorum grege detur nunc obuiam: meam In quem iram omnem euoram, dum hac ægritudo recens eſt. Sy. St, tace. (La. vbi?

**La.** Quid eſt? Sy. Procedit huc venator quispiam, viden?

**Sy.** In angiportu illo: nescio quid ſolus ſecum murmurat,

Mibi videtur adhuc ebrius ex heſtero conuiuio.

Nam membra ei titubant. Sy. Obſeruemus hominem, quam rem gerat.

## A C T U S V. SCENA IIII.

Chamus, Labrax, Syrus.

**A** Tat, data hercule à Gastrode verba ſunt  
Mihi: nimis me heri bibiffe ſentio. Senarij.  
Vicit Gastrodes: vicit vinum, quod bivi.  
At dum accubabam, cyathis Gastrode prior  
Potior quod, futurus eſſe videbar. nam minus  
Certe ſenem credebam capere, quam virum

*Valentem, industrium, indefessum, strenuum.*

*La. Audir', quæ loquitur carnifex? satim tibi*

*Videtur magnificus? Sy. Imò etiam maleficus.*

*Sed tace, & hanc rem gere. Ch. Verùm postquam homo  
me sibi*

*Parem esse vidit: protinus ingentem arripit*

*Cantharum: eumq; madidum vino longè optimo,*

*Mihi præhibit, exhaurit: rursum opplet, dat mihi.*

*Hunc cantharum oportuit me binis haustibus*

*Vacuare: vsg; lacrumæ dum profluerent mihi.*

*La. Disciplinam vide venaticam. Sy. Ab tace.*

*Ch. Ego, ne pro tanto beneficio ingratus seni*

*Homini videar, vicissim illi alium cantharum*

*Propino. responderet mihi fideliter.*

*Mox, propter commodam valetudinem heri*

*Mei, propinat insuper alterum mihi.*

*La. Qui istic nouus mos est, Syre: Sy. Nesci tu, Labrax?*

*„ La. Nescio me hercle. Sy. Sic solent nunc aulici*

*„ Superis litare, pro valetudine bona*

*„ Suorum principum: hac vota illorum: hæ preces.*

*Sed auscultemus exitum conuiuij.*

*Ch. Vbi etiam istum vacuaui cantharum: mihi*

*Adhuc videbar sobrius: at cùm surgerem:*

*Ecce, neq; lingua, neq; pes officium suum*

*Faciebat. Quare in lectulum me conferens,*

*Desterrui in multam lucem. Sy. Exemplum vide.*

*Isti, dum sanitati principum student,*

*„ In morbos incident, podagram, cheragram, hydropem,*

*„ Dolorem colicum, & similes febres. La. Deus*

*Bone, an non satius fuerat esse sobrium?*

*Et*

*Infletu sola-  
tium.*

Et sobrium posse inseruire principi,  
 Suumq; munus administrare: quām pigro  
 Affixum lecto, nec sibi prodeesse, nec alijs?  
 Ch. Hodie, cūm primum ē somnis expurgiscerer,  
 Capit is tantam sensi grauedinem, ut mihi  
 In cerebrum migrasse cyclopas iurauerim,  
 Qui feriant illud alternatis iclibus.  
 La. Istos cyclopas citius experiere, quām  
 Voles. Ch. Sed neq; dum omnem edormiui crapulam.  
 La. Quod reliquum vini est, nos discutiemus probē.  
 Ch. Nam oculi profectō mihi adhuc prospiciunt parum.  
 La. At ego nunc aperiam tibi his pugnis, scelus.  
 Ch. Itaq; huc exij, ut amoueam spaciando reliquum.  
 Sed qui sunt, quos aduersum me ire conspicor?  
 Sy. Profectō, nisi me fallunt oculi, hic Chamus est,  
 Qui nos heri admodum indignis habuit modis.  
 Certè ipius est. Ch. perij oppido, video Syrum  
 Et Labracem obuios. La. Quin irruo in ipsum, Syre?  
 Sy. Mane hic, ego adibo. Ch. Pol, nisi me fallit animus,  
 Haud multū à me aberit ingens infortunium.  
 Ita in angustum redigor: nisi aliquid videro.  
 Quid agam? Quid comminiscar? ineunda ratio est.  
 Quid si hinc aufugiam? non queo. quid si sic agam?  
 Tantundem. at sic opinor. fieri non potest.  
 Euge: simulabo, quasi eos nunquam viderim.  
 Sy. Hem opportūne? te ipsum querito. Ch. Quid est?  
 Sy. Rogas? flagitium hominis, nequam, ac minimū preti:  
 Qui modò nusquam loci comparebas mihi.  
 Nunc cum repente compares, peris. Ch. quid hoc?  
 Adolescens, quid tibi mecum negotij?

*Qui mihi maledicas, homini ignoto insciens?*

Sy. *Quid agis? ignoto insciens? quasi non noveris?*

Ch. *Non æde polo te, quod sciam unquam ante hac*

*Vidi, nego novi.* Sy. *non me nosti furcifer?*

Ch. *Si norim, non negem.* Sy. *Chame, vigila.* Ch. *aliū*

*Me censes, ac sum.* Sy. *quem alium? non tu Ismaëlis es*

*Parasitus?* Ch. *qui istic homo?* Sy. *qui? Praeceptor tuus,*

*Qui te contumelias ferre innocentibus*

*Docuit.* Ch. *quem tu Ismaëlem, quas contumelias*

*Mibi prædicas? quem ego hominem sanè nullius*

*Coloris novi.* Sy. *Dij te eradicent, scelus:*

*Quem hac dicere non pudet.* Ch. *equidem vera memoro.*

Sy. *Mentiris nebulo, qui tibi ignotum me sis.*

Sed ut ut sit: tu si me non nosti, novi ego

Te. Ch. *at unde?* Sy. *rogas scelest?* qui me hodie modò

*Et Labracem nostrum deverberaveris:*

*Et agricultoribus heri mei in venationibus*

*Penè ad necem tractaverais.* Ch. *factum nego.*

Sy. *At ego aio. Accede Labrax. noſtin' hunc verbero?*

Ch. *Dij deaq, & te, & hunc male crucient.* Sy. *Ehem!*

*Nunquid nobis etiam maledicis?* Irrue

*In ipsum Labrax: & iam par pari refer.*

La. *Iam dudum gestiebam mihi dari obviam*

*Hunc nequam, ut illatam ulciscerer iniuriam.*

Sy. *Quin irruis ergo? quin feris?* La. *Ita faciam.*

*Hem tibi, bipedum nequissime, vapula, hem tibi,*

*Hem sic datur, si quis infantes læserit.*

Ch. *Vis hæc equidem est.* Sy. *quin involas illi in oculos?*

*Rape, tunde, verbera, trahe, defige colaphis*

*In terram.* Ch. *qua te mala crux agitat? quid tibi*

*Mecum*

**Mecum commerci?** La. Si nihil commerciū

Dudum fuisset: iam non miserè vapules.

Sy. Sed ecce commodūm huc recipit Sangario.

Ch. Doleo me non habere lapidem, ut eo tibi

Cerebrum excutiam. Sy. minaris? Heus Sangario, ades,

Iuuia hunc, constringite quadrupedem: discindite.

Ch. Elidam tibi oculos, ut səpijs coqui,

Si me attingas, scelestē. La. at ego te, furciser,

Proripiam nunc pedibus, quasi occisam suem.

Sangario, quid cessas? Iuuia me. Ch. obsecro vos.

La. Nequicquam hercle obsecras. Sy. Labrax, feri, feri.

La. Ferio. Sy. at multūm: rapite sublimem. Ch. Obsec-

cro vos.

Sy. Facite inter terram atq; cœlum, ut medius fiet.

Ch. Heu! hei mibi! La. quid clamitas? Ch. Heu, hei mibi!

La. Frustra iam clamitas. Sangario, rape, trahe.

Ch. Vis hac quidem hercle est, & trahi, & tundi simul.

Sy. Iura, te nocitum esse hac de re nemini:

Quod tu hodie verberatus es à nobis, Chame,

Si salvum te mittimus hinc. Ch. Iurabo, ut lubet.

Prei verbis. Sy. Diana te testor mihi:

Si cui noceam illorum, à quibus meritò hodie

Sum verberatus, tunc ego oculos meos

Amittam. Sic inquito Chame, & me tangito.

Ch. Tunc ego oculos meos amittam, per Iovem.

La. Si fraudassis, dico, uti te in sylva Pharan

Leones & lupi dilanient dentibus.

Tecum hoc habeo tamen, vbi iuraveris. (imò eris:

Sy. Nunc finite, i in malam rem. Ch. ibi sum quidem. Sy.

Si posthac te prehendero, Ch. cayebo istuc satis

Ne hucredeam. Sy. Si sapis. Nam ita te ornatum probè  
 Hinc amitteremus: ut te ipsum non noveris.  
 Sed herus egreditur, ite intrò: ne fortè nos  
 Hic otiosos astitisse sentiat.  
 Ch. Profectò pessimus hic mihi illuxit dies.  
 Cui, si liceat, oculos effodiam lubens.  
 Sederit, ubi hos nebulones ulciscar probè:  
 Neg, enim sol omnium dierum hic occidit,  
 Nunc eo domum: ut hanc rem hero meo renunciem.

## ACTVS V. SCENA V.

Isacus, Abrahamus.

**S**enarij. Atisne diu, pater, domi desedimus:  
 Eleasari expectantes reditum? Ab. baud dum satis,  
 Isace. Is. qui sic? Ab. nam alias nunc redysset domū.  
 Is. Est hoc quidem verum: attamen absentia  
 Huius moræ perquām mihi molesta est. Ab. Cur ita?  
 Is. Rogas? Profectò nunquam ille antebac abfuit  
 Domō diutiùs: atq, adeò toto mihi  
 Anno nunc abfuisse videtur. Ab. bono animo es:  
 Nam sp̄ero, hic eum salvum affuturum propediem.  
 Is. Optatius certè evenire hodie mihi.  
 Nihil posset: quām illum videre sospitem.  
 Nimis hoc me discruciat: ne quid mali  
 Aut adversi nunc perpeccus sit in via  
 Eleasarus: neu frustra iter hoc suscoperit.  
 Nam quia non redyt, proh Deum, quæ cogito: &  
 Quibus sollicitor nunc rebus: ne aut ille alserit:  
 Aut uspiam ceciderit: aut aliquid perfrigerit.

Ab. Ri-

**Ab.** Ridiculus es: & frustra hac times. Is. qui dum, pater?

**Ab.** Quia neq; hoc tibi, neq; illud sollicitudinem  
Afferre debet. Est in cœlis arbiter;

Hominum qui facta, mores, pietatem & fidem,  
Et omnium nomina in manu signata habet:

Huic te confidere: in hunc te respicere volo;

Huius opus est connubium: hic Adæ suam

Ebam è costa ædificatam, adduxit pronubus.

**Ab** hoc petendum est fœlix matrimonium.

Nam ab eo solo, non aliunde id proficiscitur.

Sine hoc duce qui negoti quid suscipit,

Is operam & sumptum perdit: Quia nihil

Ei acceptum est: quod humano proficiscitur

Consilio: neq; vera frerum est fiducia.

Facilius, si qui pius est, & fide bona

Prædictus, in solum respicit mitem Deum:

Quam qui simulator est, viam inveniet sibi.

**Is.** Ita est, pater, ut dicis. sed interim tamen

Vitio ne mibi vertas velim: si idem mihi

Iam usu veniat, quod cateris mortalibus.

Vt cuius tu rei cupidinem meo

Animo inieciisti, eius desiderio pio

Tenear: præsentim coniugis optatissima.

Nam homo sum, nec quicquam humani alienū à me puto.

**Ab.** Novi istibuc, fili mi: neq; ego te saxeum,

Sed carneum genui. Verum hoc scito tamen:

Mqdus omnibus in rebus remedium est optimum:

Nimia omnia, nimium exhibent negoti.

Nam tu, quod absentis desiderio pio

Iam dudum Eleasari teneris: id probo.

Sed te anxium nimis esse, & solicitum: haud probo.  
 Is. Quid ergo faciendum pater? Ab. in spe scilicet,  
 Patientiaq; permanendum: & serujs  
 Apud Deum precibus instantum: ut is suo  
 Numine & iter servi, & totum negotium  
 Clementer dirigat. Quid enim nos à Deo  
 Vnquam petivimus, cuius nos compotes  
 Non fecerit? Is. pater. Ab. quid est? Is. numero go mihi  
 Licit paulisper digredi. Ab. quónam Isace?  
 Is. Rus concedam. Ab. quamobrem? Is. precandi gratia.  
 Nam solus cùm illuc sum, remotis arbitris,  
 Ardentius precari mihi videor. Ab. bene est.  
 I, quò lubet. Is. bene vale tu interim, pater:  
 Ego mox adero. Ab. bene ambula, fili mi, Isace.  
 Ego interim, dum tururi hinc aberis, domi  
 Tantis per obsidebo, dum hoc Eleazarus  
 Redeat. Nam quantum conycio, haud procul aberit.

## ACTVS V. SCENA VI.

Isacus.

Octonarij  
Iambici.

*(bonum modum)*  
 Illic hinc abiit: prob Deum, quantum in misera hac vita  
 Adeptus est: qui sapientem à Deo sortitus est patrem:  
 Veluti hic meus est. Nam nunquam illum adeo, quin abe-  
 am ab eo doctior. *(modus)*  
 Modò enim ad pietatem verba tam egregia fecit, tam com-  
 Vt commodius non potuerit, sed ut ut sit, hoc certè nimis  
 Longum est mihi tempus; dum te careo Eleasure. Nam ho-  
 ra terminus,

*Quem*

*Quem tibi præstiteras, dudum abiit. Nimiris hæc res animum meum*

*Sollicitat: metuoq; mali ne quid eveniat tibi in via:  
Quod nolim: aut ægritudo, aut remora in negotio interrœferit.*

*Quantóq; abes diutiùs: tantò magis desidero:*

*Magisq; cupio. Nam verissimum, vulgo quod dicier  
Solet: spes, quæ differtur, affligit animum: quanquam scio  
Eleasarum, spectatæ hominem prudentie, & fidei, nihil  
Facturum negligenter: sed rem herilem, absente hero suo,  
Tam sedulò tutaturum, quām si ipse assiet, aut rectius.*

*Proin Deum immortalem summis precibus oro, & obsecro:*

*Vt hoc iter illi fortunare velit. Nam humana industria*

*Nihil confit: ubi non est præstidivina moderatio.*

*Nam sola hac actionibus nostris, quasi quidam lucifer  
Prælucet: sola hac præstituta à nobis dirigit: sine hac  
Negotium qui suscipit, laterem lavat. Id quod mihi adèd  
Multis meis experimentis demonstravit prudens pater.*

*Eamq; ob causam huc solus in rus concepsi, ut miti Deo  
Vota faciam, & precibus totum illi commendem negotium.*

*Sed quos video procul advenire homines? nisi malè conspicor,*

*Camelis insident, & ducunt aliquot secum vulieres.*

*Mirum profecto, ni clemens, & propitius mihi Deus,*

*Nec opinanti obijciat improvisum aliquod gaudium.*

## A C T V S V .   S C E N A VII.

*Eleasarus, Rebecca, Isacus.*

*C*um bene regesta salvus convertor domum,  
Deo aeterno immortales habeo gratias:  
Qui solus in patriam, ex peregrinis me locis

*Senarij.*

*Reducem*

*Reducem facit: tuq; adèò herilis patria*

*Salve: quam nunc ego duobus mēnsibus*

*Postquam hinc in Mesopotamiam abij, video lubens.*

**Re.** *Quis nam hic vir est, Eleasare mi, quem conspicor.*

**El.** *Vbi?* **Re.** *Ilic in agro, qui solus deambulat.*

**Is.** *Est ne hic servus, de quo modò agebam, Eleasarus?*

**El.** *Est ne hic herus meus Isacus?* **Re.** *quem hunc nominas?*

**Is.** *Is est profecto.* **El.** *eum esse autumo.* **Re.** *quis hic vir est?*

**El.** *Papæ, video n ego Isacum, an non?* **Re.** *quem vides?*

**El.** *Herum meum. Nam hic est Isacus, huc qui obviam*

*Venit. Re, sine desiliam ex camelō, & flammeo*

*Faciem obnubam. El. here salve. Is. salve mi Eleasare,*

*Sed quis comitatus hic? El. apporto nuncium,*

*Cuius maximè te fieri participem cupis.*

**Is.** *Quod nuncium? satis ne sunt salva omnia?*

**El.** *Imò omnia. Laus omnipotenti Deo, qui iter*

*Secundavit clementi numine. Is. gaudeo.*

**El.** *atq; hanc tibi virginem honestissimam omnium,*

*Quae in terris vivunt, Bathuelis filiam,*

*Neptem Nachor, Rebeccam, gentilem tuam,*

*Vxorem destinat: tibi despōsam à patre:*

*Et tota à familia: ut atatem tecum exigat,*

*Et pulchra prole te latum faciat patrem.*

**Is.** *Quid ait? te adducere Bathuelis filiam?*

**El.** *Etiam. Is. Rebeccam?* **El.** *maximè. Is. neptē Nachor?*

**El.** *Plenisimè. Is. despōsanū mihi?* **El.** *Dixi tibi.*

**Is.** *Tibi ne ego credam? non ludis me?* **El.** *Cur ego*

*Ludam: cur tu non credas? an fidem meam*

*Vnquam expertus es, ulla in re lubricam aut malam?*

**Is.** *Atq; haudeò dico, quodd diffidam tibi,*

**Eleasare,**

*Eleasare, cuius in me expertus sum fidem:  
Sed quòd vix fieri hoc posse arbitratus fui,  
Quod tu opera perfecisti mihi tua probè.*

*El. Imò hoc Dei perfectum opera, num ambigis adhuc?*

*Is. Nihil: sed ago Deo omnipotenti gratias,  
Qui me voti mei clementer compotem  
Fecit: teq; reducem mihi & seni patri,  
Cum tanta latitia, & tanta spe reddidit.*

*Deinde & Bathueli, & omni familia,  
Quæ affinitatem nostram tibi non abnuit:*

*Tum verò præsertim tibi, castissima  
Virgo Rebecca: tuo quæ matrimonio*

*Dignum me censuisti, gratias ago:*

*Teq; accipio lubens, te complector anime  
Mi, mea voluptas, mea spes in vita unica:*

*Diadema vita meæ: oculus meus unicus,  
Meum solatium, quod Saræ funeri,*

*Et luctui opponam meo. Quin detegis  
Vultum? nam te pudicam esse, minimè ambigo.*

*Re. Faciam, quod me iubes, here mi lface: nam tua  
Sum: tua volo esse: tibi semper motiger a ero*

*In rebus omnibus: tibi do me: domine mi:  
Tibi me committo: tua me mando fidei.*

*Is. O fortunatum me! ut tua verba audio lubens!*

*Vt te, Rebecca mea, nunc conspicio lubens?*

*Vt præ letitia lachrimæ præsiliunt mihi.*

*El. Qualitu servo tua commendasti bona?*

*Is. Bono & fideli, & fido, & cum magna fide:*

*Qui tantam offers adventu latitiam tuo:*

*Tot commodas res affers: tot adimis mihi*

*Curae:*

*Curas: quæ exercuerunt me aliquot mensibus.*  
 El. Ego quām fidelī animo in te fuerim here,  
 Ex ipsa, te malo intus resciscere. Is. scio:  
*Amoq, & laudo, & vehementer te prædico.*  
*Nam te esse erga me fidō ingenio, compri:*  
*Tibiq, exopto, ut reliquam vitam transfigas*  
*Nobiscum felix, & fortunatus diu.*  
*Nunc ite intrò: nam dudum vos expectat senex.*  
 El. Eamus: quando bene cessit negotium.

*Reason.* Nam non est expectandum, dum exeat: intus  
 Res transfigetur: intus desponsabitur.  
*Quod reliquum est, id vobis exponet Cario.*  
 CARIO. Spectatores: Poëta noster hic nouus,  
 Daturum vobis se promittit propediem  
 Nouam, faciem, & haud illepidam fabulam:  
*Cuius vos argumenti, nil simile uspiciam*  
*Videritis; verum ea lege id facturum ait,*  
*Si vos & huic nouæ sponsæ hymnum in nuptijs,*  
*Et huic etiam plausum detis Comædia.*



NICODEMI FRISCHLINI  
**SVSANNA, COMOEDIA**  
 VETERIS TESTAMENTI,  
 DRAMATIS PERSONÆ.

Midian, {  
 Simeon, { sene

Svsanna, matrona.  
 Thamar, ancilla.

Philer-

Philergus, seruus.

Sichar,	{	rustici. Joachimus, maritus Susanna.
Hirawus,		
Chelcias,	{	parentes Susanna. Cleophas, prætor.
Anna,		
Iudices.	Daniel, propheta puer. Lorarij.	

# R A P H A E L, P R O L O G Y S.

**N**e quis miretur, qui sim: primū hoc elo-  
quar: (lim:  
Deinde quid processerim, & quid vos ve-  
Dicam: ut sciat is nomen fabulae, & meum.  
EGO sum angelus Raphaël, ex hac familia:  
Vnde excuntem me aspexistis. Hanc domum  
Iam multos annos est, cùm pōsideo & colo:  
Patriq<sub>z</sub>, auoq<sub>z</sub>, amicus huius, qui hīc nunc habet.  
Nam me piorum coniugum quasi pronubum  
Deus constituit: ut sacros inter homines  
Conciliem autoritate opificis nuptias.  
Nam me duce optatam, per seruum Eleasarum,  
Adeptus est Rebeccam nuper Isacus:  
Et Tobias Saræ olim matrimonio  
Potitus: ut sacra docent vos litera.  
Nunc huc processi, Susanna huius gratia,  
Cuius pudori infidiantur duo senes  
Nequissimi: à quibus ne violetur, opera

Mih<sup>i</sup>

Mihi danda est sedulò. Nam custos sum datus  
 Pudicitia. Quòd si acciderit quid agriùs  
 Per contumeliam, & per consutos dolos:  
 Opem, adolescentis opera Danielis, feram.  
 Hæc est summa rei: quam nî partem maximam  
 Existimarem scire vestrum, hic dicere.  
 Nunc, quid Poëta nomine vos omnes velim  
 Oratos maximè: expediam paucissimis.  
 Nam cùm primum is animum ad Comœdiām appulit:  
 Id sibi negoti credidit unicum dari:  
 Bonis placere ut posset perquam plurimis:  
 Et minimè multos laderet: mores malos  
 Sic carperet, ut tanquam in speculo vitam omnium  
 Proponeret: unde alij exemplum sibi sumerent.  
 Verùm aliter euenire multò intelligit.  
 Nam clamitant nonnulli homines nasutuli,  
 Leues personas in sacris Comœdijs  
 Non introduci oportere, sed omnes graues:  
 Et quas imitari possit adolescentia:  
 Quæ plerung, ad malum siet proclivior.  
 Quasi verò nequam, flagitosi, subdoli,  
 Periuri, blasphemi, salaces, ebrij,  
 Idcirco in scenam producantur, ut alij  
 Fiant similes malis, & non potius bonis:  
 Quorum virtutes & pie facta videant.  
 Habet Poëta bonorum exemplum, quo sibi  
 Licere id facere, quod alij fecerunt, putat.  
 Nam veteres Spartanos in more habuisse, ait:  
 Ut in conspectum liberorum seruulos  
 Statuerent ebrios: ut turpitudine

Morum

Morum confpecta, ab isto virio liberi  
 Terrerentur. Quod enim illi dicitant, sacras  
 Contaminari non decere literas:  
 Faciunt intelligendo, ut nihil intelligent.  
 Neq; enim pij tantum homines, sancti q; & graves,  
 Ilic à spiritu cœlesti, sed etiam  
 Libidinosi, scelerati, obsecnæ, ebrij,  
 Impurati, in theatrum produci solent:  
 Illorum exemplo alijs uti sapient rectius.  
 Id ita esse, vosmet iudicare poteritis.  
 Quapropter hi senes vobis documento erunt:  
 Vt vagas discatis fugere libidines,  
 Et legitimos non conscelerare lectulos.  
 Hoc studium nostrum qui audet reprehendere:  
 Eum ut quiescat porrò moneo, & definat  
 Maledicere: malefacta ne noscat sua.  
 Favete, & cum silentio animadvertisse:  
 Ut pernoscatis, quid sibi hi senes velint.

## ACTVS I. SCENA I.

Midian, Simeon, senes.

**N**ON mihi licere meam rem me solum, ut volo,  
 Loqui atq; cogitare, sine isthuc arbitro?  
 Quid hoc mali obsecro, quod isthic me quodquod eo,  
 Quasi umbra sequitur? Nam nunquam tam vesperi,  
 Neg, tam manè buc venio: quin hoc ipso loco  
 Aut ambulantem conspicer, aut tabulam in manu  
 Gestantem, aut librum lectorantem, aut quippiam  
 Demur murantem, aut res meditantem deniq;.

Senarij  
Iambici.

F

Atq; eccum, modò ut incedit? vide sis obsecro,  
 Quemadmodum adstitit tetrica fronte, capite  
 Obstipo, humum intuens, & curas cogitans?  
 Mirarier profectò haud immeritò queam,  
 Quæ res sit, quæ illum tam crebrò in hunc pertrahit  
 Locum. quid verò si adeam, & semel ipsum alloquar?  
 Ita faciam. Quæso & depol ne agrè feras,  
 Simeon, quòd audacter te compello, & nimis  
 Fortè familiariter. Si. quid est? quid vis tibi?  
 Mi. Miror, quid hic rerum geras, aut quid tibi  
 Negoti: quæ ve tua huc tam crebra reditio?  
 Nam mihi videre præter etatem tuam  
 Facere, & praterquam res te adhortatur tua.  
 Quid vis tibi? annos septuaginta natus es,  
 Aut plus: neq; ullo cessas in loco: neq;  
 Vllum remittis tempus: neq; te respicis:  
 Perinde quasi famuli non sint, quos mittere  
 Hinc inde possis: ita tute hic discursitas:  
 Ita illorum officijs attentè fungeris.  
 Si. Midian, tantumne à re tua otij tibi,  
 Alienæ ut cures, eaq; nihil quæ ad te attinent?  
 Quid enim tua intersit scire, quid ego hic agam:  
 Cum nondum à me rogatus sis: quid hic tibi  
 Negoti? Mi. lubet hic esse. Si. Et mihi lubet.  
 Mi. Sed tu, non modò digredienti mihi dixeras,  
 Quod hinc ires domum prandendi gratia?  
 Si. Et tu, an non dixeras mihi, quod hinc pergeres  
 In forum, ut ibi negoti quippiam, puto,  
 Conficeres? Mi. confeci illicò. Si. & ego similiter  
 Pransus sum illicò. MI. Hecates hoc prandium fuit.

SI. Quam-

**Si.** Quamobrem Midian? Mi. quia parcum & nimium breve.

**Si.** Tum pol tibi eadem via, qua olim Perseofuit.

**Mi.** Quamobrem? Si. nisi enim insedisti alicui Pegaso,

Tam citò reverti non potuisti. Mi. quid opus est

Pegaso, ubi amor loci, pedibus alam addidit?

Sed ausimne ego tibi eloqui, si quid velim?

**Si.** Audacter. nam quicquid dixeris, id dixeris

Lapi. Mi. nolo lapidi: unde mihi nego consili,

Nego auxiliū copiam habere in dubiis licet.

**Si.** Quin ergo amico dixeris, si sic lubet.

**Mi.** Lubet aedepol, sed taciturno. Si. mato, ubi voles.

**Mi.** Promitte, te taciturum. Si. Promitto aedepol.

**Mi.** Bona fide? Si. bona herclè. Mi. sed pudet eloqui.

**Si.** Quid est, cur pudeat? quin profers. Mi. pudet. Si. ita sunt

Pleriq, homines. quos, cùm nihil refert, pudet:

“

Vbi pudendum est, ibi eos deserit pudor.

“

**Mi.** Ausulta. nam tibi amico, quod volo, certum est credere.

**Amo.** Si. quem, méne? Mi. sic: sed aliam quam te, magis.

**Si.** Quenam illa? Mi. animadverte: audies. Si. fiet sedulò.

**Mi.** Susannam Ioachími illius coniugem probi,

Nosti? Si. non aliter ac te. Mi. dic sodes mihi,

Bellán videtur specie mulier? Si. admodum.

**Mi.** Evidem hercle forma luculenta. Si. sit satis.

**Mi.** Quin etiam sine mundicie & sumptu. Si. nego, id

Mirum. Mi. Quamobrem? Si. quia virū habet eiusmodi,

Quem sumptus facere isthac in re pudet ac piget.

**Mi.** At enim si mihi (liceat, quod sentio, proloqui)

Tam formosa esset coniunx: auro & serico  
Curarem ac purpura, ut exornata incederet.

SI. Quæso hercle ego te per senectutem tuam:  
Perq; illam, quam domi odisti, vxorem tuam:  
Ut mihi dicas, quod te rogabo. MI. quid rogas?

SI. Id quod de te omingr. MI. Quid ominare? dic.

SI. Quod res est: modò tu verum fatearis. MI. Quid est?

SI. Cae mihi mendacij quicquam. MI. Quintu ergo rogas?

(viæm.

SI. Nunquid amas hanc mulierem? MI. rectam instas  
Ea res est. SI. sic equidem ominabar. MI. optimè.

Nam huius muliercula causa tam creber hic  
Obambulo: tam frequenter hoc me recipio.

Nam ad hunc, qui in proximo est hortum, soleo ferè  
Plærung, eam operiri, dum redeat domum.

Vbi aspicio, non sic amo, ut sani solent

Homines: sed eodem pacto, ut insani solent.

Amavi ego multas olim in adolescentia:

Sed ad hoc exemplum nunquam, ut nunc insani.

SI. Inest huic homini amoris macula in pectore:  
Sine damno magno qua elui neutiquam potest.

Ludificabo ipsum egregijs & falsis modis.

Miseret profectò me tui. MI. Si sum domi,

Foris est animus: si sum foris, animus domi est.

Quid verbis opus? hanc somnio, huic vigilo, hanc loquor.

SI. Est ne autem pars aqua huius amoris tibi cum ea?

MI. Id sanè nescio, Simeon. nam mihi nunc quidem

Restat aliud nihil, nisi oculos pascere,

Sectari, obseruare: potiundi dum copia

Fiat: ut amplectier, oscularier, alloqui

Liceat.

Liceat. Si. Proh Iuppiter, quæ te agit amentia?  
 Iam plenus etatis, animaq; fætida,  
 Senex hircosus, tu osculere hanc mulierem?  
 Cœne ne adueniens excutias vomitum mulieri?  
 Mi. Ah enecas. quin tu potius me opera iuuas?  
 Aut si opera non potes, consilio. Si. quomodo?  
 Mi. Ut potiar. nam nihil hic nisi Susannam volo.  
 Si. Ah quanto satius est Midian, te id dare operam:  
 Qui amorem hunc ex animo eycias tuo, quam id loqui  
 Quo magis frustra libido incendatur tua.  
 Mi. Obscurco te per amicitiam nostram Simeon,  
 Fac, inueni, finge, effice, qui Venere hac fruar.  
 Nisi id facis, hodie postremum me vides.  
 Si. Ut, queso, amore perdit us est miser hic senex,  
 Meus collega. Sed audi: neutiquam senis  
 Officium puto, operas agere lenonias.  
 Mi. At qui videmus nostros adolescentulos,  
 In his rebus sibi inservire mutuo;  
 Et socios esse in talibus negotijs.  
 Nos quoq; senes est aequum senibus obsequi.  
 Si. At metuo, ut proficiam parum. Mi. Cur obscurco?  
 Si. Quia honestior est Susanna, quam ut morem gerat  
 Dictis meis. nam tota ciuitas eam,  
 Quasi exemplum pudicitie, deprendit.  
 Mi. Ah frustra hoc infers. nam ea tibi eloquentia est:  
 Ut vel Syria Deæ, te ut amet, persuadeas.  
 Itaq; te, Simeon, iterum atq; iterum oro, ut opera  
 Tua mihi in hac re ne desis: vbiq; tu  
 Mea vicißim egebis, promptam reperies.  
 Si. Sanè hanc conditionem accipio, mi Midian.

Nam si mihi tuam operam in simili negotio  
 Promittas, me at tibi nusquam deerit. Mi. euge, age,  
 Promitto. Si. at sancte. Mi. quin imò sanctissime.  
 Si. Quamcunq; mulierem amem? Mi. imò. Si. Caevis  
 Ne ouem lupo committas. Nam si cui velim (Midian,  
 Amorem huius mulieris copulare: cur  
 Tibi potius quam mihi, qui aequè illam amo, copulem?  
 Mi. Itane? Si. videlicet. Mi. proh supremum Deum?  
 Nunc ego verum illud verbum esse experior vetus:  
 Omnes sibi malle melius esse, quam alteri:  
 Sed obsecro, non ludificas me, mi senex?  
 Si. Non hercle. nam ita effictim eius amore ipse met ego  
 Depereo: ut vix quisquam ante hac. Nam illa mulier  
 Lapidem silicem subigere, ut se amet, potest.  
 Mi. Na imprudens ego: qui amorem detexi meum:  
 Nam postquam amare dixi, complacita est tibi.  
 Si. Erras manifesto. nam hic amor in me haud est recens:  
 Vetus est: & pol haud scio, vter nostrum, si dies,  
 Et crebras vtriusq; itiones in hunc locum  
 Numerare velis: vehementius Susannam amet.  
 Sed age, bono animo es: ego te amantem haud deseram.  
 Mi. Quid ages, mi Simeon? Si. Si consilium vis, dabo.  
 Mi. Obsecro: nam ego & me, & amorem tibi credo meum:  
 Si. Vides hunc hortum? Mi. video. Si. & hoc posticulum?  
 Mi. Video. Si. age, huc intremus. Mi. quid acturi, cedos?  
 Si. Susannam illuc aduenientem expectabimus.  
 Nam singulis diebus per meridiem  
 Huc ingredi: hic apricari: hic lauarier  
 Solet: sèpè etiam hic incomitata conspici.  
 Mi. Quid postea exequemur? Si. rogatas? soli ubi

Cum

Cum sola erimus in horto: ibi nobis dicere  
 Licebit ad illam: mea voluptas, ncl meum,  
 Mea vita, mea delicia, mea salus, mea  
 Amœnitas, meum cor, meus animus, meum  
 Suauum, meum labellum. Mi. oh! gestio  
 Hercle. Si. ibi licebit amplecti. Mi. quid amplius?  
 Si. Licebit accubare. Mi. dicas largiter.  
 Sed si ipsa renuat? Si. cogemus. Mi. sin clamitet?  
 Si. Ab alio oppressam dicemus. Mi. recte adepol.  
Quid verò, si vir interueniat? Si. neutiquam:  
Quia is nunc peregrè abest domo. Mi. sat commode.  
 Sed si res secus eueniat, aut fiat palam?  
 Si. Nimium religiosus tu es, nimiumq; timidus.  
 Mi. Decet sapientem omnes casus perpendere.  
 Si. Nimium sapere, nimia sæpè insipientia est.  
 Sed ostium crepuit: ipsa egreditur domo.  
 Eamus hinc oxyùs: atq; hunc horti angulum  
 Teneamus, ut latitemus tuti. Mi. i præ, sequor.

## ACTVS I. SCENA II.

Susanna, Thamar, Midian, Simeon.

**S**TRISCE, cape hunc nummum aureum: quod tam la-  
 tarei nuncio (mihi, Octonarij  
 Me exhilarasti: qui literas ab hero modo attuleris Lamb,  
 Eumq; saluum ad nos hodie reducitur nunciaueris.  
 Iamq; domi: ut sis, vide: ne, si herus interea redeat, hominib.  
 Vacas edes inueniat. intellexisti? tu focum instruas  
 Phrygia, & opiparum coniunctum. vos hoc sequimini.  
 Th. Sequimur hera. Su. astus hic magnus, & ardens Solus  
 feruor. Th. equiden.

Maior vix posſit esse. Su. pol meus sudabit in via  
Maritus. Th. admodum hera. Su. properemus ocyūs in no-  
ſtrum hortulum, (adueniat herus

Th. Quid ages, hera, in horto? Su. volo, priusquam meus  
Ioachimus, liquido intus me rore aspergere, & has fordes fi-  
mul, (conſpicis:

Cum sudore ablueret. Th. quas fordes? Su. quas in vultu  
Et quas per hosce dies contraxi. Th. ah tace: ego tuas for-  
des mihi

Pro mundicie exoptare velim. quā enim tu sis venustior?

Mi. Lepidam ancillam. audin', quae loquitur? Si. quid  
enim, niſi delicias meras? (ſic amem.

Mi. Ah, differor cupidine. Si. ah tace: ne obturbes. Mi. ſine,  
Su. Mea tu, ſatis venusta ſum, viro ſi placeam. Nam proba  
Vxor, ſuo unicè ſtudet placere marito in omnibus:

Hunc ſolum obſeruat: ceteros neglit: huic ferit vni, huic  
metit. (mibi.

Mi. Heu Simeon: hac dicta mulieris cerebrū penē excutiunt  
Si. Delire, credin' ex animo ſic ipsam proloqui? Solent

Ita pleraq; mulierculæ ſuas fallere pedissequas:

Ne ſucepta viris reddantur. Noui ego illam iſtāc ioco

Dicere. neq; illa mereat Persarum ſibi montes aureos,

Vt iſtud cogitet, quod tu ſtulte metuis: tace ſis modò.

Su. Probam itaq; me dici, quām formosam aut pulcram  
malo, Thamar.

Nam litem cum forma pudicitiae eſſe quidam aiunt.

Th. Ita eſt.

(bus,

Su. Evidem formosis plus tenduntur retia ab amatori-  
Quām ſedis & deformibus. Si. exemplo docebis hoc tuo.

Su. Nam Sare, ut in ſacris eſt legere literis, plus obfuit

Quām

*Quām profuit venustas. Th. Quis sic? Su nisi enim tam pulcra & nitens*

*Fuisset: à Pharaone nunquam esset raptā. Th. a deo per herā. Su. Sed & Rebecca nocuit sua forma præstantia. Th. quomodo?*

*Su. Nam Abimeleucus illi infidias ob vultum parauerat.*

*Mi. Atq; is Abimeleucus ego nunc ero tibi. Si. & ego Pharaō tibi. (mali*

*Su. Sed neg, Isacus vxorem ipsam dicere audebat: ne quid Acciperet à Palestinis. Ita sāpē ob formosas viri "*

*Periclitantur: qui propter deformes tutti esse poterant. "*

*Mi. Exempla hec mihi placent. Su. quanquam non nego, quondam & probis virus*

*Plus arridere formosas, quām fēdas: sicut Isaci*

*Gnato Iacobo magis placuit Rahel, quām Lea. Mi. & hoc mihi placet. (prosiet.*

*Th. Isthuc sapere est, exemplum capere ab alijs, tibi quod "*

*Su. Satis verborum est. Mi. imò dudum mihi fuerat plus quām satis. (gine.*

*Su. Nunc quod constitui peragam: & corpus reficiā asper-  
Vos ite, & balsamum mihi cum smigmate afferte & oleum.*

*Atq; audin' Scapha? fac ut primò omniū niteant ades: leues Aranearum telas deycito de foribus, de pariete,*

*De valuis, de fenestris: volo fieri munditias. tu Thamar,  
Lectum instrue: infer aulea & conchyliata tapetia.*

*Mi. Audin', ut lecti est cupida? Si. imò audio & gestio, me-  
hercule. (inepta, quid*

*Th. Nimiū sollicita es herā: nimiū studiosa viri. Su. hem  
Garris? tace sis: caue isthuc ex te vnquā pōst audiā Thamar.*

*Nam nunquam vxores curare nimirum possunt suos viros.*

*Et si n. agat omnia, ut equum est, et sint, quales esse addecerit:  
Tamen ut omnibus os obturent, ne quis maledicta ingerat,  
Nunquam cauere possunt. Mi. audire, ut vase preoccupat?  
Videtur certe aliqd malis in animo volutare mulier. (est opus  
Th. Vix prius, hera, calceos ut pedibus detrahantur? Su. non  
Sed ite, & quae iussa estis, curate; ut siant. Th. curabitur.  
Su. At ostium, Thamar, ut sit occlusum, vide. Th. quietatis.  
Su. Obde illi pessulum: ne quis spectator huc eat (modum.  
Cum oculis emisistijs. Th. fiet hera. Su. at diligenter. Th. ad-*

## ACTVS I. SCENA III.

Midian, Simeon, Susanna,

*Odonarij, Ille abeunt, nos soli: quid adhuc moramur? Si. expecta,  
maine. (rat. Su. nimis*

*Nimium properas: sine, obseruemus, quam nunc rem ge-  
Me torquet hic vehemens astus, solisque feruor maximus.*

*Mi. Dij immortales, omnipotentes, qd apud vos pulchrius?  
Nam prae hac, Iuno non est Iuno, Venus non est Venus.*

*Hanc equidem Venerem venerabor, me ut amet, ac sit propitia.*

*Si. Ita me dij ament, ut illa me amet malim, que alij cœlites.*

*Mi. Scin' tu quid fieri nunc optem? Si. quid? Mi. Iuppiter.*

*Si. quamobrem? Mi. ut hac (mauelim.*

*Cum Iunone accubem illico. Si. at ego te alium his fieri*

*Mi. Quemnam? Si. Vulcanum: ut me cum hac Venere ca-  
tena necetas ferrea.*

*Su. Trunco insidebo huic, & primum me liberabo vestibus.*

*Si. En calceos iam soluit, quales ha videntur tibiæ?*

*Mi. Eburnea. Si. ista sura cuiusmodi? Mi. lacteola, argentea.*

*Sed, qd si nunc adeamus? Si. adeas. Mi. cor tremore palpitat*

*Si. Timidi in hac acie nullum constituunt trophyum. cape  
animum. Mi. Quid*

**Mi.** Quid autē cōminiscar? qua singam adstisse gratia?  
**Quibus** verbis illam aggrediar? **Su.** quis hic loquitur? non  
 sola sum? (alloquī)

**Si.** Quid cessas mulierem hanc adire, & blandē in principio  
**Mi.** Quās, tu prior adeas: & quod te factū promiseras,  
 Amorem huiuscē mulieris mibi concilia verbis tuis.

**Si.** Imō mihi potius, quā tibi mane, dum mulierē alloquer.  
**Su.** Certē mihi visa sum vocem audire hominis. accingar  
 iterum:

Ne cui inopinatō nuda conficer. **Mi.** ego in infidijs ero,  
**Quasi** succenturiatus, si qd deficies. **Su.** clamabo. Thamar.

**Si.** Tace sis: ego sum. **Su.** quis ille ego? me miserām? quem  
 video? **Si.** ne time: (senex,  
 Amantem tui hominem, non inimicum, vides. **Su.** quid ais  
 Amantē te mei? **Si.** imō maximē **Su.** at quomodo? **Si.** scies:  
 sede huc. (haud decet.

**Su.** Absit, alieno cum viro ut assidam: isthuc matronam  
 Sed si quid me voles, domi inuenies. **Si.** mane, obsecro, ma-  
 ne: (te somniam.

Atq; audi verbum unum. **Su.** quid audiam. **Si.** aliquod de  
**Su.** Quid somnij? **Si.** praterita nocte per quietem visus est  
 Mihi Raphaēl astare ad lectulum, & his me verbis alloqui.  
 Simeon, inquit, Simeon euigila, quoniam immortalis Deus,  
 Dominus cœli & terre, ad te mittit: ut lœtum tibi nuncium  
 Annunciem. Nam ex te prodibit seruator populi mei,  
 Meßias: qui è Babylonica captiuitate ipsum eximet,  
 Et in patriam terrā reducet. **Mi.** proh Deum, quām fabulā  
 Incepit hic veterator miror quorsum isthac oratio. (nexz  
**Si.** Cumq; angelo dicerē ego: Domine mi, ecce ego sum iā se-  
 Es uxorem domi habeo vetulam, & sterile: quomodo liberos

Ec

Ex illa suscipiam? ibi respondit mihi sacer angelus:  
 Tuos ut sollicitare concubitus. Su. quid ais, homo impudens?  
 Meū tu sollicites concubitū? Si. imò maximè. Id enim Deus  
 ius sit. Su. Deus? quasi verò is leno sit, qui amores copulet  
 Meretricios? pudeat te cano capite, has nugas prodere.  
 Si. Imò te pudeat, quod nondum sacras didiceris literas.  
 An enim ignoras Thamarin suo concubuisse socero: & Phare  
 Peperisse? an nescis Rahabem, nobile scortū Hierichuntium  
 Sa'm e eius abnepoti nupsisse, ac mox peperisse illi Boam?  
 An nescis Rhutham ultrò ad Boam noctu venisse, ut accubet?  
 Atq; iste omnes Davidis, è quo Messias venturus est,  
 Factæ sunt avie. Su. muliebris ibi peccatum consilys  
 Fuit: qua post Deo moderante successerunt non male.  
 Sed non sunt facienda mala, ut illinc eveniant bona.  
 Neg, Rahabem meretricius amor conservavit aut vagae  
 Libidines: ut non perierit cum Chananeis improbis:  
 Sed emendata vita, & vera in Messiam nostrum fides:  
 Quem è populo Iudaico olim proditurum credebat. Itaq;  
 Misericordia facito & hinc illicò facesse. Si. ab sine, queso, tuos  
 Ocellos deosculer, voluptas mea. Su. quid sinam? Si. sine.  
 Su. Proh summe Deus, quam tu me rere fœminā? Si. quam?  
 melleam,  
 Roseam, auream: aureas queso da mihi manus, ut osculer.  
 Mi. Ut blandus est palpat or mulierum hic senex! Si. sine  
 obsecro.  
 Su. Apage. an nescis, quid Sodomitis acciderit: quos sulfure  
 Et igni Deus evertit, propter hoc nefarium scelus.  
 Nam casta mens Deus est: neq; ullo scelere plus offenditur.  
 Quàm adulterio: neq; ullum punivit severius. Si. fabule.  
 Su. Propone ob oculos tibi Beniamitas: quorū duobus pralys  
 Quadra-

Quadragesima septem millia in acie ceciderant: uniu.  
 Propter Levitatem concubinam vitiatam. Si gerra mere.  
 Su. Propone ob oculos Davidem tibi: qui cum viri optimi  
 Et integerrimi rapuisset coniugem, quam post graves  
 Deo pœnas dedit? Si. Nuga. Su. punit. n. Deus atrocia  
 Delicta atrocibus pœnis: ut nos à scelere hoc deterreat.  
 Si. Nimium religiosa es: nocet ista religio forma tuae.  
 Su. O Chanaæ progenies nihil te pudet ista senem proloqui  
 Cano capite: qui iam alterū pedē in Charontis cymba habes.  
 Túne populi sis iudex? túne praefidum reipublicæ?  
 Hoc scéne magistratum est aquum mores civibus largirier?  
 Ita ne præcepta & leges Mosaicas meministi? Si. ab define  
 Memorare, quæscio: potiusq; mibi illa dic, quænescio.  
 Su. Quid nescis? Si. tuum amorem. Su. imò illum nunc  
     expertus es. Si. at quomodo?  
 Su. Nam amicæ officium facio: dum te à proposito hortor  
     malo. (sed furor.  
 Verus enim hic amor est: at quem tu queris, non amor est,  
 Nam furiæ & intemperie agitant. Si. sine te, amabo, à  
     me amarier,  
 Meus festus dies: quæso da suavium mibi. Su. suavium?  
 Id me Deus prohibeat. semper flamma fumo est proxima.  
 Si. At dic me saltē suavium tuum. Su. minimè verò omniū.  
 Si. Dic igitur me tibi columbam, meumq; collū amplectere.  
 Su. Ego ne istuc dicam aut faciam? id me magnus prohibet  
     Deus. (osculor:  
 Virum habeo, quem solum amo, solum amplector, solum de-  
 Cui soli coniugalem uti dedi, sic servabo datam  
 Fidem. Si. vah stulta es, quæ virum metuas, qui abest ha-  
     rum inscius

Rerum:

Rerum: nisi tute garrias: nec quisquam est hominū qui videt.  
 Su. Si homines non vident, at Deus videt, quem nihil us-  
 quam latet. (ctere solet.

Nam is vindicem habet oculum, quo periuria hominum ple-  
 Mi. Enim verò tempus nunc esse video: ut & ego amoris hic  
 Faciam periculum: modò Venus sit propitia: ne parem  
 Cum Simeone repulsam ferā. Su. quis hic loquitur? non nos  
 sumus? (hi obsecro.

Mi. Adibo. quid hic agitur? Su. ah mi Midian, fer opē mi-  
 Mi. Quamobrem? quid pateris? Su. vim: quam hic predi-  
 citia parat. (senem:

Si. Nequaquam: sed tantum oravi suavium, quo recreet me  
 Quemadmodum olim Davidem puella refecisse legitur.

Mi. Quid ipsa? num renuit? Si. quin immo pessimus convitüs  
 Me proscidit. Su. factum nego. sed tu mihi vim paraveras.

Mi. Vbi voluntas promta est, vi nihil est opus. Su. quid ait,  
 mi homo?

Mi. Si sponte parueris roganti, nemo vim faciet tibi.

Su. Me miseram: an & tu gladiatorio animo ad me affectas  
 viam? (quar,

Mi. Non certè, sed tui amantissimo. nam verum ut tibi lo-  
 Fixus apud te hic noster est animus clavo Cupidinis.

Su. Iehova, queso da pacem propitiis: serva me obsecro.

Nam ex composito ut erg, pudicitia oppugnatū venit meam.

Mi. Quid clamitas? tace sis: nam si hunc odio persequeris:  
 at me ames. (omittit me.

Su. Amem? multò te, quam hunc minus. Mi. ah tace sis. Su.

Mi. Ah sine te exorem: sine prehendam auriculis: sine dene  
 suavium. (sæviter!

Su. Quid agis? quid mihi molestus es obsecro? Mi. ah tam  
 Su. Ab-

**Su.** Abscede hinc sycophanta. Mi. parcius quo<sup>s</sup>, ac blandius.  
**Su.** Non matronarū est, sed meretricū alienis sub blandirier  
 Viris. **Quin** abstines manū. Mi. ab sine contrectem te mo-  
 dō parūm.

**Su.** Ecquid te pudet, hominē senem, senatus column, iudicē,  
 Clām in hortum perrepere, ut insidias mibi struas claro die?  
 Apage à me, apage. Mi. nimium fera es. Si. reddā ego man-  
 suetam ex fera.

Ah ne rccuses animule mi, mea vita, mea festivitas,  
 Sunt aurei nummi complures. Su. pereas cum auro tuo,  
 Auro non vendā, quod redimi auro non potest. Mi. ab aureis  
 Ocellus, amoris donum & decus, amābo faciam, quicquid  
 voles.

**Su.** Volo ut abstineas manū mastigia, & hinc facebras oxyūs.  
**Si.** Ingrata atq; irrita esse omnia, qb; us infistimus, intelligo.  
Quod unum supereft: quia nec precibus, neg, muneribus fle-  
 ditur:

Hoc nunc agam. Mulier nisi aut huic, aut mihi morē geris,  
 Periūsti iam nunc illico. Su. minis nil moveor. Si. at post-  
 hac tibi

Mali, quod potero facere, faciam: meritoq; id faciam tuo.  
 Atq; eccos nos ambos: si nobis copiam tui adhuc negas:  
 Adulterij suspectam te ac ream reddemus omnibus:  
 Nam criminabor, te visam esse cum alieno oscularier.  
**Su.** Proh deūm & hominum fidem! iam non satis hoc est,  
 vos adulterij

Esse reos, & animis scortatos: vultin' tam grande hoc scelus  
 Alio insuper cumulare scelere, & testari mendacium?  
**Si.** Sicerit. Mi. & mihi placet idem. Su. naviter impu-  
 dentem oportet hunc.

Esse,

*Esse, verecundia fines qui semel homo transiverit.*

*Si. Atq; adeò iam ex isto loco te ad populum deferam: & tuo*

*Cum amatore adolescenti amplexante vidisse arguam:*

*Omnesq; removisse ex horto ancillas: ne qui essent arbitri.*

*Mi. Optimè. idem & ego dicam: capit is te perdam, nisi mi-*

*bi annuis.*

(mala:

*Su. Miseram me terq; quaterq;: cui subitò tanta impendent*

*Qua, neq; uti devitem scio: neq; quomodo me inde extrahā.*

*Nam si annuam vobis, adulterij & mortis fuero rea.*

*Sin renuā, ut est equum: vestras tamen non effugero manus.*

*Quid agam? Si. Si sapi, hanc curā facere compendij potes.*

*Su. Ab quo se vos, parcite mea innocentiae. Si. nihil efficis.*

*Su. Oro atq; obtestor te, per canitatem tuam: ne hoc malum*

*In me compingere cogites. Mi. non audio. Su. per omnia*

*sacra,*

*Per immortalem vos Deum precor, ab hoc immanissimo*

*Desistatis cœpto. Mi. surdi sumus. Su. hei misera, hei mi-*

*sera mihi!*

*Nequeon' vestras ego sceleratas effugere, & nequā manus?*

*, Sed melius est, ut innocens in hostium incitam manus:*

*, Quām Dominum scelere offendam. Nam spero me habitu-*

*rūm Deum*

*Testem innocentiae, Si. num adhuc es obstinato pectore?*

*Quin irruimus in ipsam, & vi comprimimus. Su. abstine*

*manus,*

*Scelesti. Nam potius emoriar, quām tua morem geram*

*Libidini. Si. iuva me Midian: rape in hunc angulum: rape.*

*Su. Siccine agitis? enim verò mihi clamore hic opus esse video.*

*Heus famuli, subvenite mihi, succurrите: oppressa mihi*

*Opē ferte. Si. sine ipsam hinc abire in maximā mala crucē.*

Ego

Ego aedpol te ulciscar. Mi. & ego te, ut digna es, perdam,  
scelus: (sticulum:  
At q, ut de me merita es. Su. fugiam per apertum isthac po-  
Vt inde me domum recipiam. nam id solum insidiantibus  
Patuisse video. Si. Sequere tu Midian & posticum tene.  
At q, audis Midian: quasi adulter c manibus cum adultera  
Tibi seni elapsus sit, comminiscitor: at q, à dextera  
Venire te assimulato: dein ut subseruias verbis, vide.  
Mi. Ero memor. Si. ego ad hoc ostium concedo: & aliquem  
euoco foras.

## ACTVS II SCENA I.

Susanna.

**D** Eum immortalem, quæ haec est contumelia? Senarij.  
Quæ iniuria? matronis claro die strui  
Insidias à senibus? quisquam mortalium  
Credat, tam perditam in canos homines, viros  
Decrepitos, effectosq, cadere libidinem?  
Evident infortunio pudicitia mea  
Nunquam antehac propior fuit: Quanquam metus  
Nunc est: ne mihi nocere ausint mendacys.  
Quod enim facinus non audeat calumnia? et  
Nihil tam sanctum, nihil tam firmum, at q, innocens,  
Quod sycophanta morsus non arrodere  
Et in calumniam rapere possit. Proin  
Deum aeternum precor: ut is innocentiam  
Meam aduersus maledicos protegat senes.  
Nunc propero domum: ut viro, si redijt huc domum,  
Hac memorem, eiq, de hac conquerar iniuria.  
Nam post Deum bunc solum patronum mihi habeo.

G

## ACTVS II. SCENA II.

Philergus, Simeon, Midian.

Trochaici  
septenarij  
catalecticis

**A**Bscede huc intrò Thamar cum smigate & liquori-  
bus  
Balsami: nimis diu morata es. nam nisi me mei  
Fallunt oculi: video heram huc properantem.  
& certè ipsa est: abi

Ocyùs, & quæ iussa es, exequere: ego isthac ibo obuiam  
Aduenienti hero: sed quis strepitus hic ad horti ianuam?  
Si. Pandite atq; aperite ianuā. Ph. Quis hic senex tremens,  
Enostro q; huc tam repente profilit horto? Si. heus, ostium  
Quis domus aperiat ocyùs: nisi vultis, ut fores  
Arietem? Ph. hic quidem est Simeon. Si. ehem Philerge.  
Ph. quid est? Si. mane. (mihi.)

Ph. Que te agitant intemperie? Si. te, te conuento opus est  
Ph. Quid negoti? fac sciam. Si. metuo. Ph. Quid metuis?  
Si. ne hercle hodie

Quantum hic familiarium est, omnes in maximum malum  
Cruciatumq; perueniatis. Ph. omen auertat Deus.  
Si. Nescis tu fortassis, apud vos facinus quod natum hic  
nouum. (soli scias.)

Ph. Quod id est facinus? Si. impudicum. Ph. rute tibi  
Si. Imò & hic scit, qui huc properat collega meus senex.  
Ph. Mibi ne dixis, scire nolo. Si. non faciam enim, quin  
scias. (hic)

Vbi nam est adolescens? Si. abyit, euafit, erupit. Ph. qui  
Adolescens? Si. scies: sed cur tu non retinuisti obsecro?  
Mi. Vah! senex iuuene, decrepitus vegetū, imbellis bellicū.  
Si. Quónā abyit? Mi. per posticū se subduxit cum adultera.  
Ph. Abeo.

Ph. Abeo. Si. serue, mane. Ph. quid vultis? Si. audies.

Ph. Quid audiam?

Si. Hera tua neq; liberalis, neq; honesta, neq; sat probe  
Officio mulieris functa est. Ph. quid fecit? Si. corpus suum  
publicat. (Deus.)

Ph. Cui homini? an tibi seni? Si. isthuc magnus probibeat

Ph. Neq; ego credo homini ulli publicare se, nisi seni.

Si. Quid ludos agis in re seria sceleste? vidi eam

Osculantem cum altero, nescio quo cum adolescentulo.

Ph. Vbi nam? Si. illic in horto. Ph. Proh Deū quid narras,  
Simeon?

Si. Vidi equidem. Ph. tutēne? Si. egomet duobus his oculis  
meis.

Mi. Atq; ego vidi, unā osculantem, atq; amplexantem cum  
altero.

Ph. Erratis profectō: aliter negotium sē habet. Nam hera  
Hic intus lauit. Mi. siquidem lauare, est adolescentulum  
In gremio tenere: labranusquam abducere à labris.

Nam me alia memorare, qua illam facere vidi, dispudet:

Vt cū amans manum sub vestimenta ad corpus detulit.

Ph. Nugas agitis: qui innocentē arguere audet is adulterij.  
Ego heram noctis sum probam & pudicā, & hisce moribus,  
Quibns vestri similes vxores sunt, alienissimam.

Mi. Verberonem hominem vide Simeon: quē sic maledicere  
Nobis non puder. Ph. Vos pudeat, qui innocentem iniuria,  
Et calumnia afficitis: neq; est, ut quenquam ita credulum  
Fore putetis: qui vestris mendacij habeat fidem.

Neq; enim quicquam tale de Susanna quisquam audijt.  
Redeo intro: ut quid hoc rei sit, intus cognoscam antea,  
Quām hinc pergam, neq; enim possum diutius ista perpeti.



*Si. verum citius experiere, quām voles, magno malo.  
Abeamus nos; & dolos meditemur doct̄e in craftinum:  
Vt, cūm populus conueniet frequens in Ioachimi ædibus,  
Coram omni senatu agamus adulterij ream. Mi. placet.  
Eo domum, nisi me vñ aliud. Si. nihil, nisi ut domis sicis:  
Interim ego Cleopha orabo, ut cras Susanna impingat dicā.*

## ACTVS II. SCENA III.

Midian, Sichar;

Otonarij  
Iambici. „ *Llic hinc abyt. Dij immortales, quid homini  
Homo præstat? stulto intelligens quid interest?  
Ego me non tam astutum, neq; ita me callidum,  
Neq; perspicacem esse scio. Sed hic monitor mew,  
Et premonstrator Simeon hac præstat mihi.  
In me quiduis earum rerum conuenit,  
Quæ sunt dictæ in stultum: caudex, stipes, afinus,  
Ficulneus, plumbeus; in illum nihil potest.  
Nam calliditas eius exuperat hac omnia.  
Peiorem equidem, magisq; versutè malum  
Nunquam ædepol quenquam vidi, quām hic est Simeon:  
Nimisq; ego illum metuo, & formido male.  
Ne malus item erga me sit, ut erga illum fuit:  
Qui ne mihi verba det, cauendum erit mihi.  
Sed quis hic est, qui fert cum tabellis huc gradum?  
Si. In hac habitare platea dictus est Midian:  
Cui literas fero. sed quem perconter video.  
Ehodum vir bone salue. Mi. quid est? quid vis tibi?  
Si. Hominem in his querito locis. Mi. hominem vides.  
Si. Non te, sed alium. Mi. quémnam? Si. barbatum senem,  
Caui oculis, naso aquilino, tremulum, labris*

*Demissus,*

Demissis, poplite varo, pendulis genis?  
 Tui profectò non multùm ab similem. Mi. cedò,  
Quod nomen illi? Si. Midian. Mi. dū te perduint  
 Scelus: qui me sic despiciat uia habes tibi.  
 Si. Egó ne te? Mi. maxime: ut qui Midian is sum ego.  
 Si. Obscuro te hercle, mi senex, siquidem tu is es,  
 Mihi ignoscas. namq; haud te noueram, hercule:  
 Neg, hū vidi oculus unquam. Mi. sed quid nam rei est;  
 Si. Has literas fero: quas regi Babylonio  
 Per te reddi velim. Mi. quid in illis scriptum, prius  
 Memora mihi. Si. sunt duo libelli supplices.  
 Mi. Quid postulas? Si. Auscultare mihi si vacat,  
 Dicam. Mi. sed breuiter. nam nunc occupatio  
 Sum: quam tibi ut diu aures praebeam meas.  
 Si. Est hic quidam ciuis, homo fidei lubrice.  
 Mi. Tales sunt plurimi passim. Si. notus mihi  
 A multis annis: & pater eius meo patri,  
 Avus item meo auo. Mi. quid opus his ambagibus?  
 Dic uno verbo. Si. is cum nuper mihi sua  
 De egestate querit aetetur: meamq; opem  
 Imploraret: dedi illi argentum mutuo.  
 Nunc cum repeto, homo tergiuersari incipit:  
 Moras nectere, petere longiores terminos.  
 Namq; hac ferè illi oratio est: cras huic redi,  
 Iam non vacat. Mi. bonis quod bene fit, haud perit.  
 Et tu si amico quid beneficeris tuo,  
 Ne fecisse pigeat. Si. facti non pœnitent,  
 Modò restituat mihi, quæ mea sunt, cum gratia.  
 Nam ingrato homine nihil uspiam est impensius.  
 Mi. Nescin' tu, ut nunc sunt mores, eò redisse rem:

*Si quis quid reddit, magnam habendam gratiam?  
Si. Scio hercle, & magno cum meo experior malo:  
Et te oro porrò, in hac re adiutor sis mihi.*

*Mi. Quomodo? quid vis faciam tibi? Si. hasce literas  
Ut Regi des. Mi. quid Regi cum tuis debitiss?*

*Si. Non regis est ut cuig, reddat, quod suum est?*

*Mi. Cur tu non servaras, qua tua erant? Si. quia hominū  
Miseritum est: quem fame perire nolui.*

*Itaq, nunc aequum censeo, ut reddat mihi*

*Quae accepit mutuò. Mi. summa autem quantula est?*

*Si. Siclorum viginti. Mi. quid verò, si neget*

*Habere se? Si. videat, unde acquirat. nam ego*

*Meum ius persequar. Mi. cur non obsecro*

*Vides, inter vos sic hoc potius cum bona*

*Ut componatur gratia, quam cum mala.*

*Si. Tentavi hoc iam pridem: sed huius qui loci*

*Nunc prætor est: is debitori affinis est:*

*Nec mea inopia iustitia quicquam praesidij est.*

*Quare omnibus te precibus oratum volo:*

*Ut hos libellos regi tradas. nam nisi*

*Is me suo adiutet patrocinio: peri.*

*Mi. Cedo literas, & nomen mihi memoratum.*

*Si. Accipe: mihi nomen est Sichar. Mi. iuvabo te,*

*Sichar pro viribus, sed scin', quid opus mihi?*

*Si. Sciam, ubi mihi dixeris. Mi. tribus argenti siccis.*

*Nam si rurmos habes: ius exequar tuum:*

*Aliaratione non licet. Si. non? Mi. non licet*

*Hercole. Nam nemo ius consequitur hic suum,*

*Nisi qui perpetuat data: dat q, usq, adeo mihi,*

*Ut cum nihil sit, simul iurgari definat.*

*Si. Vi-*

Si. *Videte queso, quid posset pecunia.*  
 At *argentum mihi non est. Mi. non?* Si. *non hercule.*  
 Mi. *Ecquid te pudet, hominis sterquilinium, dicam*  
*Alijs scribere: nullus munitum praesidijs*  
*Pecuniae, & absq; argento inventum, quasi nucem*  
*Cassain?* Si. *nihil te mei miseret?* Mi. *inanis advenus?*  
 Si. *Vna optimarum vocum instructus copia.*  
 Mi. *Vah, dicta non sonant. Prein si vis ferri opem*  
*Tibi: cum argentata ad me accedito querimonia.*  
 Si. *Proh Iuppiter! quæ hæc est (malum) impudentia?*  
*Quia egens relinquor, nec quod dem habeo, negligor:*  
*Avaritia vide, quid faciat. sed quid agam, ego*  
*Miser: cui nummus non est plumbus?* Mi. *Cape*  
*Alicunde: Si. alicunde? nihil est dictu facilius.*  
 Mi. *Si nullo alio pacto, Sichar, vel fœnore.*  
 Si. *Me miserum!* Mi. *utrum velis vide, argentum dare:*  
*An causam meditari tuam: delibera hoc,*  
*Et cras ad me redi. Si. Vale, mi Midian.*

## ACTVS II. SCENA IIII, Sichar.

**H**aud auspicatd, quantum video, buc appuli. Senarij,  
 Nam pol si id scissim, nunquam huc tetulissim pede.  
 Quæ enim hæc est iniuria? quæ contumelia?  
 Ne illic quidem, ybi Rex Babylonis sceptrum gerit,  
 Sine auro adipisci posse, quod ius publicum est?  
 Quid ago? nisi tres siclos nunc illuc affero:  
 De viginti alijs in dubium venio miser.  
 Sed potius quam totum amittam, tres mibi siclos,

G 2

Quos postulant, alicunde comparavero.  
Sed quis hic est? quem procul è taberna publica  
Huc advenientem conspicor? est ne Hiramus hic?  
Vicus meus? hercule is est: si cerno satis.  
Dij boni, quàm magna nobis civium  
Eiusmodi penuria est: homo fide  
Antiqua, & priscis moribus ac virtutibus.  
Haud facile quid mali ortum ex hoc sit publicè.  
Iam non hunc praterire ausim, nisi colloquar.

## ACTVS II. SCENA V. Hiramus, Sichar,

Octonarij  
Iambici.

**V**idi ego gabalis in Syria, & furcis suspensos fures  
plurimos: (cis.)  
 Vidi cruci affixos prædones, innumeros propè, his lo-  
 Sed neminem illorum crucē ita meritū esse, iurare ausiem:  
 Ut homines quidam perfidi, qui exercent cauponariam.  
 Nam fures noctu, quæ volunt, & clām furarier solent:  
 At hi palam hospites expilant. Prædones in avys  
 Nemoribus predantur: at illi sua intra recta & parietes  
 Expoliant incautos, & miserorū hominū sorbent sanguinē.  
 Adversus hos prædones & fures muniri haud possumus.  
 Si. Isthac vera esse, perdidici ego damno c̄em magno meo.  
 Hi. Nam specie quadam amicitiae & benignitatis hospitem  
 Argento emungunt: quasi ea merces pro hospitio & datis  
 cibis  
 Illisce debeatur, sed quàm sàpe iniquum fit rei  
 Pretiū: quàm magno prava merx ab illis Harpys veneat,  
 Nisi essem expertus, quippe haud dicerē. nam ut de meo or-  
 dine Tantum

Tantùm loquar: qui præ alijs longè habetur indignissimè:  
 Quis nescit, quām sit iniquè comparatum nobis cū agricoli?  
 Nam ubi via lassi & multis defatigati laboribus,  
 Aliquam cauponam ingredimur; vix amico excepti verbulo,  
 Primo omnium moras trahere, & conviuarum consimilium  
 Adventum præstolari cogimur, sèpè ad tres aut duas  
 Horas: auram captantes famelicam. deinde ubi strenuè  
 Est esuritum & gnaviter situtum: tandem rancida  
 Et oblitæ fuligine coqua, panū atrum, & per quam muciū  
 In hesterno iure infert. simulac crustula furfuracea  
 Beno unctis orbibus imposuit: tum vinum è cellar rancidum  
 Et acetosum puer apportat: vappa, quam vino similius.  
 Hi. Ita est. nam vino vapido cerebrū nolunt nobis frangere.  
 Si. Vbi melius expoposceris: rubellū, inquit caupo mihi est:  
 Sed nobiles quosdam, cum præfecto huius expectat loci.  
 Veruntamen aliud relinam vobis. dum hoc dicit, hora abit.  
 Interea pecudum intestina puer mensæ apponit, fôrdida  
 Et fœtida: aut offam offeam: ubi plus offiū, quām carniū eff.  
 Aut herbas infert, ut qua pecudes nō edunt, homines edant:  
 Aut aliquam crambam importat recoctam, aut muria præ-  
 unctum olus.  
 Tandem caupo redit è cella: & veterum, inquit, seriarū ita  
 Omnes derasī limos, ut quod optimum est, promam. hoc ubi  
 Labris admoveris, utrum aqua sit verius, an vinum nescies.  
 Ita dilutum erit, ita adulteratum. si quod detur validius,  
 Ita sulfuratum erit, ut ex Aetna promanasse imis putas  
 Radicibus: satius multò sit naribus signa vapide  
 Lagena tangere: quām tali vino sitim depellere.  
 Quòd si contingat, ut cibi dentur meliores, merum  
 Meracius: prius auferunt mensam, quā escam gustaveris.

*Vt, quod de una mensa tollitur, id inferatur alteri.*

*Si. Vt iste cauponum mores & facta pernovit probè!*

*Nostri oppidi cauponibus prefectum hunc factum pervelim.*

*Hi. Vbi ad rationes perventū, ut detur symposio symbolum:*

*Nihil creta expeditius, nihil liberalius. Hac duas*

*Notas in mensa citius duxerit, quam unam: illic omnia*

*Duplo solvenda erunt pretio, sapè & triplo, aut quadruplo,*

*Quæ caupo emit simplo. unde fit mali ut vini sextarius*

*Tribus vendatur à caupone garris, quem ipse emit boxum*

*Dennidia: & quatuor sicli numerentur pro uno prandio:*

*Quod unius estimari assis non debuit. Si. Ita me Deus*

*Amet, ut ego hunc ausculto lubens, quoniam nimis vera lo-  
quitur.*

*Hi. Quæ verò hæc coniuratio est? quod omnes eadem aequæ  
student?*

*Neg, declinatū quenquam ab aliorum ingenio ullū reperias:*

*Vt quoquò devenias locorum, illic caupo assiet prior:*

*Quemadmodum res ista iam dudum abiit in proverbium.*

*Evidem mihi videntur eodem edocti in ludo literario*

*Omnès ad malitiam: potare, & hospites emungere*

*Argento, omnibus in more positum. nam nulli ut mensæ af-  
fident,*

*Simul omnibus affident. quia nunquam in una ita sese ex-  
pleverint,*

*Vt uni adhuc cella in ventre locum non reliquerint: ubi*

*Reliquias reliquiarum possident recondere: omnium*

*Licet rerum videantur saturi. Si. compellarem illum li-  
bens:*

*Ni metuam, ne mores cauponum commemorare definat.*

*Hi. Sed quid opus est verbis? ipsimet quales sint, insignibus*

*Hedera-*

*Hederarum, quas vino suspendunt, appositissimè docent.  
 Nam rapidos corvos alijs, aut aquilas in scutis ostentant suis,  
 Ut se aquilinis unguibus & corvinis digitis præditos,  
 Pecuniasq; ad se hospitum rapere ostendant: alijs lupos,  
 Leones atq; urfos, & porcos in clypeis suis gerunt:  
 Ut se voraces, & rapaces, & spurcos esse doceant.  
 Alij cervos & tauros præfigunt tabernis: ut suos  
 Præmoncant hospites, quò caveant à malignis cornibus.  
 Quidam olidos hircos & petulcos unicornes proferunt:  
 Ut ita immundiciem, & fætorem, & petulantiam prodant  
 suam.*

*Quidam superbi pavones ostentant: nonnulli anseres,  
 Olores, gallinas, columbas: ut talibus emblematis  
 Se quasi quosdam aucupes esse moneant: qui loculos hospitū  
 Deplumare queant, non secus, ac gallinam aut anserē cocus.  
 Si. Deum immortalem, quām probè hic homo tenet hiero-  
 glypticas notas!*

*Hi. Alij pretiosos pisces, anguillas, salmones, & lupos,  
 Cancrosq; præfigunt tabernis: ut faciant fucum adveniāt  
 Quasi intus lauricias istas reperturi sient. at hi  
 Meo confilio rectius pisa & lentes, & rapula  
 Atq; allia, & spiræ inibi suspenderent: ut hi solent  
 Facere, qui vili lolio suos excipiunt hospites.*

*Nam in ipsis cauponis, ubi antacei scutis adhaerint,  
 Raroq; culinam intrant: ut sit sat is monstrasse extrinsecus.  
 Multi coronas, & regum diademat a suspendunt, quibus  
 Significant, insidias se struere coronatis Regalibus.  
 Sunt, qui crucem extendant: qua digniores sunt ipsi ferè  
 Quām fures thesaurarij, & prædones quidam maritimi.  
 Non pauci gladios, pugiones, hastas, cultros, frameolas*

*Et*

*Et consimilia arma exerunt: quibus crumenas hospitum  
Iugulant. Solem nonnulli proferunt, quo loculos turgidos  
Exiccant, urunt, torrefaciunt: alijs oves & Angelos  
Et quorum similimi sunt, callidas vulpes & simios  
Fenestr. porrigunt: ut nequitiam suam larva tegant  
Honesti: pelle ritidi, introsum turpes. Atq; hi polypos  
Imitantur, qui, ut piscatores decipient, se affigunt petris:  
Et quibus adhaerent, illorum colorem corpore induunt.  
Sane ego novi istos polypos, qui ubi quicquam tetigerint, te-  
nent:*

*Ipsi lupi, hospites ovium loco habentes, quas tendent probè:  
Nec lucis angeli sunt, sed tenebrarum fraudumq; omnium.  
Si. Pictorem hunc esse conveniebat: ut cauponibus hederam  
Suspenderet. Hi. postremò (nā quis omnia hic percenseat?)  
Equos quidā protendunt: quos olim male nūmati advenerā  
Pro symbolo suo in stabulis coacti sunt relinquere:  
Cùm iniquis cauponum istorum non sufficerent rationibus.  
Pleriq; cantharos & vitra popinis appingunt suis:  
Quibus in locis propè semper poculorum maior copia est,  
Quā in fortè poculentorum esse aut esculentorum solet.  
Quin imò quosdam nō pudet infernum ipsum scutis indere,  
Ut se vivos & corporeos declararent esse diabolos.  
Quae quidem ego, si huius exemplo cauponis, cuius domo  
Egressum vidisti, commonstrare velim: citius me dies  
Quām verba deficiunt. Si. procedam homini paulisper ob-  
viam.*

*Hi. Sed eccum vicinū mihi obviām. quid agitur hic Sichar?  
Si. Nimium lubenter, Hirame, audivi sermones hos tuos.  
Hi. an audivisti? Si. usq; à principio omnia. Hi. nunquid  
falsi? Si. nihil*

*Prorsus.*

*Prorsus. nam id ipsum, quod tu conquereris, ego sum iidem  
hoc loco*

*Heri expertus. Hi. credo. sed quid tu ita tristis? quid gemis?  
Nunquid satis ex sententia? Si. ita velim quidē. Hi. quid  
est? Si. scies:*

*Modò ut iuvare velis. Hi. si quidem possum. Si. ergo auscul-  
ta. Hi. operam banc tibi (sti. cedo?*

*Dico. Si. Midianē hunc iudicem, qui in proximo habet, no-  
Hi. Plusquam velim. Si. num quid criā tibi ante haec cum  
illo fuit (prius tuū*

*Negotij? Hi. ne plurimum. Si. quid nam? Hi. dicam, ubi  
Cognovero. Si. Isigitur, cùm hodie de quadam illi queror  
iniuria,*

*Meos sermones nihil pendit: nec me respicit magis  
Quàm si bos sim aut asinus. Hi. quæverò isthac iniuria?*

*Si. Scies. quidam tribulus noster, viginti siclos mibi  
Debet: quos ingravescere annona à me accepit mutuò.*

*Nunc cùm reposco, nihil obtineo, etiā ad ravimusq; clami-  
tans. (meum.*

*Capi igitur tandem mecum de via meditari, qua redeā ad  
Hi. Quánam via? Si. ipsum debitorem coram hoc accusa-  
vi iudice:*

*Vt is legum repagulis hominem in officio retineat. (siclos:*

*Hi. Quid iudex? Si. ait hoc effici nō posse, nisi ei dem tres*

*Quos cùm non habeam, venio nunc de sorte ipsa in periculū.*

*Hi. Mirabar, si quicquam boni ex hoc posset oriri iudice.*

*Sed tamen ista levia sunt Sichar: utinam ego non essem mi-  
serior.*

*Si. Levia? Hi. levia quidem. Si. qui, quæso, tibi quid peius  
accidat?*

*Hi. Imò*

Hi. Imò peiora peioribus. Si. obsecro quæ sunt ista? loquere:  
 Vt tu mihi, ego tibi, quæ facta opus sunt, demus consilium.  
 Hi. Simeone nem nosti iudicē populi, alterū? Si. non hercule:  
Qua forma est, Hirame? Hi. ego dicā tibi: cariosus est senex,  
 Vietus, varius, ventriosus, bucculentus, breuiculus,  
 Subnigris oculis, oblongis malis, pandus aliquantulum:  
 Et nisi me fallunt oculi, etiam herniosus. Si. diram hominū  
 senis

(senex)

Speciem & cadauerosam faciem prædicas. Hi. at qui hic  
 Oblongis malis mihi dedit magnum malū. Si. dic quomodo?  
 Hi. Huius gnatus adolescens nobilis, per vim compresserat  
 Mei propinquifiliam. nam id sibi licere aliqui putant,  
 Quod liber, ut nosti, paucis post diebus, quam ista gesta sunt,  
 Pater vitiata ad nos vterò venit lachrymās, orans, obsecrās,  
 Ne deseram: & ut pudicitiam ac famam defendam filia.  
 Vt ad paucar edigam: opem promitto: ad Midianem ambo  
 profici scimus:

Eijs de hac iniuria atq; summa contumelia  
 Lachrymantes querimur. Si. quid Midian? Hi. audies: pri-  
 mò omnium

Vitiata virginem ad se adduci postulat: ut quidnam rei  
 Sit, ex ipsa cognoscat. nos nihil suspiciati, mittimus.  
 Ibi ille eam solam secretò, amotis omnibus arbitris,  
 Perterret: & quando, inquit, vitium oblatum est, quod ad  
 illum attinet  
 Talem, tali genere atq; animo, natū ex hac tanta familia:  
 Vix quisquam credet. quapropter ne quam facias iniuriam  
 Huic adolescenti, nobili, cognato & populari meo,  
 Cœ. nihil ipsa territa his dictis, quod factum est, lacry-  
 mans

Fate-

Fatetur. verū ille fidem non habiturum subiicit, nisi  
Rem factam exploret: & mox vitiatam vi denuo opprimit.  
Si. Est ne ita factum? Hi. imò maximè. nam cur mentiar,  
vbi nihil

**Lucri, te fallere?** Si. Proh Deum & hominum fidem? quid  
audio?

**Hi. Quae vera sunt.** Si. Sed quid tu in animo habes?

Hi. regem operirier

Tantisper: dum occasio detur mihi, ipsum corā ut alloquar.  
Si. An non Simeoni questus es Hiraine? Hi. neurīq; Sicbar.  
Quid enim cum illis agas, qui neg, aequū, neg, iustum sciunt?  
Melius, peius, profit, obfit: nihil vident, nisi quod ipsis lubet.  
Si. Quid verò mihi faciendū censes, ut tres siclos comparem:  
Sine quibus ius meum non potero persequi? Hi. pro uiribus  
Enitar, ut alicunde habeas, sequere me hac Sicbar. Si. age  
sequor.

### ACTVS III. SCENA I.

Ioachimus.

**D**E omnipotenti laudes ago latus, lubens,  
Et grates, gratiasq; habeo ter maximas:  
Cùm saluus in patriam redeo è Syria locis;  
Vt in domo Domini sacra offeram Deo.

Senarij  
Iambici.

Nam illic nihil videre est, prater impios  
Beli & Iouis cultus: nihil prater turgidos  
Animorum fastus & tetram superbiam.  
Optimus enim & doctissimus harum gentium  
Haberur, qui Iudeo potis illudere:  
Aut literatum spernere, & doctum virum  
Ridere nouit. nam vix ibi centesimus

Quinq;

Quisq; est, qui literam Mōsaicā didicerit  
 Legis: neq; aliud quicquam, prater quām sua  
 Arma, quib;as Iudeo minentur, male crepant.  
 Itaq; domum iam propero: cūm rei sacra,  
 Tūm coniugis causa optatissima & optimæ:  
 Quæ vel sola reducem me in patriam facit.  
 Nam dum absq; illa absum, omnes mihi labores vie  
 Fuere quos cœpi, leues: præterquam ea  
 Quod mihi carendum erat. Deum oro maximum,  
 Ut nulla amori incidere poscit calamitas.  
 Nam dum inter eundum, aliam rem ex alia cogite:  
 Meditatus sum multis egomet tecum modis:  
 Et sic esse arbitror: si cui data vxor est  
 Marito, ut nomen possidet, nisi Deum,  
 Nihile ei praestare vspiam. nam res ceteræ,  
 Humana quodammodo pararier solent  
 Industria: at sapiens vxor à solo est Deo.  
 Talis cum sit mihi: lator, quoties hic domum  
 Conuertor, equidem hanc vitæ meæ propè unicum  
 Habeo solatum: probam, piam, integrum,  
 Dei timentem patrj, etate commodam:  
 Tum animo & forma bona, bonisq; moribus:  
 Non turgidam, non inflatam fastu: sine  
 Mundicia: ut vix similem credam vsquam gentium  
 Reperiri posse fœminam. Nam proh Deum,  
 Quām rara merx est hodie mulier, quæ proba?  
 Aut obsequens probo marito in omnibus.  
 Viris aduersas esse aquæ studiam omnibus:  
 Conſanilis pertinacia est, ſimilis furor.  
 Tum ſi qua paſtulum quid doris artulic

Viro: continuò muliebri mundo studet:  
 Delicias querit, aurum, pallas, purpuram,  
 Vehicula, ancillas & pedissequas cupit.  
 Ut interim nil dicam de alijs luxib⁹:  
 Nihil de lautic⁹ & opiparis cibis:  
 Quibus illæ in ocio segnes pasci: ac velut  
 Ocnī asinæ funiculum volunt arrodere:  
 Virosq; ad paupertatem redigunt sumptibus.  
 Harum ego dissimilem quod nactus sum coniugem,  
 Beatum me iudico palam. sed hoc quid est?  
 Videōn' ego Phlergum, currente in servulum  
 Huc aduenire? is ipſus est: timeo miser,  
 Quam hic mihi rem nunciet: operiar aliquantulum.

## ACTVS III. SCENA II.

Phlergus, Ioachimus.

**P**roh immortalem Deum, quæ sit miseria, si haec non siet?  
 Tam repente que circumuallat heram: ut inde emer- Septenarij  
 gier (ex machina. Trochaici.  
 Non posſit, niſi Deus auxilium afferat huic, tanquam  
 Hocce seculum! o scelerat! o genera ſacrilogia! IO. vae mihi.  
 Quidnam est, quod ſic video turbatum Phlergum ſeruulū?  
 Ph. Quos neq; etas, neq; conditio: quos neq; misericordia  
 Repreſit: neq; tot preces & tot profusa lachrymae:  
 Cui ſoli indignè per vim vitium offerre auderent ſenes.  
 IO. Non intelligo quid loquatur: accedam paulo proprius.  
 Ph. Ah me miserum, vix ſum compos animi: ita agritudine  
 Hac premor, nam quid queso potuifet fieri indignius:  
 Quam, ut, cui culpa ſunt ipſi obnoxij, hanc in alios tranſe-  
 rante

*Itáne comparatum esse istoc seculum, atq; hac tempora?*

*Io. Mirum, nì, me absente, turbæ sint data inter seruulos.*

*” Ph. Hodie mali homines, bonos malos esse volunt, vt sibi*

*” Similes habeant: id vbi consequi nequeunt, odio premunt:*

*” Et quoquo modo eis damnū inferre parant, quos ipsi oderint.*

*Io. Dī immortales, quidnam ego credam homini euénisse  
huic mali?*

*Ph. Scelerato quodcumq; in mentem inciderit, vult: nec  
cogitat*

*Prauum an rectū sit, quod agat: nec metuit, ex incommođis*

*Alterius sua commoda comparet, seu fraudibus & dolis,*

*Seu calumnij & per consutas sycophantias.*

*Io. Miror quorsum euadat hac oratio: sed audiam.*

*Ph. Mores nihil faciunt, nisi quod lubet: mentiri more fit:  
Petere honorem pro flagitio, more fit. Io. morem impro-  
bum?*

*Ph. Circumducere argento homines, per mēdacia et dolos,  
More habet licentiam: vitiare teneras virgines:*

*Matronis honestis vim parare: solito more fit.*

*Io. More pessimo. Ph. struere infidias immeritis, more fit.*

*Io. More nequam. Ph. vi opprimere innocentes passim,  
more fit.*

*Mores perduxerē leges in potestatem suam.*

*Nam hodie, publicum, priuatum est: & priuatū, publicum:*

*Sacrum, hodie, profanum est: & profanum, sacrum. Io. res  
loquitur.*

*Ph. Verūm hoc omnium miserrimum est, quod isti non licet*

*Remedium inuenire morbo. nam ita sunt homines perditū:*

*(Presertim quos fortuna locus magna ad fastigia*

*Ex humili euexit, rerumq; admouri gubernaculis)*

*Vt nemo contra eos mutire ausit, nemo hiscere,  
Nisi quis velit omnes mortales inimicos capere. ac proin  
Omnia assentari, is questus nunc est uberrimus.*

*Nam nimis pluris quidam faciunt paucorum gratiam  
Hominum, quam saluti quod possit prodesse publica.  
Sed quid ista conqueror? cur non propero ut Cheliam, here  
Parentem accersam? eiq<sub>3</sub>, narrem hac omnia? Io. reuocabo.*

*mane,*

*Heus Philerge. Ph. hem, quisquis es, sine me. Io. ego sum  
Ioachimus. Ph. hem,*

*Vbi is est? here salve: te ipsum iam diu desidero:*

*Te exspecto: oppido opportunè te obtulisti huc obuiam  
Here. Io. quid est? quid trepidas? satis hic omnia ex senten-  
tia?* (quid ploras? eloquere.)

*Ph. Utinam! Io. quid ait? Ph. hei mihi? Io. quid est?  
Ph. Peiore loco res esse non potest, quam in quo sita est.*

*Io. Perij. quare? Ph. actum est. Io. quid isthuc est? Ph. in-  
terijmus funditus.*

*Io. Enecas. quamobrem? Ph. non ausim dicere. Io. vah,  
quid vetat? (impero,*

*Io. imperium tuum, quod in me habes. Io. quin ego tibi  
Vt quicquid id est, dicas. Ph. dicam igitur. Io. sed aperte.  
Ph. sic. Io. caue*

*Quicquam me celes. Ph. nihil prorsus: quando tibi sic lubet.  
Io. Dic ergo. Ph. ab here mi, sua fama, & Susanna vita, in-  
dubium*

*Pervenit. Io. quid? an agrota est vxor? Ph. non. Io. an re-  
cte valet?*

*Ph. Corpore quidem: sed animo male est. Io. quamobrem?  
Ph. nescio.*

Io. Quid nescis? Ph. ab here mi, Simeon & Midian.

Io quid Simeon

Et Midian? Ph. Susannam insimulant. Io. cuius nam rei?  
Ph. male.

Io. Cuius? Ph. Oculantem cum altero vidisse dicit ant.

Io. Susannam? Ph. Et amplexantem. Io. Meam ne vxorem?  
Ph. Ita dicit ant.

Io. Vbinam? Ph. In nostro horto. Io. Quo cum Philerge?  
Ph. Cum adolescentulo. (hic dies

Io. Perij. sed credin' tu? Ph. Quid credam, nescio: sed quod  
A pretore indictus est nostra familia, isthuc scio.

Io. Occidi. Ph. Adulterij ream agunt. Io. vxorem?  
Ph. Scilicet. Io. Oppido

Interij. Ph. Sciebam, agerè tibi id, ubi audiuisse, fore.

Io. Ego miser, meis periculis sum per loca inuia

Vectus, capitali periculo, per hostes plurimos

Me seruauit: saluus redij: nunc hic disperij miser.

Quid ago? quod remedium huic tam subito malo inueniam  
miser?

Adimit mihi animum agritudo: Philerge, tene me. Ph. Vis  
ne aquam (me? aut vbi sum?

Tibi petam? Io. Heu, heu, quid ex te audio? sum ne apud  
Ph. Simeonis technas has esse tam scio, quam me viuere.

Io. Et ego Susanna innocentiam tam perspectam mihi,  
Tamq; exploratam habeo, quam nomen egomet memini  
meum.

Sed ubi est vxor? Ph. intus desidet plorans, lachrymans,  
Eiulans, capillo passo, discissus genis. Io. age,  
Ingrediar, catena ut intus perconter, que volo: & simul  
Ut mæstam consoler: & metum, in quo nunc est, auferam.

Tu

Tu Chelciam sacerum ad nos & socrum accersas illicò.  
 Curre curriculo. dic adfint nobis absq; omni mora.  
 Causam ubi rogarint ex te, caue eis quicquam dixeris.

## A C T V S III. S C E N A III.

Philergus.

**A** Bijt hic intrò. prob immortalem Deum,  
 Quàm heri mei vicem me miseret optimi,  
 Heraq; tantum ad eos deuenisse hic mali.  
 Illancé ne mulierem in suspicione: n istius  
 Vnquam venire criminis? qua tam colens  
 Mariti, tam studiofa fuit in omnibus.  
 Evidem hoc fore nunquam credidissim. sed animus  
 Redit: postquam in Deum refiero fiduciam  
 Et spem meam. Nam is vindex innocentia est,  
 Et castitatis assertor certissimus.  
 Deinde multum confirmat me heri mei  
 Probus, & ab omni suspicione tam procul  
 Remotus animus. Decet enim omnes coniuges  
 Suis vxoribus ut non nimium, ita nec parùm  
 Credere: semperq; in illam partem tutius  
 Peccarier solet. nam Satanas coniugij  
 Hostis, nulla re citius diuellit animos,  
 Quàm talibus sinistris suspicionibus.  
 Sod videón ad nos properantem cum coniuge  
 Chelciam? is est. nimirum ni præsciuerit  
 Aliunde, quid sit negoti: ibo obuiam.

Semarij.

## A C T V S III. S C E N A IIII.

Chelcias, Anna, Philergus.

H 3

Octonarij  
Iambici.

**Q** Vid ist hoc negotij, mea coniux: quod tuas modò  
Vicinas de nostra filia aliquid demurmurasse au?  
An. Ab nescio, mi vir: neg, enim, quod sciebant,  
prodere

Volebant: omnes se excusare: omnes rumorem credere  
Falsum. Ch. demiror, quid siet, quorsumq; euadat, sum in  
metu:

An. Deum oro, ut det salutem & sanitatem nostra familie.  
Ch. Evidem, nescio profecto, quid mihi animus presagis  
mali.

Sed nolo rem dijudicare prius, veri quam quid siet,  
Intelligam. Philerogū huc optimè. Ph. ad te ibam. Ch. quid  
nam est, cedo?

Ph. Herus orat, ut quam primum cum uxore tua venias.

Ch. quid est? (gener

Satis ne salua sunt omnia? Ph. ita spero quidem. Ch. meus  
Redyt? Ph. modò. Ch. incolomus? Ph. etiam. An. saluus?

Ph. nihil in ipso mali,

Aut morbi, aut agititudinis deprehendere licuit mihi.

An. Laus sit Deo. nam quia heri non redyt: dici nequit, qbus

Ego sollicita sim rebus. sed quid hera tua, mea filia?

Ph. Valet. An. satis ne commode? Ph. satis. An. nibil  
morbi est. Ph. nihil (simè valet.

Prorsum. An. quid Beniamin, meus nepos? Ph. rectis-

An. Profecto nimis anxia fui. nam nocte illa, qua proxima

Præcessit, triste somniaui ac penè insolitum somnium.

Ch. Quid somnij, mea vxor? An. duo vetuli birci sunt  
visi mihi

Perrumpere caulam filia: & capellam impetere corni-  
bas;

Cui

**Cui ego balanti cùm ferrem suppetias: forte ab altero  
Hic corum sic lësa fui, ut oculos penè ambos amiserim.  
Nunc ad quam rem hoc dicam attinere somnium, non re-  
perio.** (dere.

**Neq; bodie unquam potui ad coniecturam querendo eu-  
Ch. Neque interest multum. Nam visa nocturna ita miris  
modis**

**Ludos hominibus faciunt: pauidos animos mortaliūm  
Vanis timoribus opplent. sed dic tu mihi, qd sit, quod gener.  
Nos accersi voluit. Ph. nescio. Ch. non frustra est, cùm so-  
cerum gener,**

**Aut filia accersit patrem. an nullum est cōmissum iurgium?  
Ph. Cur isthac rogitas? quando enim litem inter eos natam  
prius** (nia?

**Vnquam audiūisti? aut quando ille iuit ad te cum querimo-  
Ch. Nunquam adepol: eoq; magis miror, quid sit, quid ve-  
lit gener:**

**Cur accersat. Ph. iam propemodūm scies, quidnam fiet rei.  
Ch. Fortasse propudij suspectam habet. An. non arbitror  
adepol** (ribus

**Mi Chelcia: aut si habet, non dubito, quin aquæ amarae po-  
Se liberare hac suspicione possit filia. Ch. si neam  
Vitiata dicat virginem? An. tū pol signa hic habeo domi**

**Meæ: quibus virginitatem eius intactam monstrauero.  
Ch. Nisi Phlerge sciāt, quid sit, ego coniectura haud asse-  
quor.**

**An. Obscrote Phlerge : isthac malum uti nobis facias  
palam.**

**Ph. Malo ex ipsa resciscas filia. An. Phlerge mi, cedas:  
Et dissolute oxyüs me. nam nimis diu animi pendeo.**

Ph. Profectò non est narrandi hic locus. An. Paulum marabimur.. (coniux mea.

Ph. Ite intro: nam ambo vos expectant. Ch. sequere me

## ACTVS III. SCENA I.

Midian.

Octonarij  
Lambici,

**E**NIMVERÒ Midian, nihil loci est segnitiei, neq;  
Vecordia. nam quantū ex hoc vicino intellexi modo,  
Ioachimus, quem domum rediisse ait, suam vxorem  
studet

Defendere: neq; suspicionem ullam admittit; neq; credere  
Cuiusquam hominis criminibus animum induxit: hac sen-  
tentia est.

Quæ si non astu prouidetur, me aut socium pessundabit.  
Neq; enim autoritate vel opibus, quam nos pollet minus.  
Metus est, ne viribus simus aliquantò inferiores reis.  
Tum autem Chelciam valde timeo, prouidum & catum se-  
nem: (nouum,

Cui verba dare difficile est. & quia crimen deferimus  
Atq; insolens: in dubium veniet nostra, procul dubio, fides.  
Nam spectatum exemplum pudicitia est, & continentiae  
Susanna: neq; quisquam de ea facile hoc crimen suspica-  
bitur,

Accedit ad hoc incommodum fauor nostrorum iudicium:  
Qui sèpè propter miseram indulgere solent reo,  
Quæ actori propter audiunt, sin eò veniat, fi-  
des

Vt iure iurando obfirmando, metuo collegam, ut male  
Substet: quanquam confido, fore, ut iniuratis preſentem  
dem,

ACTVS

## ACTVS IIII. SCENA II.

Sichar, Midian.

**M**erito tibi, Hirame, gratias ago, teq; amo;  
 Quod voti compotum me feceris mei:  
 Et nummos comparaueris, quibus ego ius  
 Meum obtineam. nunc hoc venio: an istum senem  
 Midianem conficer: ecum, prehendam pallio.  
**Mi.** Quis properantem me vellicat? Si. Ego sum. **Mi.** quid  
 Si. Redeo ad te, mi Domine, sicut heri iusseras. (est?  
**Mi.** Vah, nunc demum, ubi bona occasiones perierint.  
 Cur passus? ubi eras? Si. at qui celerius tibi  
 Adeisse non potui. **Mi.** vigilare oportuit:  
 Non in multam lucem destrondere, plus obest  
 Negotio, quam prodest somnus. **Si.** hei mihi!  
 Quid oportuit vigilare, qui somnum meis  
 Oculis bac nocte non vidi? dum enim tribus  
 Siclus acquirendis operam do sedulae:  
 Propè totum curriculo pererravi oppidum.  
**Mi.** Num comparasti ergo tres siclos? Si. scilicet.  
**Mi.** Nunquid dabis pro iure mutui? Si. accipe, hem,  
 Lectum est: conueniet numerus, quantum petieras.  
**Mi.** Age, nunc monstrabo viam: qua ius ores tuum.  
 Tribunum plebis nostin? Si. non hercle. **Mi.** at domum  
 Vbi habitat? Si. neutquam. **Mi.** faciam igitur, ut scias.  
 Platea hac recta praterito sursum: ubi  
 Eò veneris, macellum est, id ibi ad dexteram  
 Relinquito: & per angiportum transeas.  
**Si.** Quó nam? **Mi.** per angiportum: intelligis Sichar?  
**Si.** Intelligo. ad macellum. sic puto, dixeras.

Mi. Illud relinque ad dexteram. Si. sic dixeras.  
 Mi. Et angiportum transi. Si. perge; intelligo.  
 Mi. Vbi angiportum tr. insieris, lata area  
     In proximo patebit; in hunc curre medium:  
     Ibiqz circumspicito. Si. quid tum postea?  
 Mi. Vicum, quem videris longissimum, pete:  
     Ac totum celeriter percurrito. Si. probe.  
 Mi. Vbi finem attigeris, ad sinistram vertitor.  
     Si. Quomodo dixisti de longo vico oppidi?  
 Mi. Nimium stupidus nimiumqz, obliuiosus es:  
     Putanr, me eandem rem dicturum centies?  
     Si. De vico, quod dixti, non recte intelligo.  
 Mi. In area, ad quam ex angiporto veneris,  
     Longissimum quem conficies vicum oppidi,  
     Eum percurrito. Si. quid dein? Mi. postquam ad finem loci  
     Perueneris, ad sinistram te conuertito.  
     Illic domum videbis obuiam, rubris  
     Valuis, & ianua viridi, ea domus erit,  
     In qua tribunus plebis habitat. qui tua  
     Negocia confecta tibi reddet hac die.  
     Si. Eo. Mi. vide, ne somnolentus rem geras,  
     Neu stertas. nam si tempus commodum semel  
     Se subterduxerit: post nunquam adipiscier  
     Quadrigis albie licet. Si. Eo: vale. Mi. vale.  
     Amphi commode hunc hominem: argento insuper  
     Emunxi incautum. nam verba sibi a me dari  
     Non animaduertit: sic tractare istos decet,  
     Qui lites querunt: & foro uti nesciunt.  
     Nunc ibo, ut prouisam ubi meus collega sit,  
     Quod nusquam appareat. video non egressum foras?

ACTVS

## ACTVS IIII. SCENA III.

Simeon, Midian.

**V**bi ego nunc Midianem requiram? aut qua via  
In istam? nihil est, quod malim, quā ipsum obuiam  
Mibi: mea ut cum illo consilia communicem.

Mi. Et mihi quidem quotidiè augescit magis

Tui audiendi desiderium & cupiditas.

Si. Sed eccum: salve mi Midian. Mi. salve adepol.

Mi. Simeon: ecquid dormiuisti commode,

Aut somniasti hac nocte? Si. quor sum isthuc rogas?

Mi. Quia inusitatum somniaui ego somnium.

Si. Quod somnium? Mi. à paero quodam tenellulo

Visus sum lapidibus peti, in densissima

Populi turba, & nos ambos saxis obrui.

Si. Malè pereas cum somnio tuo Midian.

Sed qua cum dormiuisti? Si. vah, qua cum rogas?

Qua cum est animo meo lubitum. Si. non cum tua

Ancilla? Mi. minimè. an enim tu me adeò stipitem

Aut truncum censes esse, qui, tot fæminis

Mibi in domo mea obuijs, cum sordida

Seruorum amica in uno lectulo accubem:

Quæ tibi olet stabulum & hircum, & seßibulum merum.

Cuius ego obulo uno septem noctes non emam.

Si. Sed uxor tua quid agit? Mi. anus mea factida:

Quam nuper duxi tam locupletem viduam? Si. ea

Ipsa, ut valet? Mi. quid rogitas? plusquam ego volo.

Si. Bene hercùs est, illam tibi valere & viuere.

Mi. Credo hercùs, te gaudere, si quid mihi mali est.

Si. Omnisbus amicis, quod mihi est, cupio esse idem.

Mi. Tum

Senari.

Mi. Tum polo ego esse tecum spado. Si. ludos facis.  
 Nam haud hoc volebam. quin tu hoc mihi respondeas  
 Velim: tua uxor qui d'agit? Mi. immortalis est:  
 Vivit, vici uraq, est. Si. benè hercle nuncias:  
 Deumq, oro, ut vita tua & superstes suppetat.

Mi. Dum tecum nupta sit. Si. habeas, ut nactus es.  
 Sed scin', quid te velim? Mi. sciam, ubi mihi dixeris.  
 Si. Hic dictus est dies nostris perdue libus.

Mi. Certò? Si. certò quidem. nam heri Susanna dicam.

Impegit Cleophas, atq, hunc indixit diem

Mulieri ac toti familiae. Mi. ah, mi Simeon,

Vide, ne quid committamus hodie, quod in

Nostrum caput redundet. nam loachimum, heri

Huc qui rediit, ut Susannæ causam afferat,

Nostri: & qui vir sit, non te clam est. Si. mi Midian,

Instructa sunt mihi corde consilia omnia:

Modo tu videas accusandus ne quid sies.

Mi. Egó ne? Si. etiam. Mi. quamobrem? Si. quia nimis  
 male

Metuo, ne deser as me; at q, in eadem ut sies

Idem sententia. Mi. ridiculum est, Simeon,

Isthuc me commoneri: quasi minor mea

Res, quam tua, agatur, si quid eveniat mali.

Quapropter neutquam hic res tibi neglectui.

Si. At si inficias ibit, iurandum utriq, erit.

Mi. Sit sancte, quid tum postea? Si. vah, quid rogas?

Audacia opus est nobis inventa & dolis.

Mi. Quiesce. affirmabo constanter Simeon.

Si. Si tu istam, Midian, animi firmitudinem

Nunc obtines, salvi sumus, Mi. quid mobtineam?

Si. Equi-

Si. Evidem nullum ego frugi aut bonum hominem censeo,  
 Nisi qui & bene & male facere tenet: bonum hominē,  
 Cui pectus sapit, ut versipellus sit, decet:  
 Malos ut hominum animos sic habeat cognitos:  
 Bonisq; sit bonus, & malis iudex malus:  
 Verumq; cum res ita tulerit: vir' amplius?  
 Mi. Nihil. nam consilium mihi tuum perplacet:  
 Et mihi sententia est eadem planè. Si. vide.  
 Mi. Laudabis: sat scio. Si. siquidem constans eris.  
 Mi. Nā illud cum malo fecit suo, non meo.  
 Nam mihi nemo quicquam posthac credat: nisi  
 Ego illam exemplis perdam plurimis malis.  
 Si. Ego faxo, haud dicat noctam, quem derideat.  
 Adulterij ream agam: osculatam cum altero  
 Dicam, amplexatam, fornicatam: atq; omnia  
 Confingam, quod erit mihi bonum atq; commodum.  
 Mi. Tace sis. quid est? Mi. Cleopham adveniente conspicor:  
 Nisi me fallunt oculi. Si. certe is ipius est:  
 Et cum ipso Saraias nomenclator populi,  
 Nec non & iudices. Mi. quid nunc agemus? Si. hic  
 Cedemus, ad istud ostium prætorij,  
 Atq; illuc oppriemur. Mi. modò rumpant moras.  
 Nam nil magis opto videre, quam necem hostium.

## A C T V S   I I I .   S C E N A   I I I .

### Cleophas prætor, Iudices, Midian, Simeon.

Quid hoc rei esset, quamobrem vos huc convenire ius-  
 serim,  
 Id dixi vobis Iudices: & vos meminisse adhuc probet,  
Octonarij  
Iambici,  
 Non

*Non est dubium. Iu. Commemoramus omnia: nempe huius mulierculæ*

*Susanna gratia: quæ in hac habitat propè vicinia.*

*Cl. Eares est. Iu. hanc, Midian & Simeon, duo collegæ iudices,*

*Propudij insimulant: eiusq; hodie accusabunt ipsam in foro.*

*Cl. Rem omnem tenetis, Iu. Nunc tu nostram operam requiris iudicum,*

*Vt in inquietudo scelere nostrum officium praestemus tibi:  
Et veritate cognita, malum tollamus ab Israël.*

*Cl. Meministis memoriter. Iu. quid ni meminerimus ea,  
quæ decet?*

*Mi. Proh Iuppiter, ut tardè incedunt senes: vix ante meridiem*

*Huc advenient. Si. etate tardiores sumus omnes senes.*

*Mi. At ego mihi reiuvenerescere hodie visus sum. Si. per somnium?*

*Mi. Vah ludibrio me habes. Cl. nunc tu Dati, procurre huc celeriter:*

*Et Susanna ut statim assit cum marito Ioachimo, vide.*

*Nos interim hanc intremus curiam, dum veniat: sequimini.*

*Iu. Ebodus Cleopha, non lectores missi sunt: qui hanc adulteram*

*Vinctam adducant? Cl. non. Iu. Cur isthuc? Cl. quia territare nolui.*

*Mi. Siccine oportet senes ire in rebus tumultuarjys?*

*Si. Servile est festinantem currere, qui senatus columæ est.*

*Mi. At hi gradus mihi videntur cribro pollinario*

*Succreti: adeò subtile sunt. Si. sic mos est fermè iudicūs:*

*Vt nemo nostrum alterius causa suos disruptat ramicess:*

*Iu. Quid*

Iu. Quid verò ages, si elabatur? Cl. non puto. nam Ioachimus suam

Sese adducturum coniugem, cum socero, & socrus, & liberis  
Hodie promisit. Iu. nūmnam & ille suspicatur quid mali?  
Cl. Nil prorsus de sua, ut audio. Iu. vide, ne verba det tibi  
Imprudenti. Cl. homo probus est: nihil ab illo metuendum  
erit mali.

Iu. Dum fraudulenter non agat, vt vxorem effugio liberet.

Cl. Frustra hoc timetis Iudices: tant a est hominis fiducia:  
Quam in uxoris sua innocentiam vir frugi collocat.

Iu. Quid tum postea? Cl. cur vi nobis agendum, ubi vi nihil est opus?

Mi. Hos iudices te pridiè conduxisse hic oportuit.

Nam tarditate cochleam superant, aut corbitā in mari  
Placido et tranquillo. Si. nimium tu urges. Mi. saltē at-  
trepidarent parum.

Iu. Sin os tibi sublinatur. Cl. tum meo id fiat periculo:  
Duntaxat huic parcamus familie: ne quid səvi prius  
In quenquam statuamus, quam causa fiat cognitio. Iu. pro-  
bè. (risimè.

Cl. Nam summum ius summa est plerung, iniuria. Iu. ve-  
Sed hoc miramur Cleopha: unde ista viro sit confidentia.

Nam Midianes aut Simeon ut propudij insimulent quem-  
piam

De nihilo, nobis non fit verisimile. namq, ambo senes,

Ambo sunt iudices: ambo Ioachimo benevoli: nihil

In hac re dubitari potest. Cl. praetudicia mihi haud placent.

Nam pars altera ut itidem audiatur, ipsa ratio postularat:

Et equitas iuber. Mi. procedamus hominibus his obviam.

Cl. Sed eccos obvios actores: contrà tollamus gradum.

Ehem

Ehem Midian, salve. Mi. salve adepol. Cl. & tu bone Si-  
meon.

Si. Et bone Cleopha. Mi. & vos omnes salvete vna iudices.

Iu. Habemus gratias. sed quid agitur Midian? Mi. statut  
ferè

(mini)  
Ad hunc modum, & cessatur strenue. Iu. cur non ingredi-  
Hanc curiam? Mi. non licet hodie. Iu. quamobrem Mi-  
dian? cedo.

Mi. Quia accusatum venimus, non iudicatum maleficos.

Iu. Recepit. sed ubi sunt malefici? Cl. mox affuturos arbitror.

Si. Et ego, nisi me fallunt oculi, eminens venientes conspicor:

Et Datus præcurrit. Cl. sic equidem iussera. Mi. tardigradi  
Sunt. Cl. minimè mirum: adeò impediti sunt: et puerorum  
gregem

Ducunt secum. nunc quod erit factu proximum: vos iudices

Hac occupate subsellia: ego huic puteali insideo. Mi. Eho tu,

An non videtur peplo velata mulier? Si. imò Midian:

Vix poterit conspicere. Mi. at ego videnda eius cupidine

Etiam num ardeo: quando potiunda illius copia non fuit.

Si. Ego larvam illi curabo detrahi. Mi. queso operam des  
probè.

## ACTVS IIII SCENA V.

Ioachimus, Susanna, Chelcias, Anna.

Ostonarij  
Senarij  
mixti.

**N**eg, tu de signis virginitatis quicquam commemo-  
res velim,

(tibus

Mea mater: neg, tu coniux de aque amara istis po-  
Quicquam. nam sicut incorrupta accepi iam olim virginem:  
Ita hactenus incorrupta habui, meq, habiturus spero. Proin

Bone

Bono animo es mea coniux. bona conscientia mille testibus  
Pravalet. Su. ego certè, quæ mibi sumi conscientia, hoc certò  
scio,

Neg<sub>3</sub> me fecisse turpe quicquam, mi vir: neg<sub>3</sub> cordi meo  
Quenquam esse cariorem te coniuge meo, optimo viro.  
Nam te maritum solum semper feci maximi: tibi  
Morigera fui, ut scis, rebus omnibus. Io. novi isthac omnia.  
Su. Tibi meum animum, corpus, atq<sub>3</sub> omnem vitam con-  
creddi.

Io. Scio: & propterea te hortor ut quieta sis: neg<sub>3</sub> trepides.  
Su. An ulla de me orta est unquam querimonia? Io. nulla  
per Iovam.

Su. Ego quām fideli animo, & benigno & morigero te erga  
siem

Verè memorare possum, si velim: ni te scire arbitrer.

Io. Ab quorsum isthac? quasi tuae fidei unquam possum ob-  
liviscier? (tuum:

Su. Per hanc igitur, mi vir, te dexteram oro, & per genium  
Per communes hos liberos obtestor te, teq<sub>3</sub> obsecro,  
Ne deseras, neu me abs te segreges. Io. bem, egóne isthuc  
queam

Conari? egóne te immeritam sic periclitarier sinam?

Non faciam. Ch. haud sanè vereor: si in te solo sit situm,  
gener:

Sed vim us ferre queas. nam quid non audebunt filij Belial?

Su. Ab mi pater, hoc ipsum est, quod me angit maximè: li-  
cet bona

Sim conscientia suffulta, tanquam muro aheneo.

Io. Piorum perfugiū omne possum est in Deo: quare nihil  
Timeo Beliales: qui p̄j̄s nihil nocent.

Su. Sperat quidem animus: sed quò eveniat, in manu  
Dei est: cui et si fido maximè: tamen

Tu & quoq; me commendo & committo fidei:  
Te q; oro, in hac re ut adiutor mihi fies:

Te mihi patronum cupio, mi vir, te patrem:

Emoriar: si non extra hanc noxam inventa fuero.

Io. Noli metuere, vna tecum bona & mala

Tolerabimus. AN. nihil rerum omnium est,

Quod malum, quam me hoc falso suspicarier.

Su. Quid suspicaris, mea mater? AN. ne idem tibi  
Eveniat, quod Nabotho olim immeritissimo.

Nam & ille erat innocens, & ab omni culpa semotissimus:  
Tamen inventi sunt filij duo Belial, qui criminis

In simularent falsissimi: & testarentur mendacium

Feriurio. Io. meliora, mater, de nostris sperabimus

Hostibus: ut quos atas & conditio à tanto hoc deterreat

Scelere & flagitio. Su. ab frustra: quando in horto se men-  
daciū

Testatueros aperte & absq; omni rubore dixerant.

Io. Testentur: at mendacio semper præpollet veritas.

AN. Inò Ioachime mi, haud raro vita & salus insontium,

In extremum discrimen ducitur, per fraudes & dolos

Vnius nequam sycophante. Nam quid summo evenerit

Sacerdoti Abimeleco, propter Doegi mendacia,

Id notius est, quam ut commemorari oporteat.

Atq; adeò nunc timeo misera, quorsum evadant insomnia.

Nam hi duo senes, duo illi sunt hirci: qui filiam meam

In horto, ceu teneram capellam adorti sunt, sat perfide.

Io. Spes omnis in Deum revocanda est. sed properemus in-  
terim:

Nam

Nam iudices expectant: & prætor tribunali insidet.

Su. Thamar, Beniaminem meum asserva probè: & seque-  
re illicet.

## A C T V S   I I I I .   S C E N A   V I .

Cleophas, Simeon, Midia, Susanna, Iudices.

**C**Oncedite ad dexteram putealis vos actores duo senes. Octonarij:  
Si. Illic erimus, ubi iusserris. Cl. tu Dati, Susannam  
ad latus

Sinistrū huc sistito: caseri extra septa illinc maneant volo:  
Ne quis pedem inferat: non vocem emittat, nisi sententiam  
Rogatus fuerit: qui contra fecerit, ei multa quindecim  
Sulorum continuò irrogabitur. Si. unum te liceat priùs  
Monere tamen. Cl. quid nam? Si. velame ut auferas huic  
mulieri.

Cl. Quamobrem? Si. quia videndum, sit ne ea, quam vo-  
lumus, an quepiam (Iovam.

Ancillularum ab ea subornataq: Cl. haud crediderim, per  
Mi. At ego iuraverim. nam mille sunt mulierum astutias:  
Mille artes: quibus imponunt versipelles imprudentibus.  
Nec mibi dubium est ullum: quin si detecta fronte sit, statim  
Ex ipso vultu crimen se prodat. age tu, peplum ocyus  
Hinc amove: ut quæsis videamus. Su. ah, quid mibi mole-  
stus es?

Matronam non decet aperto vultu versari in publico.

Mi. Ut honesta est meretrix. an nullam subornasti in tuū  
locum? (bilo eris

Cl. Omitte ipsam: & tu Susanna peplum dimove. nam ni-

In honestior. Su. age, quando ita vis prator, fiat quod me  
iubes. (modo)

**C.** Nunc postquam reserata sunt aures Iudicū: quod com-  
Fiat publico: & inquirendo vero conducat maximè:  
Agite senes: dicite palam, quid criminis hæc admiserit  
Mulier: sed sine fraude ac dolo actionem vestram intendite.  
Si. Omnino. nam si ullibi apertus animus, certè hic requi-  
ritur.

**C.** Dic tu ergo prior, Simeō, & dic omis̄is vocū ambagibus:  
More Attico. Si. dicam. sed hoc primū mihi creditis ve-  
lim,

Nihil à me cuiusquam odio, nihil invidia, sed studio rei,  
Et veritatis omnia dici. **C.** ita quidem fieri condecet.  
Si. Hesterno igitur die, cùm in Ioachimi horto per meridiem  
Obambularemus, captaturi arborum umbras: forte ibi  
Susanna hac, cum duabus ancillis hortum intrat. nos procul  
Ex angulo prospicimus: mirati quid comitatus velit:  
Quid actura muliercula. ibi hæc continuò adornat, ut lavet:  
Puellas & pedissequas removet, ne qui adessent arbitrii.  
Foras simul omnes proruunt: ipsa foribus obdit pessulum.  
Interea dum latemus nos illi sub arbore: intervenit  
Quidam adolescens forma eximia & specie bona: ut nihil  
suprà.

Nos conspicamur eminūs: observamus quid rei gerat.  
Continuò in gremium meretricis se recipit: manū in finū  
Inserit: illa illum amplexari, osculari. cætera prohibet  
Me vestra dignitas. ubi verò de improviso mulieri  
Interventum est, illic adolescent confert se in pedes: fugam.  
Ornat: per posticum elabitur: nec nos comprehendere po-  
tuimus.

Nam

Nam adolescens ille erat valentior. quem cum prehenderet.  
Penè exposuisset me cubito. verum qui nam esset. scire non  
Potuimus: neq; quicquam ex adultera illa veri exculpere.  
Namq; diu interrogata cum esset. nihil respondere potuit:  
Ne gry quidem: sed muta & elinguis fuit. quid verbis opus?  
Hoc certò scitote patres Hebrei: quicquid ego dixerim,  
Pro atrocitate & magnitudine rei dictum esse id minus  
Quod igitur aequum est & iustum, petimus a vobis Iude-  
 ces:

Vt exemplum statuatis in hac adultera: lex uti iubet:  
Malumq; tollatis ab Israël: ne nobis idem accidat.  
Quod olim Beniamitis: qui probrū boc impunè reliquerant.  
Cl. Grave hoc est & memorabile flagitium, si vera dicitis.  
Si. Neq; divini, neq; humani quicquam mihi creditus velim:  
Si huius rei mendacem inveneritis. Mi. idem & ego loquor.  
Nam quidquid hic dixit, contestor dictum id esse verissimum.  
Cl. Aequum tamen erit, ut ipsam quoq; quid dicat, quid re-  
 spondeat,

Prius audiamus. Mi. frustra. nam ut mulier perfida & fron-  
 tis est,

Negabit, sat scio. Cl. videamus, quid tamen dictura sit.

Susanna, cuius probri accuseris, audivisse te puto:

Quid respondes? nam inauditum damnare oportet nem-  
 nem.

Age loquere. Su. Ah. mi Prætor, & vos o reverendi Iudi-  
 ces:

Quid agam, aut quo me vertam, equidem nescio. nam præ-  
 dia omnia,

Que reorum fuerant, actor uterq; praoccupavit: & fidem  
 Meam, meumq; pudorem suspectum fecit. veruntamen,

Quia mihi conscientia sum, à me culpam hanc esse procul: paa  
ca eloquar:

Quæ ut vos pari æquanimitate audiatis: quæ senes duos  
Audivistis, subnixè rogo. Nam longè aliter jē res habet.

Mi. Hi sunt meretricū mores, ut quod sunt, nolint videri.

Su. Principiō, quod de horto dicunt, & amandatis arbitrii.

Id verum est, iudices: sed eò factum esse à me, quod hi seni.

Duo criminantur, inficias eo, nam meas ancillulas

Dimisi, ut mihi lotura, balsamum ferrent, & smigmatā.

Neg, hominem quenquam vidi in horto, præter hos senes.

Qui, quomodo clausis foribus in hortū irrepserint, sanè hau  
scio.

Sed si quis forte malitia fatus sua, infidias meæ

Struxit pudicitia: solamq, opprimere per vim aggressus est:

Totiesq, repulsus, mala mihi ingessit multa, et multas mi-  
nas.

Nec vicit tamen: an ea culpa est nostra, an aliorū, iudices?

Si. Ni nossem causam tam probè ac bene: crederem vera  
hanc loqui. (facere meū)

Su. Evidem si, quæ ipsos dicere in horto non puduit (nam

Nō siuit pudor) hic commemorē: vix habituri estis mihi fidē

Proin taceo, nam labem istibanc apud me non reperirier

Certoscio. Mi. quid ais venefica? an negas, te cum alteri

Amplexatam, osculatam, fornicatam? Su. certè nego senex.

Nam ista, quæ neg, facta sunt, neg, ego unquam in me ad-

misi, arguis.

Mi. Deum immortalem, tu adolescentem vidisse hunc ne-  
gas? Su. nego.

Mi. Neg, eum te scire, qui fuerit? Su. nego Mi. non nō-  
ras? Su. enecas,

Quæ

Qui me probri & dedecoris falso insimulat. Mi. non te horum pudet?

Si. Sine ipsam. nam sati dilucide expedivi hic omnia,  
Ut gesta sunt : nec quicquam nunc restat , nisi ut sententias  
Damnetur iudicium, prout merita est. Cl. Paeres amplissimi,  
Quid istuc viri iniurias sicut hisenes modo deferunt,  
Audistis. sed quando illi aiunt, haec negat: amplius rem censeo  
Deliberandam. Iu. quid deliberandum? nescio. quod sicut  
Scriptum in libro Legis: in ore duorum trium testium  
Est omne verum? Cl. vultin ergo ut iure iurando fidem  
Obstringant hisenes? Iu. quod lex iubet, id fieri est aquum.

Mi. ab. Cl. quid est?

Mi. Ita nam parvam esse apud te mibi fidem? Cl. vir tu me credere?

Vir quae situm sati nobis isthuc esse? Mi. haud quam volo

Cl. Num ergo per nomen Dei iurabitis & obstringeris fidem?  
Mi. Si sit opus? Cl. immo maxime: nam lex ita fieri iubet.  
Si. Tum sanè ambo iurabimus. Mi. iurabimus bona fide.  
Cl. At liquido. Mi. immo liquidissime. Su. Deus novit cul-  
pam hanc meam

Nullam esse. Mi. mulier suavis: quasi tibi iurandi sit data  
Necessitas. Cl. queso rem diligenter prius perpendite.

Nam grande scelus est homini, & flagitiū atrox, periuriū.

Mi. Ah quinam habemur vobis socij, o iudices: quorū fides  
Tam lubrica & suspecta sit? Si. at ego, iudices, si quid  
aliud

Scirem, meam quo apud vos firmarem fidem quam symbolū  
Iuriiurandi, pollicerer utiq. Cl. manus ergo capiti

¶ ¶

Imponite: & conceptis verbis iurate. Si. age iurabimus.  
 Cl. Nos duo senes, Israëlitarum Iudices.  
 Si & Mi. Nos duo senes, Israëlitarum Iudices.  
 Cl. Iuramus, & supremum testamur Deum.  
 Si. & Mi. Iuramus, & supremum testamur Deum.  
 Cl. Deum cœli & terræ: inspectorem mentium.  
 Si. & Mi. Deum cœli & terræ: inspectorem mentium.  
 Cl. Quod in horto Susannam scortari vidimus.  
 Si. & Mi. Quod in horto Susannam scortari vidimus.  
 Cl. Si fallimus, Deus nos nostrosq; perdit.  
 Si. & Mi. Si fallimus, Deus nos nostrosq; perdit.  
 Si. Et ego si mentiar, aut falsi quid proferam,  
 Non causa sit, quin fulmine ad Tartarum adigar.  
 Mi. Et ego si fallo, terra nos è vestigio  
 Absorbeat: sicut Dathanem olim & Coram.  
 Cl. Grande est hoc iuramentum utring; iudices:  
 Non possumus contempnere. Iu. quin ergo tuam  
 Aut potius divinam fers è legum libro  
 Sententiam. Cl. ita quidem factò opus est: age feram,  
 Quemadmodum leges & ius Mosaicum iubet.  
 Ita enim scriptum est: si mulier concredita viro,  
 Intra oppidum concubuerit cum adultero:  
 Vt ergo è porta educuntor in agrum: atq; ibi  
 Lapidibus obruuntor: & dicat populus  
 Omnis, Amen. Iu. Amen, Amen. Su. O immortalis Deus,  
 Testis meæ innocentia: fer opem mihi  
 Misera: succurre inopi mihi in his angustijs:  
 Nam falso me probri insimulat am scis probè.  
 Te mihi testem, te vindicem mihi voco:  
 Qui cordis humani latebras inspicis:

Qui.

Qui praeuides omnia: & longè antè prospicis,  
 Quàm facta sunt. ecce moriendum est mihi hodie:  
 Falsi quæ accusor probri ab hisce perfidis,  
 Periuris & vaniloquis senibus. O Deus, aspicis  
 Hac? o iustitiae & rectorum vindex Deus.  
 Iu. Rapiatur ad supplicium. Vos lorarij  
 Quid cessatus? vincite, constringite feram:  
 Et vos duo testes primum in illam mittite  
 Lapidem: sicut præceptum est in lege Domini.  
 Si. Paratis sumus. Mi. & ego iam dudum gestio.  
 Su. Ah parcite quæso, dum prius viro meo  
 Valedicam, & orbandis nata parentibus:  
 Meisq; liberis suprema dem oscula.  
 Cl. Aequum postulat: age, finite eam Lorarij.  
 Ah quàm me huius matronæ miseret, ac piget.  
 Utinam Deus aliquis subito eam liberet.

## ACTVS IIII. SCENA VII.

Anna, Chelcias, Ioachimus, Susanna, Simeon, Lorarij.

**N**Vlla, nulla sum: tota occidi: cor mortuum est metu: Septenarj  
 Omnia membra tremiscunt miseræ: nescio unde Trochaici  
 mihi auxilij, (opes Cataleptici).

Praesidij, aut opis nunc copiam parem. spes atque  
 Vitæ meæ iacent sepultæ: sustine me Chelcia.  
 Ch. Heu mihi, ubi sum? aut quid ago? quâue insisto via, mi-  
 serrimus?  
 O tristem hunc, o luctuosum, o verè funebrem diem?  
 Nunc fuisse, quàm esse me, malim: fili Ioachime ubi es?

Nam nox obuersatur oculis meis: caligo me opprimit.  
 IO. O dolor, supra dolores omnes, adeo n̄ esse d̄ys  
 Inuisum, aut infelictem quenquā, ut ego sum: cui tot mala,  
 Et tanta subito cueniunt? v̄a misero mihi: v̄a ter mihi  
 Misero! Vt animus in spe atq; in timore usq; antehac fuit  
 Attentus: ita, postquam admittas spes, lassus, anxius,  
 Cura confectus, stupet? Su. o Deus, tibi patris mei  
 Et matris decrepita, familiaq; salutem & commoda  
 Commendo. tu liberorum, tu familia, tu viri  
 Bona tuteris: ego aliam nunc adibo patriam, aliam domū.  
 Nam isthanc ciuitatem: isthanc vitam nunc odi pessimam.  
 Vbi enim mores deteriores inualescunt indies:  
 Vbi pudicitiae fiunt insidiae: ubi mendacij,  
 Perfidiae, periurijs locus est: ibi si regnum mihi  
 Detur: non siet cupita ciuitas. Ch. heu me patrem  
 Infelicem & miserum: quos reseruor in casu malo?  
 Cur vitam mihi non licuit dudu hanc omnem abrumpere?  
 Su. O mi suauissime pater, vale: ego meam innocentiam  
 Morte testabor mea. Ch. heu, cor mihi dolore rumpitur:  
 Heu, heu, te immerentem, te innocentē, has pœnas perpeti.  
 Su. Satiū est mori innocentem, quam nocentem viuere.  
 Nam ita me cœlites ament, ut liceat ex isto mihi  
 Immundo mundo migrare in alterum nunc seculum:  
 Et cum d̄ys aeterno aeo frui: iam depaciscier  
 Morte velim, tuq; adeo mater dulcissima vale: vale  
 Mater mea, quæ me longè aliter educasti, quam senes  
 Hi periuri insimulant. An. heu me misera: miserior nec est,  
 Nec fuit, nec erit mulier, quam ego sum: Thamar, age su-  
 stine. (Salus,  
 Tenebrae oboriuntur. Su. mi vir, mea vita quondam, mea  
 Mi.

Mi marite, mi loachime, vale: tibi nostros liberos  
 Commendo patri: tu coluinens familia. Io. hei mihi, hei  
 mihi? (lubet  
 Non discedam abs te, siquidem licet. Su. vale. Io. mori  
 Tecum; ut idem nos tumulus tegat: sic ut quoq, nos torus  
 Idem habuit. Su. nolo equidem: sed volo te superstitem  
 Et communes hos tueri liberos: hanc paruulam (mibi,  
 Susannam, hanc Rebeceulam, ô vos liberi tenelluli,  
 Quam me nunc vestri miseret: qui mellit a matercula  
 Vesta sine mea, sine vestraptē culpa omni, orbamini:  
 Cedo Thamar, meum mihi Beniaminem filium: sine  
 Postremō complectar, osculer atq, basier. Io. hei mihi:  
 Medius disrumpor; perq, interq, occidi. Si. Lorarij  
 Quid cessatus? vos, inquam, crassis auribus, hem quid mora-  
 minu?  
 Lo. Expecta parūm. vbi tu olim in manus nostras perue-  
 neris, (bil.  
 Properabimus utiq, celerius. Si. quid ais verbero? Lo. ni-  
 Si. Vin' colaphum tibi impingam? Lo. nolo. Si. quin ergo  
 pergitus? (diem  
 Su. Cælum superum & inferum salue & simul vale. hunc  
 Postremum video. ite vos domum parentes optimi:  
 Tuq, vir carissime, liberi ite, Deumq, pro mea  
 Anima, ne deficiat in morte, implorate supplices.

## A C T V S V. S C E N A I.

Daniel, Simeon, Midian.

E Gón' isthuc perpetiar: ut que sit innocens  
 Et insons, atq, immerita, morte concidat?  
 Mori ipsem et malim; heus tu, tibi dico: tibi:  
Senectus  
Manum

Manum abstine, mastigia. Si. quid vis tibi puer?  
 Quid clamitas? Da. Susannam volo mihi liberam.  
 Si. Quid liberam? quæ iudicium sententij  
 Ad mortem daninata est. Da. male damnata est: male  
 Inquam. Si. quamobrem. Da. quia falsi rea criminis.  
 Si. Quid ais audacule? caue cedare ferulis.  
 Da. At tu caue, ne falsi testimonij  
 Pœnam subeas. Si. pergit, pergit Lorarij.  
 Da. Nequaquam pergetis: nisi manus sanguine  
 Innoxio vultis contaminarier.  
 Mi. At qui propudi conuicta est hec fœmina.  
 Da. Falsi, ficti, vani. Mi. at verbis dedimus fidem.  
 Da. Perfidiam maximam. Mi. iurauimus insuper  
 Juramentum firmissimum. Da. periurium.  
 Mi. Audaciam vide Simeon: vide obsecro  
 Pueri impudentiam. Si. ferulas quis afferat  
 Huc illico. ut temeritatis pœnam luat.  
 Da. Manum abstine: & mecum in ius ambula senex.  
 Si. In ius puer suavis. Da. ita loquor, silicernium.  
 Si. Iudicium eadem de causa non redditur.  
 Da. Si recte iudicata sit: sed vos male  
 Damnaatis. Mi. cur tu immerito accusas nos senes?  
 Nescin' maiores natu quod reuererier  
 Decet? Da. eos, qui probi sunt, qui frugi senes:  
 At sceleratos & flagitosos haud decet  
 Reuererier. Mi. quid mirum, Simeon, si idem  
 Huic eueniat, quod pueris Elisæum patrem  
 Aspernantibus, & risu subsannantibus?  
 Da. O Canæ progenies: longè vos moribus  
 Elisi dissidentis? Si. an hec ferenda sunt?

Manum.

*Manum inyciamus ei: quid stamus? Da. fuga,  
Et clamore mihi est opus: omittre me ocyùs.*

## ACTVS V. SCENA II.

Cleophas, Iudices, Daniel,  
Simeon.

**Q** *Vid hic clamoris oritur Iudices? Iu. puer est, qui Octonarij  
clamitat: (puerule? Lambici.*

*Atq; ad nos accurrit properè. Cl. quid vis tibi, mi  
Da. Patres: ego protestor, me in huius sanguinem  
nullo modo (noxia.*

*Consentire. Cl. Eho, cuius sanguinem? Da. Susanna in-  
Cl. Innoxia? quamobrem? Da. quia falsi criminis, ipsa in-  
nocens,*

*Accusata est. Cl. isthuc ne dixeris. Da. n̄i conscius siem,  
Nolim istuc dicere. Iu. qui tu, aut vnde scias: qui vix de-  
cennis es? (in animis*

*Da. Aetatem non despicite meam: nam cani puerorum  
Nascuntur, non in capite: & sape delirant viri senes.*

*Sed agite, quemuis mihi date arbitrum: nisi ego mendacij  
Et perfidia hos ambos senes aperte iam convicero:*

*Non disco causam, quin quodd merita sit, ferat. Si. Proh  
Iuppiter*

*Quid hoc negotij? vultin' auscultare puero, senes?*

*Cl. Lubet audire: quid enim prohibet auscultare puero, se-  
nes?*

*Si vera memorasti prius, magis elucescer veritas:*

*Sin falsa, vestro memorasti periculo. Da. sciungite*

*Ambos, atq; alterum buc fistite; ut examinem probē: alterū  
Abdu-*

**A**bducite. Cl. Simeon mane: vos Midianem seducite.

**T**u verò, cui senatus iam conceditur diuinitus,

**A**ge, insidi tribunali huic; & tuam nobis sententiam

**E**xplana. Da. ita faciam. Cl. sed nomen quod sit tibi puer,

**prius** (nomen placet.)

**M**emora mihi. Da. nomen est mihi Daniel. Cl. atq; hoc

**S**i. Proh Deum atq; hominum fidem, quid isthuc? Da. el-  
lum, confidens, catus:

**V**bi faciem videas, videtur esse quantius preti:

**T**ristis seueritas inest in vultu, atq; in verbis fides.

**S**i respicias animum: plenus erit fraudumq; ac omnis dolis.

**V**erum heus tu, si Susannam fornicari vidisti: cedo

**V**bi videris. Si. in horto sub arbore. Da. quānam arbore?  
dic arborem.

**S**i. Quid arborem? videlicet. Da. ehem, quid taces? Si. pe-  
ry hercule. (nis.)

**N**am perdidii nomen, quasi non nōrim, tentatum me adue-

**D**a. Si meministi, dic mihi. Si. Lentiscus est. Da. quid  
dixti bone senex?

**S**i. Lentiscus est. Da. mentiris in caput tuum, è gula tua

**V**eterator nequissime: dolorum ac fraudum plenissime.

**A**tq; en, perysti iam nunc illicò. nam Deus ille arbiter

**M**ortalium, qui renes scrutatur: tuas sycophantias

**I**n lucem proferet: ut omnia tua probra fiant propalam.

**M**ultos damasti infantes hactenus: fontes venia tua

**D**ignatus es: leges pretio fixas, refixisti pretio:

**T**orsisti iura, extorsisti pecunias: quin insuper

**V**itiaisti virgines: probis matronis insidiatus es.

**M**erito igitur & iure optimo pœnas dabis. namq; angelus

**D**omini te, cum tua Lentisco, haud lento puniturus est

Suppli-

*Supplicio: cumq; his omnibus tuis perdet mendacij.*

*Abscede iam nunc: & sententiam, quam feret in te Deus*

*Expecta. vos veteratore alterum, neq; hominem, adducite.*

## ACTVS V. SCENA III.

Sichar, Midian, Daniel, Cleophas, Simeon.

**D**Efessus sum ambulando: ut te scelesti Midian cum  
tua ( malis! ) Ostorij &  
Monstratione magnus perdat Iuppiter exemplis

Perreptavi vsg; omne oppidum: veni qd macellum  
huius loci:

Ad angiportum, ad aream, ad vicum oppidi longissimum:  
Quò non? vbi cung; hominem offendō obuium: rogitō, qui-  
bus locis

Tribunus plebis habiter: vbi domus illa, quæ valuis rubris

Et ostio sit viridi: nunc redeo scibū senem

Istum videā sed hoc quid est? quis buc vinc̄tus producitur?

Mi. Quò rapitis me scelesti? SIC. Iste quidem Midian est:  
proh Iuppiter! ( ad puteal. )

Quid hoc rei? cur vinc̄tus trahitur? Da. fistite illum buc

SIC. Sequar in portam, ut quid sit, penitus cognoscam.

Da. progredere huc senex. ( hoc

Lepidum caput, columen senatus, præsidium populi. Mi. quid

Rei? num tu puer regnum hoc loco obtimes: soli ut tibi

Liceat eadem de causa bñ iudicium adipiscier?

Da. Videte iudices, ingentem hominis confidentiam!

Nun cogitat, quid dicat: quid ve roganti dicturus mibi?

Num facti pœnitent? sed heus tu, responde, quod te rogo,

Mi. Hem iudices. nvero demandastis. quod vestri hic

Offi-

Officij? quod tandem recedet ordinis huius dignitas?

Cl. Omitte nuc ista Midian, & puer responde, quod rogas.  
Nam sic ut fiat, visum est mihi pratori & huic senatui.

Iu. Certè, è vultu huius pueri aliquid apparet fatidici bo-  
minis. (expeto:

Da. Age tu Midian, primùm hoc abs te bona cum gratia  
Si tibi placere potis es, ut mihi vel tandem respondeas.

Ain' tu, Susannam à te visam scortari Mi. ebo, tún' ne-  
gas?

Ca. Nego. Mi. negas? Da. nego maxime. sed responde mi-  
hi, quod rogo:

Vidistin', an de auditu nuncias? Mi. egomet vidi meis  
Oculis. Da. non vidisti. Mi. agendum ergo, volo scire ex te  
puerule:

Vtrum quod vidi, viderim: an tu facias, ut non viderim.

Nam ego quidem ambos meos oculos babeo, non rogo uten-  
dos foris. (mulauerit.

SIC. Mirum, ni propudij falsò innocentem aliquam insi-  
Da. O Canae progenies, venustas & forma elegantia

Te decepit: tua tibi cupiditas mentem euertit malam.

Ita verò agebatis cum filiabus Israëliticis:

Quæ præmetu in vestrū congressum veniebant: vos improbi  
Hirci. sed non & hac Iudea progenies vestram malitiam  
Perferre, nec morem vestræ gerere voluit libidini.

SIC. Profectò sic est. nam ego & Hiram sibi experti  
hoc sumus.

Mi. Non est ita, ut dicis puer: facis nobis iniuriam.

Quis enim credat, senem decrepitem nunc amori dare ope-  
ram?

Da. Merito certè vacuum esse isthac etate te noxis decet.

Sed

Sed age, & vidisti: dic ubi nam videris? Mi. sub arbore.

Da. Quānam arbore? dic mihi nomen arboris. Mi. dicā: sub ilice.

Da. Quānam? Mi. sub ilice. Da. ilicet te perdit nunc vindex Deus.

Nam collega ille tuus Lentiscum dixit: tu verò ilicem.

Probè ergo mentire in caput tuum, veterator pessime.

Ecce Angelus Domini te subvertit cum mendacij tuis.

Cl. Dēum immortalem, hominum fidem! quid audio mendacium

Testati sunt ambo senes: periuri & perfidi senes.

Quid meritos censem, mei vos Iudices? quidnam? Iu. cruce:

Necem: & quo falsi testes digni sunt, amictū lapideum.

Cl. Reducite huc nunc alterum: ut iustum audiat sententiam.

Sich. O iudices magna accepi ego ab hoc Midiane iniuria.

Cl. Quam iniuriam? Sic. dicam: heri convéni ipsum, que-

stus de mutuo

Non redditio ab eo, qui iam dudum reddere debuit: rogo

Vt in meo me iure pro virili & ratione officij

Adiutet: respondit, sine tribus scilicet mihi nil prorsum opis

Afferre posse. hodie cum siclos, quos magnis sudoribus

Hinc inde corrogavi, apporto: bonū senex accepta ea

Pecunia, mihi verba dedit: os subleuit penitissimè.

Cl. Facinus indignum per Iouam. Sic. tum autem collega

Simeon.

Cl. Quid is designauit? Sic. filiū habet, qui Hirami ciuius mei

Et popularis cognatam vitavit: quam contumeliam

Cum queritaretur Midiani isti, uiciata illa virginem,

*Ad se accersit am, oppressit denuò. Cl. ô flagitium! ô scelus!  
Digni ambo, in quibus exemplū statuatur iustitia. Si. quid  
rapi?*

*Quò me protrudis cubito? Da. hoc sistite, ut iudicis sententia  
Accipiat. Cl. Si quis falsum dixerit olim testimonium:  
Adversus fratrem aut proximum suum: malum, quod alteri  
Inferre cogitauit, ipse ferat: oculus tuus, ô bone  
Iudex, nulli perfidia parcito, nulli periurio.  
Anima pro anima: oculus pro oculo: pro dente dens: pes pro  
pede.*

*Maledictus omnis qui falsum protulerit testimonium:  
Et dicat omnis populus, Amen. Iu. Amen. Da. Amen. Sic.  
Amen, Amen.*

*Cl. Anima eius deleatur è populo Dei: dicat q̄d populus  
Omnis, Amen. Iu. Amen. Da. Amen. Sic. Amen. Sim.  
Ah parcite quæso etati mee,  
Quæ grandior est. Da. cur tu, quæso, Susanna non peper-  
ceras,*

*Quæ junior est? Si. aspicite hos canos senis octogenarij.  
Da. Cur tu senex non innocentiam Susannæ aspiceras?  
Sic. Curram curriculo, ut Hiramum compleam improvi-  
so gaudio.*

*Sim. At generis & familia saltem rationem habeatis mee.  
Da. Qui sunt bono genere pronati, si sunt ingenio malo,  
Suapte culpa ingenium turpant: genus ex genere capiunt.  
Mi. Ah parcite quæso mihi, bene de Republica merito seni.  
Da. Quid hoc? an tu, ubi, quia lubitum fuerit tibi pro lu-  
bito feceris:*

*Neg, huius sis veritus fœmine primaria, ô Canaa genus,  
Quin tu novo modo ei faceres insignem contumeliam:  
Venias*

Venias nunc precibus lutū peccarū tuum? ecquid te pudet?  
 Turpe est senem in noxa esse: turpe culpam deprecari.  
 Si. Vae misero mihi, quanta spe decidi? Cl. vincula nunc  
 demite

Matronæ huic innocentis: & liberam dimittite oxyis:  
 Hos autem perfidos in illius locum submittite:  
 Vincite, rapite, quadrupedes constringite. Si. hei mihi.  
 Mi. vae mihi.

Da. Ego Susannam comitabor: vos valete interea iudices.

Iu. Vale, optimæ indolis puer: Deus tibi salutaria

Det ingenij, & pietatis incrementa. Cl. vale, mi Daniel:

Dominus tecum: qui studia & vitam moresq; tuos dirigat.

Profecto verum est, quod dici solet, Deum laudes suas

Perficere ore infantum, & puerorum voce, adhuc lactantiū.

Sed quis vestrum putasset iudices, tam perfidos senes

Esse hos collegas? Iu. nemo equidem nostrum. sed quiare-  
 perit Deus

Nocentes, iustum agnoscere debemus piorum vindicem.

Cl. Sic est. Iu. eamus nunc domum: quia agendum nihil  
 restat aliud.

Cl. Eamus omnes: & Deo agamus gratias, quod sanguine  
 nonnoxi & immerenti nostras non foedauimus manus.

## A C T V S V. S C E N A IIII.

Lorarij, Simeon, Midian.]

**Q** Vid reftitas edentule? perge. Si. ab commisere scat. **O**ctonarij  
 jambici, re mei.

**L**o. In periuros nulla est miseratio: quin tandem.  
 pergitis.

*Ite ocyūs, aut flagris ad supplicium isthinc abripiemini.  
Mihi vos senes & iuvenes, exemplo meo sacram fidem  
Seruare, & vera dicere per omnem vitam consuefcite.  
Si. O pueri, à sacrificis vagisq; iam deinceps libidinum  
Furoribus abstinet. nam quæ merces detur amoribus  
Lenonijs, nostro exemplo videbitis. Si. ô miserum diem,  
O infastum! Mihi. ô lucē maledictā, in qua natus fui miser!  
Si. O execrandum hominem: qui patri dixit, natum me sibi  
Filiū! LO. agite ignaui, hirci vetuli: pergit ocyūs, ocyūs.*

## ACTVS V. SCENA V.

Susanna, Daniel.

Octonarij  
Iambici,  
& Senarij duo.

**S**upreme Deus, spectator humanarū mentium Deus:  
Spem insperatam quoniam obtulisti hanc mihi, meri-  
tō grates ago.

*Nam ex Orco in vitā me revocasti, ope huius pueri parvuli:  
Et innocentiam meam testatus es: tibi laus: tibi  
Decus immortale: tibi honor sempiternus. Da. meritō equi-  
dem Deo*

*Magnas habere atq; agere gratias equū est: quando omnia  
Hec evenēre nobis adeò prosperè & feliciter.*

*Su. O Daniel, Daniel: quid ego nunc te laudē? sat certò scio,  
Nunquam ita magnificè quicquam dicā: id uirtutē quin su-  
peret tua. (haud mihi*

*Da. Deo acceptū referre decet, quicquid gestum est bene,*

*Su. O Daniel, ut ego posthac semper tibi, quod potero, &  
que voles,*

*Faciam & dicā. Da. benignè dicis mater. Su. sic meritum  
est tuum.*

Da.

**Da.** Imò non hoc meum est, sed ipsius optimi meritum Dei:  
**Cui** gratias ago, quod tua innocencia testis fuit  
**Tam** locuples. **Su.** equidem vix sum apud me: ita commo-  
 tus animus est metu,  
**Spe**, gaudio, mirando hoc canto, tam repentina bono.  
**Sed** ubi maritus nunc est? ubi parentes? ubi mei liberis?  
**Eamus** ocyùs intrò: ut hunc metum, in quo nunc sunt, illuces  
**Adimamus**: atq; tristes animos expleamus gaudio.  
**Da.** Eamus omnes, vos ualete spectatores optimi:  
**Et** si vobis Susanna castitas, Danielisq; pietas  
**Placuit**: claro signo actori plausum date.

## NICODEMI FRISCHLINI.

**H I L D E G A R D I S**  
**M A G N A.**

## PERSONAB. DRAMATIS.

**Hildegardis, Reginæ.****Rosina, virgo Badmana.****Eberthalius, Aula magister.****Carolus. M. Rex Francorum.****Ludobertus, Antistes regius.****Talandus, frater Caroli.****Benzelo, parasitus.****Lorarij.****Fraudebergius, eques auratus.**

NICOD. FRICHLINI  
**ARGUMENTVM M. HIE-  
 ronymi Megiseri.**

H ILDEGARDIM fratri Carolus rex thandat, &  
 I us regni, abiens in bellum adversus Saxones.  
 L ibidine hunc sed percutit nefaria,  
 D olis regina mox includit carceri:  
 E mittit adventante eundem Carolo.  
 G raves iu innocentia fœminæ creat  
 A pud maritum turbas: huic lorarios  
 R ex, eruant ut oculos, iratus iubet:  
 D isturbat hos aduentus Frædebergij:  
 I sti oculos, ereptos cani, Regi afferunt.  
 S ed Romam abit Regina, & ibi feliciter  
 M edicam artem exercet: cùm Talandus interim  
 A missa visu, illam ignotam supplex rogar  
 G nauiter, & sanatur probè: innocentia  
 N otahuius Regi fit, reddit hinc in gratiam:  
 A t Talandus in exilium iustè pellitur.

**P R O L O G V S.**

P OETA vos ad venandum inuitat hodie  
 In hoc theatro scenico. Nam bestias  
 Produclurū se ait, ferasq; plurimas:  
 Eas ut observetis, orat maxime.  
 Nam hoc studio scit vos oblectari impendio:  
 Cùm sit solenne fortibus uiris opus:  
 Et bellū quasi preludium, venatio.

Hac

Hac sylua est Arduenna vetustissima Belgys:  
 In qua lupus Talandus Hildegardim ouem  
 Persequitur: eam Leo, maritus Carolus  
 Hodie canibus vorandam dat Lorarijs:  
 Heram deplorat cerua Rosina Podmica:  
 Talandus vulpes ab blanditur Benzelo.  
 Illas eripiet ursus Frædebergius:  
 Coniectis in fugam canibus rapidissimis.  
 Hunc Vrus Eberthalius multabit cornibus  
 Ludebertus, taurus est: leonem qui impetet  
 A fronte & calcibus. Quaso date mihi operam.  
 Si quem magis aucupium delectet, huic aues  
 Producemus itidem, ut sylvestres bestias.  
 Nam mox Talandus ex lupo fit milvius,  
 Qui rostro Hildegardim columbam verberat.  
 Turtur Rosina gemit, larus hiat Benzelo.  
 At rex aquila erit, qui columbam supprimet,  
 Et pessimis miseram deplumabit modis.  
 Inde aduolabunt corui, qui oculos ervant:  
 Verum Columbam falco Frædebergius  
 A coruis liberat. Ad extreum, ubi iam lupus  
 Ab ove, à columba erit sanatus milvius,  
 Iungetur oui leo, aquila columba: sed lupus  
 Et milvius pœnam luent grauiissimam.  
 Feram si quam prodire uidebis fœtidam,  
 Eam Poëta vos vult aversarier.  
 Vulpecularum caudas scindi postulat:  
 Lupos castrari: iram Leonum concitam  
 Leniri uerbis, non incendere vos iubet.  
 Accipitri & milvio retia vos tendere

Vult: quia nocent hæ volucres plurimum.  
 Aves vos esse præcipit, qua turtures  
 Atq; columbas defendant, protegant, alant:  
 Corvos, laros & similes è cæve arceant.  
 Hoc præmonitos voluit. quod reliquum est, iam dein  
 Oculis venaturam facite, aucupium auribus.

## ACTVS I. SCENA I.

Hildegardis, Rosina.

Senarij  
Lambici,

**C**VRATE, quæ intus iussoram, ut fiant probè  
 Et diligenter: neminem intrmittite:  
 Aulas & ostia undiquaque occludite:  
 Foribus repagula, vèctes, pessula obdite:  
 Ne quis per rimam introspectet, operam date. (hera  
 Tu sequere me, Rosina. RO. sequor. HI. Me misera! RO.  
 Quid est? HI. an unquam contumeliosius  
 Cuiquam facta sit iniuria, quam hac est mihi?  
 RO. Quid isthuc, Regina? HI. quod ego nunquam credidè  
 Fore, ut hoc scelus ille posset animum inducere,  
 Tam grande perpetrare, tamq; nefarium!  
 RO. Quinam homo? HI. va mihi misera! quid credas iam,  
 aut cui (scelus  
 Credas? RO. quid hoc rei est? HI. tantum in quenquam  
 Cadere? RO. in quémnam? HI. mori me malim pessimo  
 Letho, quam non ulciscar hanc iniuriam.  
 Sed interim, dum mihi pœnas dat, res eò  
 Redit, ut neq; retinendi illius copiam,  
 Neq; dimittendi habeam: & plane, quod dicitur.

Lupum

**L**upum auribus teneam. Ro. quid istuc est? Hi. ah, ah,  
Ro. Obscurum te, istuc quicquid est, fac me ut sciam:

**N**e retice, ne verere, crede inquam mihi:

**A**ut consolando, aut consilio, aut re iuuero.

Hi. Non est opus prolatu, hoc percontarier

**D**esiste. Ro. qua de causa? Hi. ut ne id fiat palam.

Ro. Ita me Christus amet: haud propterea tergo,  
Ut proferam: sed ut tacita tecum doleam.

Hi. Noui istuc: neq; eò dixeram, quòd de fide

**T**ua & taciturnitate, quas in te sit as

**E**sse intellexi virtutes, quicquam ambigam.

**N**am scio fidelis quam sis mihi, præ ceteris.

Ro. Quin tu ergo, quicquid est, id indicas mihi.

Hi. Ita faciam, reg, te celabo hoc amplius:

**A**usculta. Ro. istuc facio. Hi. Talandum, Caroli

**R**egi germanum, noscim? Ro. quidni nouerim?

**N**am qui notus omnibus est, qui ignotus fit mihi?

**S**ed cum longo iam nusquam vidi tempore:

**N**am morbo detineri passim creditur.

Hi. Ah. non est ita. Ro. non? Hi. non sane. Ro. ubi uero  
go est, hera?

Hi. Hic intus in hoc inclusus latet ergastulo.

Ro. Quid is fecit? Hi. quid ille fecerit, rogas?

**Q**uem neq; pudet quicquam: neq; metuit hominum

**Q**uenquam: neq; legem se tenere ullam putat.

Ro. Quamobrem? Hi. scies: auscult a modo, nam rem tibi

**O**mnum concedere, & in tuam committere

**F**idem, certum est. Ro. audacter. Hi. postquam Carolus

**R**ex & dominus meus, ad bellum profectus est,

**T**alandum hunc quasi magistrum & custodem mihi

Reliquit. Ro. cui lupum opinor. Hi. tace sis, audies.  
 Diebus aliquot, ita ut sit, gesbit rem bene  
 Et grauiter: primus in foro, atq; in curia:  
 Primus, vbi rebus impendebatur opera  
 Diuinus: postremus in epulis & lectulo.  
 Enim uero spectatum & cognitum satis  
 Putabam, & magnum exemplum continentia:  
 Et mihi congratulabar. Ro. neg, id iniuria.  
 Hi. Verum, paulo post factus quasi alius, animum  
 Totum immutauit penitus: negligere sacra:  
 Contemnere doctos: aspernari supplices:  
 Monitores repudiare: studijs obsequi  
 Adolescentum: sectari scorta: crapula  
 Et genio indulgere: hac illi vita unica,  
 Hoc studium, hi mores homini. Ro. quid sit deniq;  
 Hi. Quid siat? est parasitus quidam, Benzelo,  
 Homo nequam, lurco, ganeo, confidens, catus,  
 Qui: (Deus illi meliorem mentem suggestat! )  
 Ro. Quid n*s* fecit? Hi. domum omnem scortis peruians  
 Fecit: coquos conduxit: delicias nouas,  
 Noua voluptatum genera inuenit. Ro. hem scelus!  
 Hi. Quid verbi opus est? totas noctes & dies,  
 Commisso quodam quasi Cyclopum prælio,  
 Vnacum illo potare coepit. Ro. prob Deum!  
 An ille sui generis, & regij status  
 Rationem non habuit? Hi. nullam proorsus. Ro. ehem!  
 Hi. Tum autem filiam habuit parasitus. Ro. Iam nunc  
 Amare Talandus occipit. Hi. scin' quam? vide, (scio:  
 Quod euadat postquam cupiditate mala semel  
 Desinxit animum, ad me recta pergit, rogat,

Obse-

**O**bscurat: ut mei copiam sibi faciam.

**R**o. **Q**uis homo? **H**i. Talandus, germanus Regis mei.

**R**o. **H**ominum fidem! **H**i. mane, nondum audisti, quod est  
Grauissimum. **R**o. an quicquam verò est etiam amplius?

**H**i. Verò amplius. Nam postquam me nego: neq; eum

Aequum aio facere, qui me vxorem censeat

Esse usurariam: cœpit inslare acrius:

Et quod plarig; omnes faciunt libidine

Perciti, homo caco nostri amore insaniens:

Niti assiduo in uictita, negata persequi:

Neg; locum, neq; tempus amoris remittere:

**Q**uid hoc, inquam, Talande? quæ res, quæ, (malum)

Te furia, aut intemperie agit ani? tūn' fratriam

Vt vxoris habeas leco? ecquid te pudet?

Ego te affinem meum dici tantisper hic volo,

Dum, quod te dignum est, facies: sed si id non facis:

Ego, quod in te sit facere dignum, inuenero.

Nulla adeò ex re istuc sit, nisi ex nimio ocio.

Pater, id etatis non amori operam dabant.

Nec frater Carolus: nam Longobardicam

Alter represit gentem: alter Aquitanicam:

Vterq; gloriā armis belli repperit.

**Q**uid verbis opus? hac illi dicens sapius.

Rosina, feci, animi propè vt incertus foret,

Pudorin', an amori obsequeretur magis.

**R**o. Miror, quorsum euadat tua tandem oratio?

**H**i. Interim, vbi cung; erat illi spacium solitudinis,

Vt colloqui mecum vna posset: ab mea

Tu. perq; sine te amplectar, sine te exosculer.

**R**o. Non tu hac Regina matri? **H**i. ne verbumquidem.

**R**o. Qua-

Ro. Quamobrem? Hi. quia socrum turbare nolui:  
Quam agerrimè laturam hoc flagitium probè  
Scigh,am. sed sine me peruenire, quò volo.  
Vbi me am pudicitiam, me tutari satis  
 Non posse intelligo: cœpi agrotum animum leniter,  
 Tractare: hem, tibi si maximè annuere velim,  
 Num tu licere speras facere istuc palam?  
 Haud quaquam hodie, inquit, ego istuc commitam tibi:  
Quin me potius in cellam aliquam conclusero  
 Tecum: id tutissimum est. Ro. At tibi Deus male  
 Fazit, Talande, pro isthac, ut demeritus es,  
 Audacia? Sed perge, ut cœpisti, loqui.  
 Hi. Postremò ad id res redijt, homo astuans  
 Amore, hac audiendo magis incensus est.  
 Putauit me, que vellet, serio obsequi.  
 Ro. Quid deinde fit? Hi. diebus sanè pauculis  
 Post, ipsi sum solum sula seduco foras,  
 In quoddam conclave retrò, in edibus vltimis,  
 Quod triplici præmunitum fuerat ostio:  
 Huc introlatus lectulus. Ro. quid ait, hera?  
 Hi. Ut ad pauc a redeam: proco me addo comitem:  
 Prehendo manu: dico placide: confabulor:  
 Irrito. Ut mox ad tertium deinde ostium  
 Peruentum est, homo moræ impatiens, sui immemor,  
 Præcurrit: & in interiorem partem domus  
 Irrumpit. Ro. quid tu illic? Hi. dicam, tace, audies.  
 Ut primum occasia data est, ego relata tum  
 Foris, ante cubile, celeriter prehendo ostium:  
 Recludo: pessulum obdo: abeo. Ro. hominum fidem?  
 Ut lepide commenta es doctrinam, & catum dolum?

Miror,

Míror, quî istuc tibi in mentem venerit, hera.  
 Hi. Qui venerit? quando alia pudicitiae mæ  
 Tutanda nulla fuit ratio? Sed interim  
 Nescis tu, in quanto sim metu. Ro. quónam metu?  
 Hi. Quia enim germanus Regis est, res hæc diu  
 Celari non potest. Nam ut primum is redierit  
 Domum, de fratre interrogabit protinus:  
 Quid ei dictura sum? Ro. quid enim, nisi res quod est?  
 Hi. Graue hoc erit mihi. Nam creare periculum  
 Vita & capitis ei, qui genere est proximus,  
 Inhumanum & nimis atrox videtur. Ro. quid igitur?  
 Vin' tu videri ei fecisse iniuriam?  
 Hi. Minimè omnium: Sed volo animum eius, qui modò  
 Omni lascivia & luxuria difflit,  
 Retundi, redigi, ut quò se vortat, nesciat.  
 Ro. Consilium hoc mihi placet. Hi. nam illum perfido ani-  
 Et per quam scelerato esse, res ipsa indicat. (mo.  
 Nunc hoc palam si proferatur, sat scio,  
 Ille inficias ibit: mea vita, & fama heri,  
 In dubium veniet. Quapropter, mea Rosula,  
 Quoquo pacto celato opus est. Ro. rectè mones:  
 Et mihi sententia est eadem. Hi. modò tu bene  
 Dissimulare ut possis. Ro. egón? imò optimè.  
 Sed hic quis est? Hi. vbínam? Ro. chlamydatus hic procul  
 Quia tam celerem celeriter fert gradum. Hi. mane.

## ACTVS I, SCENA II.

Eberthalius, Hildegardis,  
 Rosina.

DI boni.

Septenarij  
Trochaici  
catalecticis

**D**iboni, boni quid porto! quot latas res maximas,  
Quot triumphos, quot opes opiparas, praelargas, da-  
psiles,

Quot pompas, quot opportunitates mecum huc affero?  
Hi. Proh Deum! quem hominem venientem conspicor? quid  
hoc rei?

Eb. Mercurius, Iouis qui nuncius perhibetur, suo patri  
Nunquam nuncium a que lepidum apportauit, quam nunc  
ego.

Regina Hildegardi apporto. Ita plenus eo spei bona:  
Itaq; onustum pectus affero latitia atq; gaudio.

Hi. Est ne hic meus Eberthalius, magister aulicus? Ro. ip-  
sus est. (signum, hera?)

Hi. Haud alias est: agnosco signum in clypeo. Ro. quod

Hi. Scutum tribus insignitum ceruinis atris cornibus.

Sed quidnam ille gestiens modò venit? Eb. vix ipsa hera  
Regina, hec nisi sciat, exoptare à Dis ausiet.

Tantum è castris apporto bonum: tam grande afferogau-  
dium. (mur paululum.)

Hi. Miror, quam hic rem mihi denunciet! Ro. opperia-

Eb. Properato opus est: ut Reginam insperato augeam bo-  
no. (mibi:)

Hi. Sequere: eamus obuiam. Eb. nimis velim obuiam  
Hanc ut latitiam, nec opinanti, primus obiciam domi.

Hunc cursum capebam, quantum possum ad illam: cui boni  
Tantum affero, quantum ipsa adipisci exoptat atq; etiam  
amplius.

Hi. Latus est, nescio qui d. Ro. cur non illum properas allo-  
qui? (vocat?)

Hi. Lubet. Eberthali, hec ades, resiste. Eb. quis est homo qui  
Hi. Ego

Hi. Ego sum: respice ad me. Eb. ehem regina, salve plurimum.

Hi. Saluus sis Eberthali. Eb. euge Rosina, salve; vos volo. •

Ro. Saluum te aduenire gaudeo Hi. ecquid apportas boni?

Eb. Nuncio impertior bono, ac plus, quam speras, hera.

Hi. salua sum.

Nunquid nam de Rege Carolo, meo Domino? Eb. valet

Atq; viuit. Hi. vbina m est queso? nam diu nunc est, nihil

Cum de illo audimus. Eb. non procul abest. Hi. quid ais?

Eb. iam nunc redit

Huc domum. Hi. meus Dominus? Eb. Sic est. Hi. redit?

Eb. certè. Hi. meus

Carolus redit? Eb. dixi. Hi. mea vita? Eb. venit inquam,  
venit. (es arbiter,

Hi. Diuūm atq; hominum qui spectator, et rerum omnium

Spem insperatam quoniam hanc obtulisti mihi, grates ago.

Nam quod nunquā opinata fui. neq; quisquam aliis ciuiū

Euenturum esse, ut Rex t am citò conuertatur huc domum,

Bello tam periculoſo impendente: id opera Dei

Contigit. Sed obsecro te, mi Eberthali, hoc primū expedi:

Quae res est, quod se tam citò domum recipit ex hostibus?

Satin' omnia ex sententia? Eb. imò omnia. Hi. victor  
hostes prælio? (quomodo?

Eb. Nullo. Hi. Sed victi tamen? Eb. victi adepol. Hi. dic

Eb. Auscultare si lubet, dicam. Hi. lubet equidem mihi.

Nam viri pugnas audire, mihi voluptas maxima est.

Eb. Principio, ut cum copijs ad Alaræ ripas venimus:

Quā Visurgim is influit! Rex castra ponit Carolus:

Eaq; vallo munit & fossa: legiones pralij

Tupidas, atq; pugnæ studio ardentes, intus continet.

Hi. Vbi-

Hi. Vbínam? Eb. intra vallum & munitiones: nam de  
Saxonum

Copys incertum erat, quibus ha consedissent locis.  
Itaq; cum parua manu equitum me Rex ad castra hostium  
Exploranda præmittit: non desumus negotio:  
Et progressi longius, locis è superioribus  
Omnem exercitum hostium animaduertimus, è castris suis  
Egressos, interdum, velut in acie, seruare ordines:  
Nonnunquam suis locis procurrere. Hi. quid fit deniq;  
Eb. Hoc ubi Regi renunciamus: ipse sibi ratus  
Pugna tempus idoneum: castris educit copias:  
Instructaq; acie tribus horis continenter hostium  
Aduentum moratur: interim circumiens, & suo  
Quenq; appellans nominet: & graues memorans iniurias,  
Quas toties ab impia accepisset gente Saxonum:  
Cum primis, quod nuper admodum, violata publica,  
Et conceptis verbis iurata fide, octauum modo  
Eirebellent: & Gilonem & Adalgisum, Regis Duces,  
Contra omnia iura trucidauerint. Hi. factum est hoc du-  
riter  
Atq; immisericorditer. Eb. Sic est. Sed sine me, qua volo,  
Eloqui. Hi. loquere. Eb. iam dispertiti erant nostri ordines:  
Dispertiti erant viri: Rex ipse in prima acie ambulans  
Vota suscipit: pro se quisq; ad pugnam paratus est:  
Vt si qua esset Regi imposita pugnandi necessitas:  
Subitos ipse adiret casus expedito exercitu.  
Hi. Sed ubinam hostes tamdiu? Eb. expecta: audies. nam  
milites  
In acie dum positos rex habet: ecce, preter omnium  
Expectationem, in castra veniunt flentes hostium

Princi-

Principes: petunt colloquium cum Rege ipso Carolo.  
 Continuò admissi, sese projiciunt ad Regis pedes:  
 Obscurant, ignoscat peccatum: fatentur perfidè  
 Contra ipsum arma sumfisse: in eadem tamen noxa simul  
 Omnes esse negant: seditiones, aiunt, atq; imp̄bos,  
 Multitudinem terrere, ne Regi nostro fidem  
 Datam in senatu, contra Vitichindi iussus Luppiæ,  
 Afferuent. Hi. audaciam vide, & summam impudentiam.  
 Ro. Hoc nunc more viuitur: ut nusquam sit gentium fides.  
 Eb. Vnum hunc principem esse commemorant: qui in Da-  
     niam modò  
 Ad regem Goticum, auxilia postulatum, venerit.  
 Hunc unum pacem uiolare publicam: iura & sacra  
 Pro nihil estimare: unum nego, iureiurando, nego  
 Obsidibus teneri. Orant Regem, hanc iniuriam rei  
 Publicæ, & suum dolorem precibus innocentium  
 Condonet. Hi. prudenter istuc factum. Sed rex Carolus  
 Quid respondit? Eb. primum, quid in illis reprehendat,  
     acriter  
 Ostendit: quæ intelligat ipse, atq; alij, proponit: monet,  
 Ut reliquum in tempus fidem prestant, sibiq; obtemperent:  
 Vitichindum nova molientem deserant: nunc, si sine  
 Vi, sine armis, seditionum istarum authores tradere,  
 Imperata facere, & victori velint se dedere:  
 Exemplò se exercitum, affirmat reducturum domum.  
 Hanc unam esse pacis conditionem: quam si, dum licet,  
 Accipiant, fide interposita, nociturum se netnini.  
 Hi. Quid ibi Saxones? Eb. fidem dant, abeunt. Hi. le-  
     tin', an secus?  
 Eb. Latiores lati. Nam die postero ad nos cominus

*Accedunt quater mille & quingenti Saxones, manus  
Supplice, armis depositis: se, divina, humana omnia,  
Vrbes, liberos in ditionem victoris Caroli.*

*Atq; in arbitratū dedunt. Hi. quid ais? Eb. Sic sine prælio,  
Sine pugna omni, sine labore, Rex noster potitus est  
Hostium: rebelles puniti: pax facta. Hi. prob Deum,  
Quām gratam rem nuncias! Eb. est sic factū, atq; huius rei  
Gratiā, huc precurri, ut hæc tibi nuntiem. Nam Carolus  
Ingenti præda huc onustus iam reddit, perduellibus  
Sine vi, sine bello domitis: neq; illum iam procul ab fore  
Confido. Hi. intra, & famulos iube, rem divinam mihi  
Apparent. Eb. eo rectā viā. Sed est, cuius propè  
Fueram oblitus: & quod maximè volebam. Hi. quidnam?*

*Eb. ubi*

*Queso Talandus est? Hi. iam faxo, hic aderit: i modo.*

*Eb. Eo. Hi. nunc tu, Rosiva, animum aduorte, & quid facere te velim,*

*Percipe. Ro. ausculto. Hi. quæ res animum meum angat  
maximè,*

*Id tenes? Ro. teneo. nempe Talandi negotium. Hi. probè.*

*Ro. Et scelus, quod nuper intulit tibi. Hi. videlicet.*

*Ro. Quid igitur vis faciam? Hi. volo Regis ei adventum  
nuncies.*

*Ro. Intelligo. Hi. tum harū optionum utrā velit proponito:*

*Aut iam nunc veniam sceleris admissi à me deposcere:*

*Aut à Rege pœnam expectare. Ro. hera, dictum mibi puta.*

*Hi. Si veniam peccati pollicetur à me exposcere:*

*Ostium hisce clavibus resera, emitte, atq; ad me iube*

*Acdudum venire. Ro. intelligo: Sin autem veniam negat*

*Se peciturum? Hi. tum non emiseris. Ro. ero memor.*

*Hi.*

**H**i. Propera atq; extemplo redi: ego interim in hoc facello  
regio (bula.  
Rem divinam faciam, & vota soluam. Ro. eo. Hi. benè am-

## A C T V S II. SCENA I.

Carolus Rex, Ludobertus.

**C**um victis hostibus, re placida, facta pace, civibus Octonarij  
Salvis, duello extincto maximo, re benè gesta, integro Iambici,  
Exercitu, & praesidijs, legiones nūc reveniunt domū. & Senarij duo,  
Magnas meritò, Ludoberte, habemus soli gratias Deo:

Cuius virtute solius, victa est gens immanissima.

**L**u. Isthuc pī & sapientis est, ô Rex, partam victoriam

Ei referre acceptam, à quo solo atq; uno proficiscitur.

Nam nostra industria nihil fit, ubi non præsto est auxilium  
Dei. (opes.

**C**a. Ego certè Deo supremo maximo, valido, omnipotenti,  
Spes, copias, triumphos commodanti mihi, lubens ago,  
Et habeo gratias. Nam si unquam quenquam auxilio adiu-  
tum Deus

Voluit, me hoc bello servatum vult: cùm gentes fortissimā.

Et armis invictam, in manus meas tradidit. Lu. vera me-  
moras.

**C**a. Equidē cum multis hostibus ancipiti congressus prælio,  
Sæpè manum conservi: sed mihi credas velim: nec Vascones  
Cum Rege Hunoldo: nec Masurium pugnacissimum ducem:  
Nec gentem Longobardicam: nec Saracenos efferos:

Nec Thassilonem Boium: nec Liburnos immanissimos,  
Tam difficile fuit, quam Saxones hos, armis vincere. (co

**L**u. Sic est. **C**a. hi milites animū amittunt, priusquā de lo-

Migrent: qui quod, ut steterit, iacebit, obtinebit quod ordinem.  
Primi hostem Angriuarij adoriuntur: unde & nomen obtinent:

Postremi de loco recedunt: nec nisi vicitis hostibus.

Lu. Rex, haud falsa loqueris. Ca. quid auxilia tibi dicam  
Danicas?

Hac gens est, que Romanū Imperium sola non extimuit: hac  
Mario Triumphum imminuit: hac Vari legiones his locis  
Delevit: hanc olim trepidus expavit Bellisarius:

Hac Italiam perdomuit: hac Hispaniam sibi subdidit:

Hac Africam vicit: & imperium ab uno ad alterum polum  
Transtulit. Lu. ita est. ut dicis. Ca. an non meritò boni-  
tatem Dei

Propitiam agnosco, & grata mente recolo: qui me his ho-  
stibus

Superiorem esse voluit? Lu. facis ut te decet, Rex inclyte.

Ca. Evidem hoc de me polliceor, si Deus conatibus meis  
Successus largietur prosperos: ut haruni gentium

Simulacra penitus corruant: quod aedes sacras & scholas  
His in locis fundaturus sim plurimas & maximas.

Lu. Euge, ô Rex, macte animi, istuc feceris par cæteris  
Factis tuis. Ca. Sed interim, mi Ludoberte, ecquātu putas  
Vxori me meæ Hildegardi optatum adventurum domum:  
Quæ me adeò amat: quam contrà amo? Lu. certè ego te illi  
optatum scio (litum

Venturum: dummodo pergitus. Ca. mane: prius quod mi-  
Tribunis & magistris equitum edicam, habeo: mox hic ero.

## ACTVS II. SCENA II. Talandus, Ro fina.

Ita

R

et affluitus etiam  
ad eum, ut non  
possit ad eum  
venire, neque  
possit eum  
ab eis removere.

Non faciat me deponere  
in illam mortem  
quae est mors sapientum filiorum, quia omnia  
tunc esse melius semper, quam preveniri  
miseria. Considera consilio palmam da: hic me dignificat  
et confortat fratrem. Et tu habebis tunc subiectum  
veritatis, et multum gratiarum non excedat fama  
de auctoritate tua, neque de tua coniunctio-

A C T U A L I S M U S I C A S C E N T R I

Carolus L'Epée, Mus. Lond. Soc.

Eiusdem ges-  
neris.

**E**xpedivi omnia, que volui. Ta. ecum Regem ipso in  
tempore. (abstulit?

**C**a. Sed ubi nunc Ludobertus antistes meus? quò se  
Lu. Hem prætò sum, & te iam dudum expecto. **Ca.**  
non potui ocyus

Me dissoluere. Ta. nunc inuenta opus est audacia & dolis.

**C**a. Pergamus Lu. sequor. Ta. ego faxo, ne me frustra de-  
riserit.

**C**a. Sed quid hoc, quod exanimatus huc Talandus cursit at?

Ta. Haecce flagitia facere illā? haecce scelerā cōmittere?

**C**a. Me miserum! quidnam est? Ta. nam sic, ut irridere  
me sinam,

Satiūs est mihi, quovis exitio interire. Lu. tristis est.

**C**a. Adeamus. Talande optate, salue. Ta. saluum gaudeo  
Te aduenire. cedo tuam mihi dexteram, ubi sunt spes mea?

**C**a. Quid tibi est? Ta. tenebra oboriuntur, genua inedia  
succidunt.

**C**a. Quid rei est? dic ocyus. Ta. retine me, retine tu obsecro.

**C**a. Vider ut expalluit: ut miserè miser homo contabuit?

Lu. Video sanè, & miror, unde hec macies ei. Ta. perij,  
occidi:

Os amarum habeo, dentes plenos, aridas fauces fame.

**C**a. Quid mali est? dic, neque me suspensum tene. Ta. ab  
vereor tibi

Dicere. Ca. quid vereris? Ta. mulier quedam me male per-  
didit.

**C**a. Mulier? Ta. sic. Ca. quenam? Ta. pessima: cui scili-  
cer hanc maciem fero

Acceptam. Ca. quamobrem? Ta. pudet, hoc presente lo-  
qui. Lu. abierto,

Sipla-

*Si placet. Ta. Cedò te mihi soli solum. Ca. age fiat: tu parū  
Abscede hinc Ludoberte. Lu. lubens. Ca. age loquere. Ta.  
postquam ego regio*

*Edicto morem gero, & regni administrō negotia:  
Video, nescio quam Rosimundā, aut Frædegundim in inti-  
ma*

*Esse domo: procos video: video Amelchidas & Silios:  
Video Messalinam, Cleopatram, Brunhildim: conspicor  
Eurydicem, Phædram. Parisatin. quid multis verbis opus?  
Noua quædam in Talandū Sæsia fuit: sed non Talandus hic  
Erga eandem Melenus fuit. Ca. quas tu ambages mihi  
Occinis? quas Sæsias, quas Phædras, quas Parisatidas  
Profers? quin tu quicquid est, ad capita perveni. Ta. mox  
venero.*

*Quædam in illa deprehendi. qua ubi displicebant omnibus:  
Cœpi ei adversari primum, obiurgare, minari mala.  
Ca. Cuīnam homini, Talande? Ta. tace, mox audies.  
Ca. sine audiam.*

*Ta. Illa lacrumanis ultero ad me venit, orans, obsecrans,  
Vt si bī hæc facinora ignoscerem, tacerem, crederem:  
Ignotum est ei, tacitum est, creditum est. Rogat ad cœnam  
adsiem:*

*Relligio fuit negare. quippe nullius mihi  
Culpæ conscius. Ventum est, cœnatum est, appotis sumus.  
Ibi mulier prehendit dextram, seducit: ego nil mali  
Mihi timens, ingredior ostium: Illa retro pessulum  
Obdit, ianuam obserat; meq; intus detinet  
Pro captiuo: & diris insuper vexat ieiunij.  
Hic nunc sextus est mensis, cum caco huic inditus ergastu-  
lo.*

- Strenuè esurio, & dura fame contabesco miser.  
Hodie primum, ubi illa de reditu tuo fit certior,  
Me dimisit : ne quod carcer afferret periculum.*
- Ca.** *Obsecro, quænam, aut cur hoc fecit ? nam scire istuc  
expeto.*
- Ta.** *Quid rogas ? ne scilicet obseruare possem, quid gerat,  
Ne cu reprehenderem, aut quas afferrem flagitijs moras.*
- Ca.** *Quas moras ? quibus flagitijs ? quid ait ? quin verbo ex-  
pedis ?*
- Odiosa est oratio, cum rem agas, longinquum loqui.*
- Ta.** *Dicam igitur paucis, sed hoc prius rogatum te volo.*
- Ca.** *Quidnam ? Ta. scin' tu, qualis in Iosephum uxor Pu-  
tipharis,*
- Absente viro, olim fuerit ? Ca. scio. Sed cur istuc rogas ?*
- Ta.** *Quia talem omnino erga me, atq; alios se præbuit tua  
Uxor bellatula. Ca. meauxor ? Ta. haud alia. Ca. Hil-  
degaridis ?* (meum est)
- Ta.** *Ita loquor. Ca. caue mendacium. Ta. mentiri non  
Nisi tu me in eo credis esse bominum numero : qui iniuriā,  
Sibi factam ultrò expostulant, quam fecrē ipsi, & ultrò itē  
Accusant. Ca. non crediderim. Ta. ausculta ergo, ut rem  
discas prius,*
- Quam dijudices. Ca. dic igitur. Ta. ubi te absente diutius,  
Uxor me solum videt, remotis arbitris, adit,  
Orat, compellat. Ca. quid orat ? Ta. quod mulier nequam,  
impudens.*
- Ca.** *Hem, quid ait ? Ta. quid enim ? nisi quodd me oravit il-  
la sapiens,*
- Vno ut lectulo secum accubem. Ca. prob bone Deus ! Ta.  
mane.*

Nondum

*Nondum rem omnem percepisti. nam ubi me facturum  
nego:*

*Illa alios sibi accersit, vocat cœnatum, dicit. Ca. hem!  
Ta. Accubat, propter dormit, pudoris oblitæ & tui  
Immemor. interim me inductum fraude & muliebri dolo,  
Hoc ergastulo inclusum, fame enecat: ne scilicet  
Obseruem, quas res gerat: hinc ista macies, hinc pallor est.  
Ca. Heu me miserum! Ta. faciem specta: vera locutum  
senties.*

*Ca. Ah miser ego, præter alias vxorem meam ratus  
Sum frugi, castam, piam & amantem mei, quam maxime.  
Ta. Ego quoq<sub>z</sub>, hercle illam antehac mulierē sum frugi ra-  
tus. (preti,*

*At nunc dehinc scito illam ante omnes mortales minimi  
Nihili, incontinentem, lasciuam, inimicam viro suo:  
Fredegundi & Brunhildi consimilem, reginis Gallicis.*

*Ca. Ludoberite, vbi es? Lu. præstò sum, si quid me vis, im-  
pera.*

*Ca. Heu me infelicem! Lu. quamobrem? Ca. hancine  
vitam ego parsi perdere?*

*Nec in acie Aquitanica, aut Italica, aut Saxonica occubui?  
Hancine causa ego eram tantoperè cupidus redeundi do-  
mum?*

*Cui quantò fuerat præstabilius, vbi uis gentium  
Agere etatem: aut seruitium subire Longobardicum:  
Quam huc redire, atq<sub>z</sub> hac ita esse, resciscere.*

*Lu. Obscro, mi Talande: quid ortum turbarum est domi?  
Ta. audies.*

*Ca. Nam nos omnes, quibus est alicunde aliquis obiectus  
labor,*

*Omne quod est interea tempus, priusquam id rescitum est,  
lucro est.*

**Ta.** At sic curius, qui te expediās his ærumnis, reperias.

**Ca.** Incertus sum, qd agam; præter spem hoc mihi contigit.

*Ita sum irritatus, ut animum ad cogitandum nesciam  
Instituere.*

**Lu.** quid actum est? **Ca.** Ludoberete, ego præ  
iracundia (sum filius:

*Non sum apud me.* **Lu.** quamobrem? **Ca.** ego ille Pipini  
Martelli nepos, rex Carolus: qui vici Saxones:

*Hunnos contudi: superæui Auares virtute bellicæ?*

*Hem cuite, & quæ habes concredas: hem cui imponas regiū  
Diadema! istuc ut viderem, ut ferrem has contumelias?*

*Prius vitam, quæ non hoc ulciscar malum.* **Ta.** ne ego  
Inuitus tibi ista dixi. Sed pietas facere hoc iubet.

**Ca.** Nam vir nullus est, quin sit malus, qui reticet subdolè,  
Si quid peruersè fieri videt. **Ca.** heu heu, perdis me tuis  
Dictis. **Ta.** imò te seruo, & seruatur: volo. nam scio,  
*Quanti tu illam facias.* **Ca.** quanti faciam? gestio dari  
Hanc mihi in conspectum mulierem: sua culpa, ut sciat,  
Lenem regem illum, factum nunc esse acerrimum. **Ta.** scio,  
*Quæ tua sit facilitas: qui amor erga illā.* nam quæ nunc ita  
Tecum iratus tute cogitas: egón' illam? quæ me ita?  
*Quæ alios? quæ sic? sine modo. mori me malum, iam sentiet*  
*Qui vir sim. hac verba, me hercule, vna falsa lachrymulae*  
*guttula,*

*Quæ terendo oculos miserè vix vi maligna expresserit,*  
Restinguet: & ultrò tete accusabis, & ultrò ei dabis  
Supplicium. **Ca.** ô facinus indignum! quenquam animo  
tam futili

*Aut leni putas, qui hoc ferat inultū?* **Ta.** nolim me hercule.

Atq;

**A**tq<sub>3</sub> ideo hórtor, admoneo, rogo; caue a sibi: ne idem  
Experiare, quod Mithridates à sua olim Laodice.

**C**a. Istuc, si viuo, cauebo satis. nam famulis nunc domi  
Edicam omnibus, obtorto ut collo trahant, atq<sub>3</sub> in vada  
Iule amnis demergant. Lu. quem ho: ninem? **C**a. reginā,  
vxorem me.m.

(hercule  
**L**u. Obsecro, quid ea admisit? **C**a. ab pudet eloqui: pudet  
Et piget, sed quid sto? quid cesso intrò irrun:pere, atque ubi  
Quenquam inspexero, siue ancillam, siue seruum, occidere  
in edibus,

**E**o. Lu. nisi aliud me vis amplius, ibo salutatum lares:  
Et vota solutum in facello hoc proximo. **C**a. i sanè, ut lubet:  
Vos sequimini me huc intrò serui, manipulares mei.

## ACTVS II. SCENA III.

### Talandus.

**A** bijt uterque: ego solus adsto: quid agam?  
Senarij  
Nisi dum regina hoc exedit: modò quode ei  
Intrui: & ha:crescunt turbæ: interim aliquid  
Abeam, me q̄ reficiam: nam diurna inedia  
Me propemodum confecit diebus proximis:  
Neg, ego antè unquam in vita esuriui fortius.  
Stomachus etiamnum latrat, viscera murmurant,  
Intestina crepant. quod erit mihi bellissimum,  
Antiqua recolam: & hunc diem genio dabo,  
Et Veneri & delicys: & certè sic agam.  
Nunc Benzelonem accersam: qui hodie prandium  
Mibi appetet. nam annum illo caruisse video.  
Heus, nemón' huc prodit: abi Conceline, & huc  
Adduce Benzelonem parasitum ocyus:  
Dic in popina me conueniat proxima.

ACTVS

172 NICOD. FRISCHLINI  
ACTVS II. SCENA V.

Hildegardis, Ludobertus.

Octonarij  
lambici.

Probre Deum & hominum fidem! Ludoberte, quid narras? Lu. dictum puta  
Hi. Itane tandem, ut Rex tam in brevi spacio omnem

eiecerit

De me animum? Lu. omnem prorsus. Hi. me miseram!  
quodnam ob facinus? quid ego

Tantum sceleris admisi? Lu. id nescio. nam scitanti mihi  
Ne verbum quidem respondit Rex: sed irâ concitus,  
Aedes perrupit: cædem prius interminatus omnibus.

Hi. Hei mihi! quid audio? Lu. quin etiam famulis edixit  
serio,

Vt gbtorto collo te abripiant, atque in amnem hinc auferant.

Hi. O Cœlites! hinc expectati reditus? hinc triumphi erat?  
Haccine trophæa, quæ denunciauit Eberthalius mihi?

Haccine causa tot vota solui? tot donis altaria

Cumulaui? an pœnam ut capit is luerem immerit? Lu. he-  
ra, scio ego, quam graue hoc

Sit tibi, cui fit. Verum, mihi credas, ego nō minus egrè fero:  
Qui, quamobrem hoc supplicium luas, nescio: nec rationem  
satis

Capiro: nisi quod tibi ex animo condoleo. Hi. non dubito.  
Lu. ytinam!

Profectò meliore, adueniens modò, te exhibilassim nuncio.

Hi. At nisi te fors ipsa in facellum hoc, ubi iam diuinarei  
Operam dabam, mirando casu detulisset: ego in manus  
Irati Regis incidissem infelix. Lu. non dubium est mihi.  
Adeo properabat ille, te cum familiâ omni perdere.

Hi. Ab

**Hi.** Ah me miseram, quis optimum virum eò potius impellere?

**Aut** quis cum illo prior me, sermonem ullum contuli: cedò.

**Lu.** Ego præter vnum vidi neminem. **Hi.** quisnam fuit obsecro?

**Lu.** Illum cum meditata querimonia iuisse ad Regem scio: Verùm quid dixerit, haud scio. nam solus cum solo astitit: Ego remotus. **Hi.** quis homo? **Lu.** frater Regis. **Hi.** Talanus? **Lu.** haud alius.

**Hi.** Heu, heu, malo meo isthic bodie compositis mendacijis, Audaciae columen, consutis sycophantijis & dolis, Præuertit Carolum Regem, Dominum meum. **Lu.** sic autumo. (felicè me tui.)

**Hi.** At ego tam scio, quām me viuere. **Lu.** miseret pro-

**Hi.** Ah, ah, quid egi? cur dimisi? cur non in custodia

Detinui? hei mihi! animus me deficit: animo meo male est.

**Lu.** Hera, lacrymas mitte: ac potius, quod ad hanc rem opus

est, porrò consule.

**Hi.** Quid consulam? quid agam? quod remedium inueniam  
iracundie?

**Loquárne?** incendam: taceam? instigem? purgem? laterem  
lauem.

**Lu.** Quod consultissimum videtur, Regina, id facias velim.

**Hi.** Quidnam? **Lu.** aliquò aufugias: teq; occultes per ali-  
quot dies:

Dum confilescent hæ turba, & Regis commites cit animus.

**Hi.** Ita me facere certissimum est. **Lu.** veruntamen hera  
mea, amica,

De me quicquid erit: ibo ad Regem. nam nolo me hercule,  
Ex me te resciuisse, resciscat quisquam. **Hi.** fac ut lubet.

**Lu.** Quic-

Lu. *Quicquid in illo reconciliando potero: id faciam hera, lubens.*

*Tu verò, quicquid sors feret: id omne aequo animo feres.*

## ACTVS II. SCENA VI.

Hildegardis, Rosina.

*Eiusdem generis.*

**I**lluc abijt: Deum immortalem! quónam incomitata fugiam?

**Q**uò sola nunc me recipiam? vbi insitam misera, arum-nosa, inops. (nit in domum:

**R**o. Durare híc intus nequeo: ita Rex modò tumultuans ve-  
**Q**uosq; obuios sternit, tundit, rapit: flagris penè ad necem  
Multat: neq; quid se dignum, quidue indignum, quicquam  
pensi habet. (do illum ego

**H**i. Ted eccam mihi Rosinam commode obuiam. **R**o. cre-Talando sic iratum, cuius flagitium forte & scelus  
Resciuit aliquā: nunc ibo, vt visam, vbi Regina sit, quod è Sacello nondum redijt. **H**i. hem, Rosina. **R**o. ellam: adsum hera. quid iubes. (in pedes.

**H**i. Conuas intus, que habeo, optima: & te mecum conycito

**R**o. Quamobrem? **H**i. quia sic factō opus est. nam nisi fu-giamus ocyūs: (quid rei est?

Vitam ego meam vitiosa non emam nuce. **R**o. obsecro

**H**i. Vite insidiantur nostra. **R**o. quis? **H**i. vir optimus, & vir pessimus. (optimus,

**R**o. Qui pessimus & vir optimus? **H**i. Rex Carolus, vir Talandus pessimus. **R**o. quid ais? an ille culpam flagitiū Non deprecatus est? **H**i. imò ne venit huc quidem scelus.

**R**o. At ille se venturum, & ad omnia descensurum dixerat.

**H**i. At ille Regi occurrit, me prauortit, probri & propudij Falso

Falsò insimulauit. Ro. eheu me misera! quid ego ex te audio?  
 Hi. Nunc nisi celeriter profugero, vix effugiam infortuniū.  
 Quare properato opus est mihi. Ro. qd̄ vis faciam? Hi. quod  
 iusseram.

Abi, fer hoc argentum, aurum, gemmas, ac dudum redi.  
 Ro. abeo. (hi comes,

Hi. Sic apparata sum ad fugam, vt videtis. egomet mi-  
 Calator, eques, satelles, apparitor: egomet mihi fero,

Quod usus est. ô misericors

Dimece:

Deus: tu quem vis confidentem facile tuus facis:

Eundem, si vis, ex confidente diffidentem dictis facis.

Da mihi, ne in hoc tristi casu succumbam tantis miserij.

Ro. Quicquid prehendere potui, id huic vidulo indidi, atq; ad  
 te affero.

Hi. Limen superum inferum q; salue: simul extremum vale.

Hunc hodie postremum extollo mea domo Aquisgrani pede:

Vsus, fructus, victus, cultus nunc istarum ædium mihi

Interfectus, alienatus, peremptus est. Ro. curate hera

Amabo. siccine immunda! Hi. ah fortunas immundas decet

Squalorem consequi. Sed dum properamus: in mentem venit

Adelindis germanæ: qua ubi rescierit meas has miserias

Dolori succumbet. Ro. neq; id mirum. Hi. quod igitur opti-  
 mum est:

(mo, ô hera,

Te maximoperè oro. Ro. quid est? faciam lubenti ani-

Et quæ te velle arbitrabor, ea expetam: volo esse, ut me voles:

Quin imperas? Hi. velim, ut pauca ad sororem Adelindim

deferas,

(hera,

Ei q; infortunium hoc denuncies. Ro. quanquam te inuita,

Carebo: animum inducam tamen. Hi. Sed nostin' viam,

queferat

In ar-

In arcem Caldariensem? Ro. quidni nouerim, hera? quippe ea

Arx non procul abest à Podmano arce: vbi sedes mihi patria est:

Et in arce, proxima huic loco, facile comites inuenero.

Hi. Ibis igitur? Ro. Ibo: sed quid Adelindi sorori perferam?

Hi. Nihil, nisi ut his erectam me malis in tuto collocet:

Ego interim apud hunc Regulum, vicinum nostrum, quasi latens,

(ambula-

Redditum tuum expectabo. Ro. sat habeo: vale. Hi. bene

### ACTVS III. SCENA I.

Benzelo, Parasitus.

Senarij  
lambici.

**H**OC viuitur nunc more morum pessimo:  
Si quis sit pauper, atq; haud malus, ut ceteri,  
Nequam astimari et solet: diues est,

Et malus, is frugi habetur nunc cliens:

Qui neq; leges, neq; aequum, neq; bonum colunt,  
Patronos sollicitos habent: qui fænore,

Periurijs, vi, rem locupletârunt suam,

Illi nunc primis insident subselljs.

Nam vtq; quiq; sunt magni & potentes, hunc habent

Morem: volunt amicos sibi esse plurimos:

Boni an mali sint, id nequaquam queritant:

Res queritur magis, quam amicorum fides.

Huius rei coniecturam de me capio.

Nam si vir bonus esset, si doctus Philosophus,

Si clarus Orator, si vates elegans:

Prius fame perijsem, quam semunciam

Fauoris apud Talandum hunc reperisem, id scio.

Nunc

Nunc quia duas artes profiteor, quas ei  
 Novi acceptissimas: in magna gratia,  
 In magno sum numero apud istum Principem.  
 Eas, propter paucos quosdam ordinis mei  
 Socios & collegas, quos hic novi, proferam.  
 Una est lenonia, quam multis exercui  
 Annis: altera parasitica, quam aquè calleo.  
 Nam meus herus ita magnus moechus mulierum est:  
 Ut neminem fuisse, nec fore creduim.  
 Tum vero sector popina maximus.  
 Nam illic homo homines non alit, sed educat:  
 Saliates cœnas dat; ita mensas extruit:  
 Tantæq; concinnat strues patinarias,  
 Ut standum sit tibi: si quid de summo petas.  
 Is quid nunc me accersit, sibi ut coniuasim;  
 Nefas duxi hoc illi officium negare: cui  
 De media nocte sic servire haud abnuam.  
 Nam omnes inimicitias pluris non aestimo:  
 Quam mensa inanis nunc si apponatur mibi:  
 Infamia perire malo, quam fame.  
 Vab! ridiculos Philosophos, de summo bono  
 Qui differunt: & interim quod potitent,  
 Aut quod edant, non habent: mihi sententia alia est:  
 Ego summum esse bonum iudico: alienum cibum  
 Arrodere, & aliena quadra viuere.  
 Hoc, qui foris non credit: is esuriat domi.  
 Sed comprimenta mibi vox atq; oratio:  
 Ipse egreditur mens Dictator Patinarius:

Talandus, Benzelo.

Octonarij.  
Iambici.

**P**Arasitus ociosè cessat, prandium corrumpitur.  
Sed ecceum. Be. simulabo, quasi per totam urbem ipsi-  
sum quæsiverint.

Age, si quid agis. Di immortales, ubi conveniam nunc  
herum (querere:

Meum Talandum? quem per omnem urbem defessus sum  
Per ganeas, per lustra, per popinas, in toto foro:  
In omni gymnaſio, per myropolia. Ta. Benzelo. Be. qui  
homo est,

Qui revocat? Ta. ego sum. Be. O commoditas mea! Ta  
salvus sis Benzelo. (lubens

Be. salve opportunitas mea, quam nunc post sextū mensē  
Video. sed ubi Dominus meus interim delituit tamdiu:  
Quod nusquam prodix? Ta. ubi minimè cupiebam. Be. u-  
binam igitur?

Ta. Dicam post intus, ubi plus ocy erit. nam ad hoc nar-  
randum hodie

Vacuum esse me oportet, sed tu unde venis tam tarde? cedo.

Be. Quidam meorum curialium remoratus est: cui  
Hodie advocatus causam dixi capitalem clientulo.

Di perdant illum, qui mihi hunc diem corrumpit, ut adeò  
Tardè ad sim è curia. Ta. De curia forte volebas dicere.

Be. sive decuria sive è curia, parum interesse iudico.

Ta. Qua tu ades è curia: qui in nullum unquam senatum  
veneris?

Be. Vah! qui istuc audes dicere: qui Dictaturam tecum gero  
Per annos integros decē? Ta. quam Dictaturam Benzelo?

Be.

Be. Vbi ego coquus, meretricibus, & scortis, tu parasito imperas.

Nam mihi popina, non popina est, sed curia. Ta. qui curia?

Be. Quia ibi consul mihi condus, praetor promus est. Ta. intelligo.

Be. Doctores, coctores: qui iura proferunt in lancibus  
Et patinis. ibi ego capitalis triumvir, accuso capitum  
Gallinas, anseres, boves, oves, totum altillum gregem.  
Ibi culpa, pulpa: poena, cœna: Codex, lodex: fabula.  
Padula: supellex, pellex: fiscus, discus: iam me deficit  
Spiritus. Ta. egregiam mihi profecto memoras curiam. Be.  
ut placet? (in Regis foro.)

Ta. Per placet. Be. in hac ego malum consenescere, quam  
Vbi obsurdescendum clamoribus, tabescendum inedia.

Ta. Et ego tecū una perpetuā in eadem atatē agere: modō  
Nunc licet, Benzelo. Be. quid prohibet? Ta. cundum est  
hodie in prælium.

Be. Quod prælium? cedō. Ta. ubi imperator, apparator:  
lanx, phalanx:

Vbi signum pugna militibus dant tibia tibicinas  
Vbi prælii locus, focus: fossa, offa: lances, lanceæ:  
Cristæ, ciste: acies, facies: bella, labella: spicula, pocula:  
Vagina, lagana: spolia, dolia: scutum, scortum: prælia,  
Prandia: stratagemata, tragemata. Nunquid placet hoc  
prælium? (illid.)

Be. Imò optimè: modō hostem aggrediamur. Ta. iam fieri  
Sed nunquid forte noui? Be. nihil, nisi quod milites domiū  
A legione remissos, vidi plenis ire vys. Ta. quid ferunt?  
Iumenta secum ducunt plurima. Ta. quid cum? Be. simul  
arma referunt.

Ta. *Quid mihi cum armis? quid cū iumentis?* Be. *pueros,*  
*virgines,*  
*Et novitas pueras ductitant.* Ta. *hac merx mihi placet.*  
 Be. *Tum mcretricum numerus, Talande, tantus est, quan-*  
*tum expetas.*

Hoc adcō veni, ut nunciem tibi. Ta. *nimiſ faſum bene!*  
*Sed nullamne ex illis vidisti virginem, ego quam depeream?*  
 Be. *Imò vidi unam auratam, ornatā, ut lepidè, ut concin-*  
*nè, ut novè.*

Ta. *Beas me Benzelo. nam hodie genio meo multa faciam*  
*Bona, tuo auspicio: tua ope & opera.* Be. *Sic faciundum*  
*censeo.*

Nam iuvenis cūm sis, te, dum solidæ vires, sanguis integer;  
*Voluptati, & vino operam convenit dare: ol:m cūm senex*  
*Fueris, & te horum ceperit satietas, tunc in otium*  
*Te colloces: teq; ad pietatem componas.* Ta. *dicis catè*  
*Et dicis lepidè, Benzelo.* Be. *quid ni dicam? offa me monet.*  
 Ta. *At qui una hæc concio magis mihi placet, quam Ludo-*  
*berti decem.*

Be. *Senectus & mœror sponte sua veniunt: fronte exporrigi*  
*Dum licet.* Ta. *ausculto.* Be. *tempus reliquum appone lu-*  
*cro: qui crastinum*

*Metuit, nunquā viuit hodie.* Ta. *sanè istuc facio, & suauia*  
*Habeo præsentia. nam frater dissimili studio est Carolus.*  
*Ego hanc clementem vitā, atq; ocium secutus sum hactenus:*  
*Et, quod fortunatum putant, uxorem nunquam habui.* Be.  
*Scio,*

*Quæ propria foret, sed usurarias quam plurimas.* Ta. *in his*  
*Me oblecto: quod præsens & suave es: t: solum id est carum*  
*mihi.*

Ille

interest.

Tu, quantus quantus es, Talande, nil nisi sapientia es:

Ille rudis, iners, futilis, ignarus huius vita & somnium.

Ta. Euge Benz elo! dono te ob hoc dictum duobus Francis.

Be. Dite servent: bonorum custos: decus inopum: salus mea:  
Amoris deliciae. nunquid palrum obtrudo homini sic satius?

Ta. Quid agis? Be. virum te maximum & optimum hic  
astare conspicor.

Nunquid aliud? Ta. intrò ut abeas, & mecum una pran-  
deas. Be. eo.

## ACTVS III. SCENA III.

Carolus, Ludobertus.

**Q**uantò in pectore meo hanc rem voluto magis, Lu- Septenarij  
doberte, (tidie. Trochaici  
Tantò mihi agritudo in animo augescit magis quo- Octonarij  
Ad hunc modum mihi verba data: sic perturbatam Cataleptici &  
familiam. Cataleptici,

Tum verò uxor, vitio, stupro, dedocore plena, me enecat.

Lu. Haud mirum est, domine: Si modo vera sunt, quæ dicta  
sunt tibi.

Ca. Ah veriora, quam velim. Nam ut liceat obliuiscier,  
Iam depacisci morte cupio: tu coniuncto ceterum,  
Quid ego ex hac miseria capiam. Lu. plus quam te capere  
conuenit.

Nam qui alios casus pertulisti fortiter: nunc minus malum

Ta. Tam acerbo fers animo. Ca. omni Ludoberte, domestica  
mala grauius

Afficiunt, quam extera. Lu. siquidē tam iniquo accipian-  
tur animo.

Ca. Semper tu memineris, tunicā propiorem esse ipso pallio.

Lu. Scio; sed velim tamen, ne quid in hac re tam grandi, te-  
merè agas:

Neu frustra te excrucies: neu falsò suspectā habeas coniugē.  
Sapientem omnia magis ratione, quam ira aut odio agere  
debet.

Haud facile animus verum pervidet, ubi illa officiunt iudici.

Ca. Ehò, num nā dubitas, me absente corruptā esse coniugē?

Lu. Dubito certè. & perquā vehementer. Ca. et quamo-  
brem? Lu. quia tuam (vum hoc

Vxorem istarum esse operarum, nemo unquam credidit: no-  
Et inauditum crimen si percrebescat: omnes aulici,

Omnes ciues, noti, ignoti, incole, aduena, fictūm esse credent,

Ca. At multæ opiniones concurrunt, Ludoberte, qua mihi

Animum exaugent: locus, occasio, vir peregrè absens, mulier  
domi

Relicta: res ipsa loquitar: ipsa in medio est: Talandus hanc  
Praterea rem nouit: abi, interroga, seduce, quære rem.

Lu. At tu, quod pace tua dicendum volo, nimium isti homini  
es credulus. (cogito.)

Ca. At eum fidelem esse mihi inventio, cùm egomet tecum

Lu. Certè, quod dicendū hic sit, vidi ego illum semper per-  
ditè

Circumferre oculos, & quasq; obseruare mulieres obuias.

Ca. Quid tum postea? Lu. Quid enim? suos profecto Dine  
Carole,

Domitius

Domitos habere oportet oculos & manus: si quis velit  
 Perhiberi se probū. Ca. Sic est. Sed me interim certū facit,  
 Ut ei credam, pallor, inedia, mactes, carcer, captivitas:  
 Tum quia viro semper plus credier debet, quam fœmina.  
 Lu. At tantam in illam, quæ sit mulier, cadere audaciam  
 Non sit mihi verisimile. Ca. at mihi: qui mores mulierum  
 probè (pedes)

Exploraui, probè cognoui. Nam neg, eques quisquam, neg,  
 Tanta est audacia: qui faciat aequè confidenter, atq,  
 Audacter, quam quæ mulieres faciunt. Hac confidentia  
 Rosimundam amore adolescentis male pruriente perpulit,  
 Ut Alboinum regem nocturnis insidijs tolleret:  
 Hac freta audacia Fredegundis, Chilpericum Francia  
 Regem, maritum occidit: Sigiberto priuigno suo  
 Lethiferum exhibuit poculum: hac muliebris fraudulentia  
 Brunhildin compulit, ut duos fratres, ambos nepotes suos,  
 Ad arma concitat mutua: donec alter alterum  
 Occideret: quod reliquum fecerat armorum & belli furor,  
 Id ipsamet avia veneno sustulit. an quicquam muliere  
 Peius, audacius? Lu. ita isthac esse, ut dicit, teneo memoriter,  
 Veruntamen omnes estimare eodem pretio, aut omnibus  
 Eundem, propter paucas esse, iniustum prorsus arbitror.  
 Presertim ubi etas grandiuscula & senectus advenit.  
**Ca.** Quid etas, quid senectus in lupo immutat, prater pilos?  
 Vitia mulierum cum annis crescunt: in viro senium patit  
 Constantiam & fidem: in muliere levitatem & periuria.  
 Nihil tam mobile est, quam fascina volant as: tam vogum  
 Nihil: nihil tam positum in lubrico, quam muliebris azi-  
 mus.  
Quot veterum matrimoniorum facta repudiata nouimus?

Quàm multa, quos amaverunt in adolescentia sua,  
 Post in communi desérûere senectute? quories, Deus  
 Bone, anile vidimus diuortium? quàm multarum mulierum  
 Notus amor notiore odio mutatus est? Lu. novi hoc idem:  
 Et ut dicas, ita animum induco meū, sed tamen nihil minus  
 Idem me vellicat adhuc semp̄ scrupulus. Ca. qui scrupulus?  
 Lu. Heram reginam falsi apud te insimulatā esse propudij.  
 Ca. Sine eximam tibi istum scrupulum. Lu. qui poterū?  
 Ca. facilimē.

Nam nisi tam audacis facinoris sibi esset conscientia. nunc meū  
 Conspectum haud quaquam fugeret. ac nisi ego fuisset in-  
 cogitans, (adulteram:  
 Irām omnem dis̄simulass̄em, dum comprehendissem ipsam  
 Priusquam quóquam terulisset pedem: sic fecissem optimē.  
 Nunc autē ubi scelerofam inveniā? aut ubi querā? quānā via  
 Insistam? Lu. caue, quæso, ne plus iræ, quam famæ consulas:  
 Ne plus valeat peccata aliorū apud te, quàm tua dignitas.  
 Ca. Tantamne contumeliam ut feram inultam? non pos-  
 sum pati.

Lu. Semper ȳ laudem invenerunt, qui fortiter domesticos  
 Casus tulerunt: ut Iacobus, ut Dauides, ut ali⁹  
 Similes fecrē. Ca. inuenerint sanè: mea sic sententia est.  
 Lu. Nihil me vis aliud? Ca: nihil. Lu. eo domum, ut salu-  
 tem familiam.

### A C T V S III. S C E N A IIII,

Talandus, Benzelo, Carolus.

Septenarij  
 Trochaici.

**F**Ac ita, ut iussi, Benzelo: cœnā appara: & lectulos iube  
 Sterni: tum scort a adduci glabra, & tuam vñā filiam,  
 Molliculā & forma lepida puellā: ego mox revertero.

Nam

*Nam nimis miserè cupio hunc diem in letitia degere.*

**B.** *Dictum ac factum puta.* **T.** *nunc, quando omnium rerum satur*

**S.** *Sum: prouisam, quomodo meæ technæ processerint:*

*Quid agat Hildegardis: iamne pœnas soluerit viro:*

**S.** *Sed videón Regem? solus est: nescio, quid secum murmurat.*

**C.** *Me miserum Regem, multoq; maximè miserabilem:*

**C.** *Cui, cùm ab ortu Solis, ad occasum, omnia domita vicitq;*

**A.** *Armis pareant: domi otium atq; diuitiae affluant:*

*Quæ quidem mortales prima putant: fuerunt hic tamen,*

*Qui me, remq; meam obstinatis animis irent perditum.*

*Scilicet hi triumphi sunt: quos refero à victis hostibus?*

**T.** *Compellabo.* **C.** *sed ecce cum germanum mihi commode obuium:*

**T.** *Quo loco sunt pres nostræ, frater mi Carole?* **C.** *pessimo.*

**T.** *Quid ita?* **C.** *quia me vxoris discruciat meæ negotiū:*

*Et quod dám non habeam, sicut iam cupio habere in domo.*

**T.** *præter etatem & virtutem timidus es, Rex Carole.*

*Id ne pudet, quia adulteram domi tuæ tecum non habes?*

**C.** *Pudet hercle & piget me maximè.* **T.** *ehò nūmnā abesse eam,*

*Id dolet tibi?* **C.** *dolet verò.* **T.** *quamobrem?* **C.** *vah!*  
*satin'* (est?)

*Sanus es, qui istuc rogas?* **T.** *itáne cordi tibi adultera*

**C.** *Tibi cordi est, qui nunc patronus ei es.* **T.** *egón' pa-*  
*tronus siem:*

**C.** *Quippe qui gaudes abesse.* **T.** *annon multò consultiūs*  
*Est, ubi uis gentium esse, quam tibi sic illudere?*

*Nam tibi Dei virtute, propter diuitias tuas,*

**A**ltam dotatam licebit genere summo ducere:

**D**ummodo oblatraticem nolis in domum intromittere.

**C**a. Non hoc iam ago: sed illam adesse malim: ut pœnas det  
mibi. (Ta. Deum

**T**a. Ehò, num namilla abiit? **C**a. abiit, euafit, erupit.

**I**mmortalem! erupit? **C**a. Sic. **T**a. quoniam? **C**a. hac, il-  
lac, ego nescio.

**T**a. Male cum sit sibi conscientia, id est conspectum fugit tuum.

Sed cur tu cessasti illam, priusquam ausuferet, persequi?

**C**a. Credo ego prius illam fugisse, quam hic ego venerim,

**T**a. male

**Q**uippe conscientia. Sed ubi vbi sit, diu celari non potest.

**C**a. Quid nunc author es, ut agam: quo hanc molestiam à  
me segregem?

**T**a. Si placet: adeamus vicinū hunc Regulum, animi gratia.

**C**a. Placet. eamus. pueri, insternite equos atq; buc adducite,

**Q**uo tu abis? **T**a. est, quod mandem huic puerō negotium:

**M**ox adero. **C**a. Tu Eberthali, reginā matrē obserua: domū

**C**ustodi: partibus nostris fungere: ego ad hunc vicinum eo.

**T**a. Tu Conceline, Benzelonem nunc adesse mihi, iube illicet,

**N**e qua in mora sit mihi: si quid eum voluero. quid stas? abi.

**N**unc ad te redeo. **C**a. Si placet, eamus hac! **T**a. Abet;

i pre, sequar.

### ACTVS III. SCENA V.

Hildegardis, Carolus, Talandus.

Odonarij  
Jambici,

**S**iquid homini miseriaram est, quo miserefac: miser  
animo est.  
Id ego nunc experior: cui multa in vnum confluunt  
locam:

Aerum-

Aerumna, exilium, solitudo, hostis, crux, terror & pauor:  
 Que mentem perturbant: neq; vbi meas spes aptè collocem.  
 Habeo vsquam munitum lacum: neq; de sorore mea audio:  
 Neg, Rosina huc reuertitur: neq; ad Regem mihi redditus  
 Patet: neq; hospitium sat commodū neq; sat tutum obtigit.  
 Nunc exeo huc, vt alicubi Rosinam reducem conficer.

**Ca.** Adeón' rem rediſſe , vt qua mihi carior oculis nuper  
 fuit,

Eam nunc cane peius & angue oderim, vbi in mentem eius  
 mihi venit?

Hi. It an' ab illo diuelli, quem vnum exoptauit mibi virum.  
 Quo cum perpetuam etatem degerem? **Ca.** discrucior ani-  
 mi: ehem,

Tantum mibi mali obijci de improuiso, vt neq; quid agam.  
 Neq; quid de me faciā, certū fit. **Ta.** cōquiesce: ex his malis  
 Expediet te, quam minimè speras, fortuna. **Ca.** nihil  
 Consilij consistit: animus dolore obstupuit. **Ta.** sustine  
 Et vince animum: qui vicisti tot hostes aduersarios.

Hi. Sunt multa quidem, qua me misere agitant: sed hoc mi-  
 bi maxime.

Dolet, ea, qua à Talandō sunt facta, infecta esse scilicet:  
 Quæ neq; sunt facta, neq; ego in me admisi, illorum ream  
 me agi.

Hec rex meus ignorat: mendacij deceptus & dolis.

At non ignorat idem vindicta Deus: qui falli non potest.

**Ca.** Qua isthac mulier, obsecro Talande? **Ta.** ipsa est: lupus  
 est in fabula.

Hi. Perij: imprudens à Rege visa sum: qua mala sors obtulit?

**Ca.** Lorarij, satellites, vbi estis vos? Hi. perij, occidi:

Nisi quadrigas Elia concendero: quibus in cœlum fuit

Sabiles

*Subiectus: infortunium non effugero. Ca. Lorarij.*

*Hanc vity & probri plenam fæminam hinc è conspectu meo  
Abripite. Hi. ab mi Rex, mi vir, obsecro te, miserere inopis  
mei.*

*Ca. Vir ego tuus sim? ne me appella falsa falso nomine.*

*Hi. Quid ego feci? quapropter istæ dictæ dicantur mihi?*  
*Ca. Id tute noueris. tu teipsam interroga, benefica.*

*Hi. Deum testem inuoco, quod falsi apud te accusor crimi-  
nis. (quam arguat.)*

*Ca. Non mihi placent. qui se prius purgant, quam eos quis-*

*Hi. At ego liquidò iurare possum: vt extra te ynum mihi  
virum;*

*Nemo mortalis corpus corpore contigit. Ca. vera hac velim.*

*Hi. Vera loquor; sed nec quicquam: quia iuranti non vis  
credere. (decet)*

*Ca. Mulier es: audacter iuras. Hi. que non deliquit, eam  
Confidenter, & animosè, & audacter pro se loqui. Ca. ni-  
mis (probat.)*

*Audacter. Hi. vt pudicam decet. Ta. in verbis, non factis*

*Hi. Falsò propudi insimulat, qui pudicitiam attentat meā.*

*Ta. Quid hoc? vin' tu auscultare mulieri, tanquam aliquis  
Sarmata?*

*Quin tu igitur inter ancillas vna opera tibi pensum dari  
Iubes. Hi. Deus, innocentia mea testis, te puniet.*

*Ta. Vide, vt scelestæ sola secum murmurat. Ca. Lorarij.*

*Hi. Obsecro, verbum vnum audi. Ca. ne quicquam oras:  
non audio.*

*Hi. At vnum verbum. Ca. surdus sum. Lorarij: satellites,  
Injcite manicas huic beneficæ: collum constringite.*

*Hi. Me miseram! Ca. in syluam educite. Hi. perij. Ca. ra-  
pite: eruite oculos. Hi. In-*

**H**i. Interij. Ca. eruptos ad me ferte. Hi. va misera mibi,  
va mibi!

**C**a. Talande, cura, vt hac fiant: ego hoc intrò me recipiam.  
Nam propudiōsam istam diutius ante oculos ferre nequeo.

### ACTVS III. SCENA VI.

Talandus, Benzelo.

**P**er Deos ego, atq; homines vobis edico, vt i meum  
Imperium sapienter habeatis cura: queq; imperat  
Rex, queq; imperauit, faciat: nisi vos satis diu  
Vixisse arbitramini: rapite, oculos illi excludite.  
Quid statis? iam sublimem raptam esse oportuit: irruite.  
Sed vbi Benzelo? Be. iam dudum hic stat propter fortē vi-  
rum

Trochaicā  
Septenarij  
Catalecticī

Atq; fortunatum, & forma regia: tum strenuum  
Bellatorem, vbi pugnandum scaphis (scyphis volebam ei  
Dicere) Carolus imperator haud est consimilu tui  
Apparator. nec suas equiparare queat ad tuas  
Virtutes. Ta. cuius ego legionem difflarem spiritu:  
Non aliter ac ventus, qui muros subruit Pampilonios.  
Be. Ego periorum hoc homine vidi neminem: neq;  
Gloriarum pleniorem. Ta. vbi est? Be. ibi, vbi tu esse me  
iubes. (meum.

Ta. Pulcrè aduortis & facetè animum tuum, ad animum  
Be. Ego noui omnes temporum articulos: noui quid frons  
velit, (places.

Quid oculi loquantur: quid nutus. Ta. hem Benzelo, sic  
Be. Nouisse tuos me mores, Talande, meditatè decet.

Ta. Quæso, quid de me homines prædicant? Be. quid præ-  
dicent? nisi

Te vnum

Te vnum in terra viuere, fama & factis inuidissimis.  
 Ta. Non possum pati, quin tibi caput demulceam. Sine  
 Faciam tibi aliquid boni pro isthac re, Benzelo, ac lubens.  
 Be. Quin imo, pleriq; sic statuunt: diadema regium  
 Nulli hominum potius, quam tibi competere. Ta. quid mihi competit?

Quintu istuc scias velim, me, si voluissem Carolo  
 Regni gloriam præripere, vnu potuisse. Be. sic credo hercule.  
 Ta. Nam vt primum pater Pipinus è vita decesserat:  
 Totius regni proceres ad me coronam deferunt:  
 Orant supplices, vt consulam saluti publicæ,  
 Et perturbati regni negotia in me transferam.  
 Be. Hoc purum putum est mendacium. Sed, pace quod tua  
 Dixi volo: male abs te factum iudico. Ta. cur mi Benzelo?  
 Be. Quia dum tu coronam defers alteri, & te negligis,  
 Res simul negligitur publica. Ta. isthuc audio, sic queri  
 Omnes optimates: quibus imperij huius cura est salus.  
 Nam me amari ab illis certò scio. Be. & ab omnibus quidem  
 Curialibus, condis, promis, collegis meis: tuis  
 Verò in primis legionarijs, tribunis anserum,  
 Legatis, lixis, cupediarijs: vt pol satis  
 Mirari haud queam: quibus artibus fauorem hunc omnium  
 Conciliaueris. Ta. quibus artibus? dando, obsequendo,  
 Largiendo. nam dum studio singulis placere:  
 Facile omnes perferre: capi his vna me dedere, cum quibus  
 Viuebam: studijs eorum obsequi. Be. ita est, & mea quidem  
 Sapienter factum sententia. Ta. nulli me præfero:  
 Neg, culpanda culpo: neg, laudanda laudo. Be. ita me  
 Ceres, (sedulo  
 Bacchus, Venus & Vesta ament, vt te ausculo, Talande,  
 AG

Ac lubens. Ta. tum mores in mensa didici aulicos.  
 Non sum disputator; non sum oblocutor alteri:  
 Non præripio pulpaientum: non præuerto poculum.  
 Nam haeres sole hodie spectantur ab aulicis; ut tuius  
 Nonnulli in Deum, quam in hos mores peccari iudicent.  
 Be. Hoc illud opus virtutis, tacenda cum silentio  
 Disimulare: mores advenustatem componere.  
 Ta. Veruntamen orationis iustum partem persequi,  
 Vbi opus est, possum: possum & tacere itidem partem meā.  
 Cūm aliena est oratio: apud graues, grauis sum: apud leues,  
 Sū leuis: deniq; vt homo est, ita more illi gero Be. Dij cœlites  
 Istuc est sapere: qui, vbiq; opus, animum possit flectere.  
 Ta. Tum negotijs amicorum intentus, mea negligo:  
 Nihil vlli denego. Be. vbi eundum ad prandia & coniuicia:  
 Hanc tu certè laudem apud nos inuenisti, haud iniuria.  
 Ac nō quia ades præsens dico hoc. nā ex eorū non sum grege:  
Qui aliud clausum in pectore: aliud promptum in lingue  
     habent.

Ta. Scio, (meum.

Qui vir sis: neque vñquam aliter, atque es, animum induxi  
 Sed scin' tu Benzelo, qd ego te nunc velim? Be. nō hercule,  
 Sed sciam, vbi dixeris. Ta. hodie, volo vt eas mecum in præliū.  
 Be. At ego vcllē, hodie ires vñā mecum in curiam. Ta. volo.  
 Nam tua mihi curia placet. Be. placet & tuū mihi præliū.  
 Ta. Certè hoc bene cūm mihi successerit negotium; volo  
 Tecum præliari vsg, ad diurnam stellam crastinam:  
 Nec surgemus quoquam: donec à me erit signum datum.  
 Be. O Imperatorem probum, Regem hunc factum oportuit.  
 Sed quis hic est, qui gradum hic fert tam celere? Ta. Eber-  
     thalius hic quidem est.  
 Cedamus intrò in curiam: adstitisse ne nos sentiat.

ACTVS

## ACTVS III. SCENA VII.

Eberthalius.

Senarij. **M** Editatus egomet mecum sum multis modis:  
 Et ita esse reor: non esse quenquam, neq; fore  
 Mortalium:cui non à vita exordio  
 Mala obtingant quam plurima: & maximis qui-  
 dem  
*Maxima.velut huic Regi Francorum Carolo,*  
*Domino meo: cui tot aduersa res accidentunt:*  
*Vt mirer, quomodo eas aequo animo perferat:*  
*Nisi Deus illi supponat manum suam:*  
*Tot ærumnas haud quaquam possit perpeti.*  
*Foris bella faciunt ei Saxones, & Auares,*  
*Hunni, Angriuarij, Chumani, Bructeri:*  
*Nouiq; passim existunt motus bellici.*  
*Domi Hildegardis Regina probri & propudi*  
*Insimulatur: domo ejicitur: neci datur.*  
*Nunc matrem Caroli Bertham vis detinet*  
*Morbis grauissimi.nam postquam hunc exitum*  
*Reginae audiuit Hildegardis; illico*  
*Conycitur ipsa in morbum ex ægritudine.*  
*Heri neminem voluit nostrum intrò admittere.*  
*Talandus interim genio indulget suo:*  
*Haud cogitans,in quas miseras optimam*  
*Reginam Hildegardim suis technis coniecerit.*  
*Sed hi sunt huins cui mores pessimi:*  
*Impij homines fremunt,insurgunt,perseverunt.*  
*At cum se viuere putant,maxime ruunt.*  
*" Vidi impium florere,vt alnum in vertice*

Vogel

Vogesi: pōst paulō transibam: nec usquam erat.  
 Nunc ad regem eo, ut illum hoc impertiar malo:  
 Si forte morbus amplior factus fieri:  
 Quid sane nolim, heri causa mei:  
 Maturè consilium rebus capias suis.

## ACTVS IIII. SCEN I.

Hildegardis, Lorarij.

**V**AE mihi misera! vae mihi! quō trahor? quō abripior? **O**ctonarij  
 quid hoc rei est? **I**ambicij

**L**o. **Q**uid commerui? Sinite me Reginam vestrā, Lorarij.  
**A**b Reginā Hildegardi, nulla nostra hic culpa est, per  
 Iovem,

**Q**uando imperata facimus: quibus refragari nefas.

**H**i. At nihil admisi sceleris. **L**o. eō peribis certè honestius.  
 Nam qui per virtutem perit, nō interit. **H**i. ah obsecro vos,  
 Regi os sublinite officioso mendacio. **L**o. dic quomodo?

**H**i. Occisam dicite. & interim incolumē quāsō dimittite.

**L**o. Scimus nos nostrum officiū. nam si Regis Caroli exequi  
 Velimus imperium: tibi ereptos oportebit oculos:

**N**on nos simulare mortem verbis, re ipsa spem vita dare.

**H**i. Si omnino obstinatis estis animis: unam hanc rem rogo,  
 Vosq; obtestor per supremi Regis regnum, Lorarij:

**P**rius occidite: quām excusat is oculos. mori me satius est.

**Q**uām cruciatus hos perpeti. **L**o. at grauius es! vitā pdere,

**Q**uām oculos. **H**i. non est: quid enim vita affert commo-  
 di, ub in pœnam sibi

**V**ivitur? à morte nihil est, quod metuam, mali: mors omniū.

**A**erumnarum requies est: mors extrema rerum linea.

N

*Morte nihil melius in luctu atq; miseris: occidite.*

*Lo. Cædem iniussam perpetrare, nefas maximū. Hi. quod  
ego volo,*

*Quod ego iubeo, ego quod miserè expeto, id iniussum baud  
committitur.*

*Lo. Si Deus immortalis te voluit isthanc ærumnā exequi,  
Decet id pati animo aequo: si id facias, labor erit tibi leuior.  
Mala aspera, leni ingenio sàpe redduntur lenia.*

*Hi. O felicem Hildebrandum Suevia Ducem, patrem meū!  
Quod fatus iam dudum concessit: ut hec ne persentisceret.*

*O felicem Regardim, Bauaria Ducem, matrem meam!*

*Quæ in hos miseros casus referuata ad hunc usq; diē non fuit.*

## ACTVS III. SCENA II.

Frædebergius, Rosina, Hildegardis, Lorarij.

Octonarij  
Iambici,

**O** Regem iniquum! ô infortunatam Reginam coniu-

gem!

Hancine mulierem in huiuscemodi suspicionem  
criminis (rimonio?

Vnquam venire? Ro. est factum. Fr. & multari suo ma-

Ro. Scilicet. Fr. & eicclam domo patria, exulare: nec locū

Habere munitum: in quo spes suas collocet? Ro. videlicet.

Fr. Non credidisse in unquam, tam inhumanū fore Regem  
Carolum:

Tamq; atroci ira percitum in immerentem. Ro. nego, ego  
per Iovem:

Ac proin oro te atq; obsecro: ex summis opibus & viribus  
Enitere: ut Hildegardis opera & ope conseruetur tua.

Fr. Certum est mihi, usq; illam inuestigando querere quo-  
quo loco,

*Quoquid*

# HILDEGARDIS MAGNA.

195

Quoquā latuerit gentiū. neq; mihi amnis, neq; mons, neque  
Mare obſiftet. neq; calorē, neq; frigus metuo: neque hyemē,  
Neq; grandinem. ventos patiar, laborem ſufferam, ſitim,  
Fameū. non concedā, neq; quiescam noctu atque interdiu:  
Priusquam aut Hildegardin, aut mortem ipsam inuestiga-  
verd.

Ro. Et mihi res certa eſt, mi Frædebergi, eadē tecū perpeti:  
Ita nos ambos rogavit Adelindis. Sed iam non procul eo  
Loco abſumus, unde nuper ab Hildegardi hera digreſſa sum.  
Fr. Pergamus igitur, & bonis aiibus moliamur hoc iter.

Lo. Nunc tu Regina, quando in hanc perducta es ſolitudi-  
nem,

Regiſententiam in te latam fortiter, & imperterritio  
Animo ſuſtineas. Hi. ô aeterne Deus, ô misericors Deus,  
Fer misera & innocentiopeſ mihi! ſubveni inopi mihi.

Ro. Deum immortalem, Frædebergi, quid ego oculis pro-  
ſpicio meis?

Heram Hildegardim, nescio qui indigniſſime viuclam tra-  
hant:

Loris ligatā misere duclit ant. Fr. ubinam, ubinā obſecro &

Ro. Huc ad nos recta contendunt uia. Fr. latrones ſunt  
age.

Tu ſuſſiſte hoc loco, atq; intra hæc arbūſta te occulta, malib  
Ne quid tibi ab his eueniāt prædonibus: ego conycia in fugam  
Hos nebulones, & illam vi ſumma eripiam. Ro. perge o-  
cyūs,

Ocyūs obſecro, priusquā vitā illi adimant. Fr. in mora haud  
ero.

Lo. Fridoline, tu caput mulieris ſic ſublime diſtine:  
Primo pupillas transſodiam, pōſt indice digito ervam.

N 2

**H.** Invoco te misericors Deus, ut in hac lucta ne deseras:  
**I.**n te omnis spes sita est mihi: te solū habeo patronum & pa-  
 trem.

**F.** Quid hoc? scelesti, raptores, prædones, fures, sicarij.  
**H.** Em vobis, hem tibi, quid restit as? hem vapula miser.

**L.** O facinus indignum! **H.**i. obsecro te, quisquis es, da ope-  
 ram mihi:

**N**ec in immerentem mulierem fieri hanc iniuriam finas.

**F.** Imò & operam dabo: & defendam te, & iam demam  
 vincula:

**N**unquam perire te patiar. nam me perire est aquius.

**C**oncedite atq; abscedite omnes, de via decedite:

**N**ec quisquam tam audax sit homo, qui illam minimo at-  
 tingat digitulo.

**L.** O. Regis dicto audientes sumus: eius iussu hic nūc adsumus,  
**Q**uamobrem te nobis magis par est decedere de via.

**N**ostro aquū est morigeros Regi, eius studio seruire addecet.

**F.** Quid tu oblatras mihi? nisi hinc illicet aufugias, hac  
 lancea

Tuum diminuā tibi caput: ut cum dentibus linguā expuas.

**L.** O. At obsecro unum verbum audi. **F.** non audio. disce-  
 dite.

**L.** O. Nescis tu, nescis hercule: ut res se habeant huius mu-  
 lieris.

**F.** Imò scio. **L.** O. atqui siscires: in nos haudquaquā iniu-  
 riis

**E**sses. **F.** iniurius? quo pacto? **L.** O. quia mandata non finis  
 Nos exequi. **F.** mandata? quanā? **L.** O. Regis nostri scilicet,  
**Q**ui hanc mulierem nobis dedit in manus: oculos effodere ei  
 Iussit: post effosso referre, sibi q; tradere serio

Man-

**Mandavit.** hoc nisi fiat, comminatus est necem omnibus.

**Fr.** At ego vobis edico: ut illicò hinc faceſſatis ſceleſti:

Cataleſticus:

**Niſi fortaffe hunc diem vobis ſupremum illuxiſſe cupiſis.**

**Nam latrones & prædones eſtiſ; qui ex rapto viuitiſ.**

**Lo.** Non, per Tuſconem, ſed regy ſumus ſatellites.

**Fr.** Redite ergo ad Regem veſtrum. **Lo.** at quid illi dice-  
muſ? cedo.

**Fr.** Quid id mea iñtereſt? vobis quod allubefciſ, dicite.

Duntaxat hinc confeſtim abite. **Lo.** malo quām maximo  
& tuo, (malum

Et huius abimus. **Hi.** ah mi vir. quisquis es, obſecro te, ne in  
Voluntariuſ te imprudenter conſyias. **Fr.** quamobrem?

**Hi.** quia enim hi

Certo ſunt regy ſatellites, quorum violentia

Et caſdibus expoſuit me misera m rex Francorum Carolus:

Iccirco tibi cauendum eſt maximē: ne illi rem deferant,

Nam ſi hoc permanet ad regem: continuo ille aderit cum  
manu

Armatuſ: nec priuſ investigare abſiſtet: qnām reperiāt;

Ibi nos omnes una perierimus perpetuo. **Fr.** Si eſt ita,

Vt dicit: age renoiemas: heus vos conſiſite. **Lo.** quid eſt rei?

**Fr.** Si prædones non eſtiſ, neq; vos tales iam perhiberier

Vultis: agite, ſi incolumes dimiſero, fidem mihi date,

Quod hanc rem nulli hominum detecturi ſitiſ, quid ringi-  
mini?

Quid reſpectat is vos met invicem? **Lo.** fidem tibi dare

Proſecto non poſſumus. **Fr.** ecquid vetat? **Lo.** quia niſi ſym-  
bolum

Regi afferamus, auctum erit de nobis. **Fr.** qnōdam ſymbolū?

**Lo.** Exclusos huius mulieris oculos. **Fr.** hoc vobis ſymbolum

**A**me nunquam impetrabis. **Lo.** nec tu à nobis silentium.  
**Fr.** Peristi ergo iam nunc illicò. nam servulus meis,  
**Quos** adstare videtis, iam iam ius vita & necis in vos dabo.  
**Lo.** Oh mi vir, siue hic pereamus, siue domi: paululum interest.

**D**eum testamur, & hanc ipsam, quod nihil iniussi fecimus.  
**Hi.** Sic est: itaq, te oro, fac, inveni, finge, effice, consule,  
**Vt** salui simus omnes praesidio, ope atq, auxilio tuo:  
**Fr.** Agite vos, si regi oculos referatis: quid vultis amplius?  
**Lo.** Nihil. **Fr.** eripite ergo aut huic, aut cuicunq, oburia vobis canit

**O**culos, atq, ad Regem referte: ut sint vobis vice symboli.  
**Lo.** Bene mones: symbola placet. **Fr.** præstabilita igitur mihi  
**Sicut** entium & fidem. **Lo.** utrung. **Fr.** age premitte. **Lo.**  
 en promittimus.

**Fr.** Nunc ite, quod lubet. **Lo.** Fridoline, canem prehende,  
 & sequere illicet. (**Fr.** quid est?)

**V**erum, est, cuius eram præpemodū oblitus, heus tu mi vir.

**Lo.** Hanc in tuto loco velim constitui. **Fr.** istuc curabitur.

**Lo.** Ne in conspectum Regis aliquà perveniat. **Fr.** hoc cavebitur.

**Lo.** Alioqui nos perpetuo perierimus. **Fr.** & hoc cavebitur.

### ACTVS IIII. SCENA III.

Frædebergius, Hildegardis, Rosina.

Septenarij  
Trochaici,

**A** Ed epol na Hildegardi tibi suppetias in tempore  
 Attuli. **Hi.** Deus tibi, mi homo, quisquis es, facias  
 bene.

**N**am absq, te effem, bodie nunquā Solis ad occasum viverē.  
 Sed

*Sed quæso te, mi vir, unde meum nomen notum est tibi?*

*Aut ubinam locorum tu me vidisti prius cedid.*

**Fr.** *Tam ego nomen tuum commemini, quam meum. Hi.  
Sic arbitror.*

*Sed nomen tuum velim memores. Fr. lubens: nomen mihi*

*Frædegbergio est. Hi. lati profectò nomen emini;*

*Deus obiecit te mihi hodie. nam si paululum modò*

*Cessasses: actum dñs me fuerat. Fr. Sic ego prævideram.*

*Hi. Obsecro quæ via te huc tulit. Fr. si dixero tibi: vix mihi*

*Credes. itaq; malo istuc è comite iam nunc rescias mea.*

*Hi. Qua comite? Fr. quæ me huc adduxit. Hi. ubi ea est?*

**Fr.** *sistam huc illicò:*

*Hec Rosina, prodi ex arbustis: ubi latitas? quid times?*

*Quid trepidas? Ro. tota tremo: ubi mihi latronum in men-  
tem venit.* (timua

**Fr.** *Ne pauet: coniecti omnes sunt in fugam. RO. admodum*

*Nostris partibus. Hi. Deus bone, seruas me: quam conspicor?*

**O Rosina:** *dedit a opera spes mihi sancta subuenit.*

*Cum te mihi Deus reducem facit, cum hoc Frædebergio.*

*Nescis tu, quam profuerit hodie is mihi: ex qua miseria,*

*Ex qua tæcrumna me extraxerit. quid pauit as? qd tremis?*

**RO.** *O Regina, videō te, an non? Hi. immo uides profugam,  
exulem,*

**RO.** *Cedò manum. Hi. accipe, ærumnosam & miseriaram  
compotem.*

**RO.** *Ah quam video? Hi. ne fleas, Resina, RO. egón te non  
fleam?*

*Te non desfleam? talem tali prognatam stemmate:*

*Modo supremo sublimem loco, nunc fortis ad infima*

*Miseriam & calamitatem detrusam? ô spes mortaliuum*

**Fallaces! ô fors fortuna, ut nulli perpetuò es bona!**

**Hi.** Ah Rosina, multa in hominū etate eveniunt huiusmodi:  
**Capiunt nunc voluptates, capiunt miseras: flent modo:**  
**Modò rident: sicut visum est Deo. nam si quid à Deo**  
**Præsinitum est, id ab hominibus interuerti non potest.**  
**Fata hac me premunt. ferendū est, quicquid corrigere haud**  
**licet.**

**In malare, si bono animo utaris, id demum adiuvat.**

**Fr.** Animosè loqueris, atq; ut Reginam generosam decet.

**Hi.** Imò ut recti consciā sibi. nā quod me accusat vir meus,  
**Sum extra noxam. Fr. non dubium id est. Hi. Nam ita me**  
**summus amet Deus,**

**Vt nunquam sciens commerui, meritò ut caperet illum odiū**  
**mei.**

**Nunc ita animum induxit, ut facile expurgatu hoc nō siet.**

**Fr.** Nequeo satis, hoc quām mihi prauè videatur factum,  
 eloqui.

**Hi.** Verūm hoc mihi nondum dixistis, unde veniatis modo.

**Ro.** Vnde, nisi ex illis locis, in quos me miseras heras?

**Hi.** A sororē ne? **Ro.** maximè. **Hi.** mea Adelindis? **Ro.**  
 videlicet.

**Hi.** E Caldariensium arce? **Ro.** imò. **Hi.** obsecro te, quid-  
 nam agit?

**Vt valet soror?** **Ro.** tuo casu penè exanimatur. **Hi.** hei,

**Hei mihi, hūc ne perveni, ut meis mœrori sim, quibus**

**Esse voluptati studebam maximè: sed quomodo**

**Aliās viuit? ut valet?** **Ro.** Valet, ut vidua mœstissima.

**Hi.** Vt vidua? **Ro.** etiam. **Hi.** quid? num Otho maritus in-  
 termortuus?

**Ro.** Mortuus verò: qui cum tribus filijs fortissimis

**Reginole**

*Reginolfo, Berigario & Gebbardo in acie procubuit.*

*Hi. In acie? Fr. Sic certè. nam mecum unà eidem pralio*

*Interfuere: quod cum Hunnis & Avaribus commisimus,*

*In Phanchina valle Biberacensium. Ro. Sic est hera.*

*Hi. Heu heu, nunc demum intelligo, quām verum sit verbū  
illud vetus:*

*Cūm nullam calamitatem solam esse vulgo dicitant.* „

*Sed ubinam viuit: domine an alibi? Ro. patriot lares*

*Deseruit: peplum induit: cœnobium condidit: seq, à grege*

*Hominum se unxit: Dei totam se addixit cultibus.*

*Hi. O fortunatam, hoc cui licuit! ô misera m, cui non idem*

*Hoc licet! nam nunc mihi nullum remedium gratius*

*Obtingat, mearum arumarum, quām solitaria*

*Vita conditio: vbi me curis istis exuerem omnibus.*

*Ro. At nunc si sorore cum tua vis vna viuere,*

*Poteris. nam tui querenda causa, nos ambos soror,*

*Huc misit. Hi. Si sat tutò latere possem illo loco:*

*Irem utiq, Ro. imo poteris: nec quisquam te hominum ex-  
plorauerit.*

*Fr. Aedepol: nam cœnobium id situm est in solitudine.*

*Hi. Nulli confido loco viciniori. Fr. cur? Hi. quia*

*Nota sum nimium. Fr. quò tu ergo animum inducis profi-  
cisciens?* (liet tuo

*Hi. Romam. Fr. forte ad summum Pontificem, ut reconcili-  
Te marito. Hi. haudquaquam, Frædebergi. Fr. quid Roma  
ergo ages?*

*Hi. In magna et frequenti turba hominum latitâro tutius.*

*Ro. Sed victimum ynde comparabis hera? Hi. ne sis pro me  
anxia:*

*Dominus prouidebit: in illum reyciam curas meas.*

Nunc tu Fradebergi, & tu Rosina, ad germanam meam  
 Hinc reuertimini: nolo vos mecum communi premi  
 Infortunio. Ro. egón, ut abs te discedam? te deseram?  
 Hem quid autem? Hi. redisc: ego Romam ibo. Fr. & nos tecum  
 vna ibimus. (tiam mihi)

Ro. Sine me comite nusquam ibis. Hi. comitem pudici-  
 Duxero. Ro. recte: & me vna comitem alteram. Fr. &  
 me tertium. (paruula)

Hi. Non molesta ero vobis. Ro. quid ait? à pueris, vna  
 Educata sumus: vna domi & foris sumus: bona  
 Et mala vna pertulimus. quapropter nitar, experiar,  
 Denique hanc animā potius relinquam, quam te deseram.  
 Fr. Idem & ego faciam. nam Romam usq; equis meis yes  
 deueham:

Inde ad Adelindim reuertar. sequimini me illuc. Hi. sequi-  
 mur.

## ACTVS IV. SCENA IV.

Carolus,

Otonarij  
 Lambici, **N**Emini ego credo plura prius acerba è matrimonij  
 Vnquam accidisse, quam mihi: neq; quenquam es-  
 se, aut fuisse arbitror:

Cui magis omnes bona felicitates aduersa fient.

Galienanu Toletani Regis filiam vix biennium  
 Habui: cum vitam illa misera misera mutauit cum lue.  
 Nunc Hildegardim plenam vitij, orbat am matrimonio,  
 Nec i dedit oculos illi erexitos accepi à Lorarijs.  
 Hoc rbi Regina mater rescivit, protinus in maximum  
 Morbum incidit. hoc adeò properè Eberthalius accurrit nun-  
 cians.

Quod

*Quod si ex hac aggritudine mors eam cōsequitur, quod Deus  
Prohibeat: quid restat, nisi ut porrō fiam miserrimus?  
Somnum hac nocte oculus non vidi, dum de illa cogito.  
Hodie ut vix ē lecto consurgo, legati Roma aduolant,  
Portantes literas Adriani Pontificis: quibus ille opem  
Meam aduersus Desiderium implorat, populumq; Insubria,  
Nam Bertha Carolomanni fratri vidua, nescio quibus  
Inducta consilijs, auxilia querit Longobardica:  
Ut filijs corona imponatur regni Francici. Ad eō  
Nusquam tut a est fides: nec quid credam, aut cui credam  
sat scio.*

*Vix illis à me dimissis, Heresburgo alter nuncius  
Aduent a qui violato fædere bellum affimat Saxones,  
Vndiq; reparatis viribus instaurare, & noua studia sequi.  
An non ingenio egregie ad quasuis miserias  
Natus sum? quid agam? quid nunc capiam consiliis?  
Quod optimum est, Romam ibo, quām possum itineribus ec-  
lerrimis:  
Ibi cum Pontifice, de summa rerum deliberauero.  
Sed quid rei est? Talandum video huc ducier.*

## ACTVS IIII. SCENA V.

Talandus, Benzelo, Carolus.

*V*T te Benzelo cum curia tua supremus Iupiter      Octonarij  
Malis exemplis perdat pessime, atq; ut de me pro-  
meritus es!

Be. Cur imprecari mihi? Ta. quia dum confector  
curiam tuam,  
Oculos mihi fumus curialis exedit. Be. fumus? facis  
Iniuriam meā profecto curia. quin tu potius  
Male-

*Maledicis prelijs & pugnis tuis. Nam ubi audisti prius  
Unquam oculos amitti in curia? in acie audiui sapenumero  
Exturbatos oculos sagittis: ibi mutilantur milites.*

*Ta. Heu, heu! quam subito nec opinanti hoc accidit malum  
mibi?*

*Repente factus sum cecus: talpa me acutius vident:  
Lippio cucurbitas. hem Conceline, gressus dirige  
Meos: nec ubi pedes offendam, ne titubem. Ca. Deum op-  
timum;* (ruli)

*Quidego illi iam dicam euenisce mali: quod manibus pue-  
ruli (viueret)*

*Deducitur? opperiar. Ta. utinam in terris nunc aliquis  
Mihi Aesculapius: qui huic lippitudini afferret aliquod*

*Collyrium. Be. facete nunc mibi, Talande, in mente venit:  
Olim quod ex te audiui dictum sapientissime. Ta. quid hoc?*

*Be. De rege Phaone, filio Sesostris. Ta. quid nam fecerat?*

*Be. Is cum visu esset orbatus, de oraculi sententia  
Monitus fuit: ut mulieris, que vnum esset tantummodo suu*

*Expert a virum, vrina oculos elueret, nam sic saluum fore:  
Quid si & tu nunc idem adhiberes oculis tuis collyrium?*

*Ta. Tum mehercle mihi cæcutiendum foret ad horam funeris,  
Aut etiam post mortem, cum Tirefia. Be. hem, caue istuc*

*dixeris.*

*Quasi nullæ in terris matronæ sint incorruptæ & integrae.  
Ta. Phao certè omnes Aegypti vrbes fermè peruagatus est,*

*An aliquam reperiret, cuius lotio posset sanarier:*

*Nec ullam inuenit, præter ynius olitoris mulierem:*

*Quam etiam recepto visu, vxorem duxit, reliquis omnibus  
Igni crematis. Be. ab modestius, quo s. de fæminis*

*Loquere innocentibus. Ta. unde hac noua religio te, mi Ben-*

*zelo,*

*In-*

Incessit subito? Be. nescio, nisi quod de bonis & malis  
 Eadem loqui & sentire iniquum censeo. Ta. bonas mihi  
 Commonstres, & loquar, ut voles. Be. letium vxoris mea  
 afferam. Ta. tue

Vxorū? Be. scilicet. Ta. siquidem ex lippo luscum, ex lusco  
 cacum,

Ex caco caciorem me cupis fieri. Be. cur hoc velim?

Ta. Quasi te vno tua contenta sit: quasi ego cum ea millies  
 Nō accubuerim, te lenone, & pronubo. Be. vera memorat.

Ca. Ibo obuiam: sequimini me manipulares mei aulici.

Be. Rex aduenit. Ta. vbinam? Be. hāc tendit. Ta. modū  
 horum nihil audiuerit. (reuertero.

Be. Non crediderim. Ta. amolire te hinc parum: iam ad te  
 Puer, i. Ca. Talande, quid hoc mali est? vnde hac repente  
 cœcitas?

Ta. O Rex, ô mi germane, nescio profecto quæ hac sit, malū,  
 Miseria, quod tam subito diris occœcatus sum modis.

Ca. Miscret profecto me tui. Ta. ab obsecro te, mi frater,  
 mi here.

Ca. Quid obsecras? Ta. medicum ostendas mihi, qui visum  
 reddat mihi.

Ca. Facilius istuc petitur, quam datur. Veruntamen,  
 Ut occupatus nunc sum, & properè propero, quod mihi pla-  
 cet,

Consilium si vis, dabo. nam auxilium polliceri non queo.

Ta. Obsecro. Ca. sunt medici Parisijs, sunt Papie, in nostris  
 Academijs:

Ilos te consulere aquum est, antequā inualescat hoc malū.

Ta. Prudenter consulis. Ca. habet & Roma suos Aescula-  
 pios.

Quod

*Quod si illò comitari me vis: paratus ut sies, vide.*

*Nam nunc iter illuc institui: tantùm hic interuisam domi.  
Ta. Ibo herclè. Ca. Sequere tu Eberthali cum Ludoberto,  
antistite sacro,*

*Sedali & comite tuo: confessim ad hoc iter te iam para:  
Et sine mora adesto: tu me subsequere Talande. Ta. iam  
hīc ero. (Ta. volo hodie*

*Famulis quod dicam prius, habeo. vbi Benzelo? Be. assum:  
Cum fratre Rege Romam abire: vin' tu me comitarier?  
Be. Non renuo: dum sciam modo, vbi Roma esurus siem.*

*Ta. papa. (famem*

*Quasi nulla sit Romæ popina, aut quasi ego impransum te,  
Velim sufferre. Be. non herclè velis: nam et si tu maximè  
Velis, ego tamen minimè possum. Ta. sis quietus: ego fami  
Prospiciam. Be. ita velim: nam fami, quām fama malo con-  
sulae. (prandia,*

*Ta. Conceline, duc intro: tu sequere. Be. Sequor: per  
Per cœnas, per popinas, per lupanaria, per ganeas,  
Per quicquid vbiq; est, vnde voluptas expetitur. sed audi  
here (gius*

*Talande. Ta. quid est? Be. rheda mihi opus est: nam lon-  
In Italiam iter est. ferre non quo. Ta. tolitarium meum  
Instendas. Be. siquidem à ventre meo popa, vis illum sup-  
primi.*

*Ta. Verendum tibi dabo Vuestphalum. Be. nimio profecto  
pondere*

*Affligetur: mihi effedo opus erit. Ta. sequere: curabitur.*

## ACTVS IIII. SCENA VI.

Ludobertus, Eberthalius.

Ain:

**A** In' tu, captum esse oculis fratrem Caroli  
 Regis, Talandum? Eb. sic aio, Ludoberte. Lu. quid  
 Illi accidit? lapsūn' an ictu perdidit  
 Visum, an morbo? Eb. nil constat mibi de hac re: nisi  
 Quod assiduè illum cum parasito viueret  
 Vna potare, & scortari certò scio.  
 Lu. Quo cum parasito? Eb. Benzelone pessimo:  
 Quo sol, ita me supremus conseruet Deus,  
 Scelestiorem nullum illuxit alterum:  
 Qui neq<sub>3</sub>, Deum metuit: neq<sub>3</sub>, eum respicit Deus.  
 Lu. Dignum sanè patella istuc operculum.  
 Eb. Sed obsecro, an non tu Reginæ innoxia  
 Oculos, quos rex præcepit erui, putas,  
 Hac cœcitate Talandi vindicem Deum  
 Probè esse vltum? Lu. Sic arbitror certissime.  
 Nam iustus est Deus, qui hominum periuria  
 Haudquaquam ridet: & quæ praui perpetrant,  
 Ea longè antè videt, quām fiunt. Eb. at interim  
 Patiuntur innocentes, vexantur pŷ,  
 Boni premuntur: ut Hildegardis exitus  
 Nos docuit, proh dolor! Lu. nihil prorsum interest.  
 Nam Deus immeritos respicit: & quos amat,  
 Eos castigat in hoc euo, ne in altero  
 Pereant: extinguit, enecat: rursum erigit,  
 Fouet: quos enecat, hi viuunt, atq<sub>3</sub>, sapiunt:  
 Quos erigit, si male sapiunt, atq<sub>3</sub>, tumidi  
 Superbiunt: male pereunt. Eb. pol ita est.  
 Lu. Nihil accidere bono viro mali potest:  
 Aerumna, exilium, mors, ita sunt cui libet  
 Ut est animus eius, qui ea fert: si bene,

Bona

Bona sunt: si male, mala. nam bonus in statu  
 Permanet, & quicquid euenit, ad suum vertit bonum,  
 Ut enim tot amnes, tot fontes, qui intrant mare:  
 Saporem illius non mutant: ita impetus  
 Rerum aduersarum non fœdat animum  
 Hominis p̄j. Be. Sapienter Ludoberte memoras.  
 Lu. Paternum, Eberthali, Deus animum obtinet.  
 Ut enim patres torpere liberos, situ  
 Perire aut ociari non sinunt: ita  
 Deus, quos amat, exagit at laboribus:  
 Ut patiendo prælustre robur colligant.  
 Eb. Dicis magnificè. Lu. idem impios, quis parcere  
 Videlur, deterioribus seruat malis.  
 Erras, si quem futuri exceptum putas:  
 Veniet ad illum felicem sua portio.  
 Quisquis videtur dimissus, dilatus est.  
 Be. Mirabar equideim, quæ hæc Dei esset lenitas:  
 Neg, animum indu ebam, hæc tant a huius facinora  
 Talandi sic abitura esse. Lu. tacito pede  
 „ Divinita solet vindicta olim procedere.  
 „ Sed tarditatem pœna, grauitate acriter  
 Compensat. nam si quem pro scelere vlciscier  
 Vult Deus: ei diuturniore, ut plurimum  
 Impunitatem confueuit concedere:  
 Ut ex rerum immutatione fortius  
 Doleat. Eb. Talando hoc olim euenturum esse idem,  
 Tam non dubito, quam me saluum in cælis fore.  
 Sed tempus est abeundi. nam tuba datur  
 Profecitionis signum. Lu. properemus igitur.  
 Eb. Eadem te mecum rheda velim auehi.

Lu. Lu-

**Lu.** Luber. si gratia tibi sunt sermones mei.

**Eb.** Gratissimi. nam nosti illud proverbiū:

Via comitem facundum, esse loco vehiculi.

## ACTVS V. SCENA I.

Hildegardis, Rosina.

**Q**uando hoc iter, Rosina, evenit prosperè:  
Et omnia lepidè succedunt sub manus,  
Quæ ago: Deo immortali habenda est gratia.

**RO.** Ita est, nam video re ipsa propitium tibi

Deum: qui sic tuas fortunārit manus:

Vt medicinam facias tam bene, tam commode.

Nam quis morbus tibi obvenit: quem remedys

Tuis non propulses? quæ podagra? quæ lepra?

Quæ aqua intercus, quam tu medicando ista tenus

Non promptè exterminaveris? miror equidem,

Vnde hac tant a tibi innata siet industria.

**Hi.** Dei præsidio atq; ope, Rosina, prouenit,

Quicquid boni est. nam soli huic acceptum fero,

Hoc quicquid est industria. **RO.** facis, ut te decet.

**Hi.** Quæcunq; agimus, Rosina, in uita, ea maximè

Dei ducuntur nutibus: ipsi obtemperant

Vni: Deum spectant: Deo quod displicet,

Haud facile admittunt cateri: quicquid Deo

Placuerit: hoc sequuntur, quæ uiuunt, mouent,

Et sentiunt. **RO.** ita est: sed istuc interim

Non inficias ibis, multum experientiam

Vsumq; rerum profuisse tibi. quæ enim

Puerpera fuit, aut quæ grauida fæmina,

Cui tu domi nou obsterix quæsi fueris?

**H**i. Non inficiar. nam si quid facio, quod hominum  
Vita conducat, ea voluptas maxima est.

**Q**uanquam Alcuino non parum deberier  
A me, lubens fateor: cuius nunc olim quasi  
Discipula in re medica fui. **R**o. novi adepot:

**E**t Alcuinum hoc mihi recordor s<sup>e</sup>pius  
Memorasse. sed dum tu alijs remedium  
Faras: velim tuis quoq<sup>u</sup>s subvenias malis.

**N**am inscitus est medicus, qui in alienis malis  
Medicina profitetur tenere scientiam:

**S**eipsum curare nescit. **H**i. quid nam ergo mali  
In me est, quod ego curare nolim aut nesciam?

**R**o. Vah! quid rogas? arumnae, exilia, mors, fames,  
Paupertas, inopia. **H**i. ne te h<sup>e</sup>c sollicitent mala.

**E**st in cœlis mihi Aesculapius, Deus:

**Q**ui medicinam his morbis adhibet, me subleuat,  
Me sustentat, me recreat, reficit, fouet, alit.

**R**o. At interim tuis nihilominus hostibus  
Das supplicium: quid de te exule triumphum agunt.

**H**i. Nullum putandum supplicium est, quo etiam boni  
Fortesq<sup>u</sup>s possunt affici: fati, ô soror,

**H**ac tela sunt, non culpa: supplicium quod est,  
Sceleris poena est: quem nemini accidere potest,

**N**isi nocenti. **R**o. vera quidem memoras: sed dolet  
Tamen hoc mihi interim: te immerentem sic premi:

**C**um perduelles tui cristas domi erigant.

**H**i. Sine erigant: at exilium hoc mibi mortua  
Erit memorabile. meum me periculo

**C**aput præoptauisse ponere: quam ut domi  
Splendens & fortunata pudorem amitterem.

Taken.

Talandum sua manet pœna, sua portio.

Ro. Heu cor mihi rumpitur, cerebrum finditur:

Istius hominis ubi sit, quiq; mentio:

Ve illum Deus exemplis perdat pessimis!

Hi. Thyestæa isthac execratio est; mala

Inimico non precor: meliorem animum precor.

Ro. Ah Hildegardi, hera dulcissima: quām facilis es?

Quām lenem animum obtines? Hi. sic esse me decet,

Sed tu interim precepti oblitæ es, quod dedi.

Ro. Cuius? Hi. ne sic imprudenter me nomines.

Ro. Intelligo. Hi. néve tuam Reginam appellites.

Ro. Pol, ego si te audeam, meam matrem nominem.

Nam tu secundum matrem mater proxima es.

Hi. Laudo te ob hoc, & propterea te unam obsecro:

Quoniam Deus omnipotens suum ostendit animum:

Vt heram me tibi fuisse, nunc sociam velut:

Quod antehac pro iure imperit ab am meo:

Nunc oro per commune hoc infortunium,

Ne honore me secus honestes, quām par erit:

Et quæ nunc sum, meminisse ut rectè memineris.

Ro. Ero memor. Hi. nunc ingrediamur, si forte quid

Operam requirat medicam, inveniat nos domi.

## ACTVS V. SCENA II.

Talandus, Benzelo, Rosina.

**N**AE ego sum homo miser, qui tam longū confeci iter, Octonarij  
neg. medicum. Iambici.

Rome ullum invenio: qui huic malo medicinā faciat: quid rei est? (oculos

Quid hoc dicam esse Benzelo? quid censes? credámne ego.

Q 2

*Mulieris? Be. præagiebat mihi animus, rem tandem ad mulierum*

*Auxilia reddituram: ut postquam nihil in ceteris medicis spei  
Tibi esset reliquum, exemplo Phaonis, rogares fœminas.*

*Ta. Pudet me hercule. Be. immo illos pudeat sua potius inscitiae:*

*Quod, cum huic morbo remedium afferre nequeunt, te ad  
mulierculam (nimati inscū)*

*Remittunt. Ta. vera loqueris. Be. nam hodie ita sunt a-  
, Et imperiti, ut quos curare nesciunt, hos transferant*

*, Ad indoctos: ut commissa per alios sua nemo impunitet*

*, Inscitiae. Ta. ex tripode hoc dictum esse reor. Be. quidam  
hodie perfidis*

*, Iudaïs Christianos excruciantos committunt. Ta. ita*

*, Fit, per Iovem. Be. qui novity sunt medici, y periculis*

*, Nostris discunt: per mortes experimenta sua agunt. Ta.  
ita est.*

*Be. Nā soli medico homines occidere, summa hodie est im-  
punitas.*

*Ta. Per Manum. Be. qui peritiores estimarier volunt,  
Vbi medendo peccaverint: mille effugia, mille inveniunt  
Rimas, per quas elabantur: ne culpa ipsos penes hæreat.*

*Ta. Experto credite. Be. nam aut dicto immorigerū cul-  
pant & nimis*

*Pauidum agrotum: aut ipsum morbum accusant, velut im-  
medicabilem.*

*Hac enim eorum est oratio. Cur consilio non pares bono?*

*Cur uteris vino interdicto? aut hac: non in medici manu est  
Semper, ut agri curentur: interdum arte plus valet malum.*

*Nec nulla ideo medicina est, quia non omnes convalescimus.*

*Ta.*

Ta. Ego polistos sermones audiui ex medicis plus nullies.  
 Be. At ego, Talande, nugas has omnes minoris estimo,  
 Quam ancillam, que fôricam lauat. Ta. videtur, quod ver-  
 rum est, loqui.

Be. Ego noui mores istorum hominum, qui cum semel ali-  
 quod malum

Sanârint: luscinia prius defuerit cantio, quam ijs  
 Verborum sesquipedalium iactantia. at horum operas ego  
 Omnes, ita me Bacchus amet, uno non redim. am seruncio.  
 Ta. Obsecro te, quando oculorum morbus aggravescit hic  
 Quotidie: & lepra mihi accedit in super, quid autores  
 Mihi, ut faciat? Be. fac, quod lubet. Ta. censent muliercule  
 Ad opem confugiam? Be. fortasse ita censeo. Ta. quid hoc  
 est dicere?

Non tu credis, mulierem tam famosi nominis, mihi  
 Opem laturam? Be. fortasse. Ta. age igitur, pergamus  
 celerius.

Be. At iam, quantum oculus coniectare possum, ad ostium  
 domus,  
 Vbi habet hec mulier, peruentum est. nam has edes esse iudi-  
 co,

Quae demonstratae sunt mihi. puer, i. pulsæ: ad fores adi.  
 En ut propodium pulsat. abscede: aut provolvam te in luto.  
 Panem cibarium comesse tres pedes latum, potes:  
 Fores pulicare nescis. Ta. sine Benzelo, me adduce: ego fe-  
 riqm.

Heus, heus: aperito aliquis acdudum hoc ostium, pandite  
 fores.

Be. Prodit nescio quis: concedamus huc. Ro. quis ad for-  
 res? Ta. ego

*Sun.* Ro. quem tu te esse sis? Ta. Talandum. Ro. quem  
Talandum? Ta. Caroli

Fratrem. Ro. cithisnam Caroli? Ta. regis Francorum:  
patre satum (simus.  
Pipino, matre Leuburga. Ro. ipfus ne es? Ta. profecto ipfisi  
Ro. Qua dira huc te appulerunt? Ta. cæcitas & lepra, res  
pessimæ:

Dira execrabilis. Ro. quid vis tibi? Ta. heram volo con-  
ventam tuam.

Ro. Hera neminem ad se intromittit: Si quid voles, referā.  
Ta. Obscro te, salutem ei dicas verbis meis quam plurimā.  
Ro. Quid tum? Ta. rogarē me illam per Deos, per sacra:  
ut opem ferat.

Ro. Quid mulier opituletur tibi viro? Ta. fama illam  
predicat,

Quasi Deam. Ro. ab paupercula mulier est: que admo-  
dum timet viros.

Nam à præpotentibus quibusdam passa graues iniurias.

Ta. Utinam Dij illos eradicent omnes. Ro. ita velim  
quidem.

Ta. Scelestus est, quisquis mulieri tam præstanti iniuriam  
Inferre non erubuit. Ro. bipedium nequissimus est sur-  
cifer,

Fur, latro est: carnifex, periurus, perfidus: matrē domi &  
Patrem occidit: sororem incestauit: glotes: & fratrias  
Falsis criminibus ad necem dedit: nihil fecit boni.

Ta. Obscro te, quicung<sup>j</sup>, ille tandem sit, ne isthec mihi im-  
petet. (tur, meis

Ro. Cui potius imputet, quam illi, qui fecit? Ta. age igi-  
verbis opem ab ea mihi petas: nullus ego parciam sumtibus,

Dam

Dum morbo inveniam remedium meo. i modo: refer hoc ei.  
 Ro. Mane hic: iam redeo. Be. si visum hodie recipias: quid  
 mihi dabis?

Ta. Quid faciam, apud me primus sis: lepidis te victibus  
 Excipiam festiuo loco: ubi curemur a mbo mollius,  
 Quam lippo oculi curarier solent. Be. promittis largiter:  
 Ta. In munditijs & delicij faxo et atulā agas. Be. gestio.  
 Ta. In lecto lepidē strato, lepidā aliquā complexus muliere  
 Ut correctes. Be. perge obsecro. Ta. vino & victu, & pis-  
 catu probo

Vitam ut colas. Be. quid tum? Ta. cōra dubia apponetur  
 tibi? Be. quid hoc  
 Verbi? Ta. ubi tu dubites, quid sumas potissimum. Be. oh!  
 fiam Deus.

Ta. Vbi te conviuij pertasum erit, comeſſatum ibimus.  
 Be. Sat est: mulier redit. Ro. hera hoc tibi renunciarier  
 Iussit: si morbo liberatum te velis, in templum eas:  
 Et quicquid unquam sceleris ac flagitiū perpetraveris.  
 Cuius tibi conscius sis, id sacerdoti facias palam:  
 Dicas aperte, teq; illo expiari cures. Hoc nisi  
 Fiat, iuuari te non posse. sic sententia est here.

Nunc tu, quid acturus sis, responde mihi: ut ei renunciem.  
 Ta. Tametsi istuc invitus facio: tamen illi morem geram  
 Potius: quam caream oculis, & lepra sic fœder contagio.  
 Ro. Ibis igitur? Ta. Nam nunc ibo illico. Nunquid aliud.  
 Ro. nihil.

Nisi ut statim redeas. Ta. licet: opinione tua prius hic ero.  
 I Conceline, meq; in proximum facellum deducito.  
 Be. At ego vos interim hic opperiar. Ta. ut tubet. Be. non  
 expedit

Mihi hos sequi. nam parietinas templi inde à pueritia  
 Timui, ne qua ruat: tum larva simulacrorum me territans:  
 Cabalis affixi homines, confosci telū & lanceis,  
 Prunis assī carentibus, sagittis peruij,  
 Exenterati, ut lepores: desquamati, ut pisces à coquis:  
 Radīs rotarum districti, ut apud inferos Rex Tantalus.  
 Locus mihi non placet: malo ego lepidas spectare fēminas,  
 In prāudio: malo accubare scorte, quām scuto. Ta. i puer.  
 Be. Sedeccum mihi Talandum, ut citō redit ē fano? Ta.  
 ubi nunc Benzelo?  
 Be. Hic expectat. Ta. dissolui me ocyūs. Be. apparet. Ta.  
 pulsā ostium.  
 Be. Heus vos. Ro. quis est? Be. Talandus est. Ro. nūm-  
 nam ē templo iam illeredit?  
 Be. Redit. Ro. mane: mox adero. Be. probus es, & pau-  
 corum scelerum homo.  
 Ta. Ita sum. Be. qui tām citō ab illis te intus expedire po-  
 tueris. (hoc.  
 Ta. Dixi rem breviter: nulla usus circuitione. Be. apparee  
 Sed nihil celasti antistite? Ta. quæ occurrabant, dixi omnia.  
 Be. Etiam de Regina: scin' quid velim? Ta. confessus sum  
 omnia,  
 Amores, cœnas, conviuia: quæ tecum agito quotidie.  
 Be. Quid opus erat, me nominare. Ta. sic lubuit. Be. quid  
 vero? an is  
 Veniam tibi dedit: ignovit: criminis absolvit? Ta. maximè.  
 Be. Bene factum: & nunc eō tecum convivabor lubentius  
 Actutius. sed mulier adest. Ro. hera hoc tibi collyrium  
 Dare iussit, ut oculos inungas: hoc itidem unguentum: ue-  
 cutem

Eo

*Eo undiqueq; perfrices. Be. heu tām parum collyriū.*

*Ro. Sat erit. nam si semel tantū oculos illo inunxerit,  
statim*

*Aperientur. Ta. beas me: sed quanti estimas collyrium?*

*Ro. Bonus medicus non querit pretium, sed salutem mor-  
bidi. (quodnam dabo?)*

*Ta. Dandum tamen est, quo digna merx est, pretium: dic,  
Vbi conualueris, da quantū voles: redeo intrō. Ta. sat  
habeo.*

*Nunc te oro Benzelo: inunge oculos mihi hoc tām pretioso  
vnguine,*

*Be. Sine inungā: fragrans est. nunquid odoraris? Ta. cer-  
tē. Be. quid olet?*

*Ta. Nescio quid Euphrosyne: sed prob Deum! Be. quid est?  
Ta. videón' ega (tem an sedentem ibi?*

*Te Benzelo? Be. mēn' vides? Ta. video equidem. Be. stan-  
Ta. Sedentē. Be. in scanno, an sella? Ta. in sella. Be. quid  
gero in manu? viden?*

*Ta. Gladium. Be. Nihil me fallis: video te videre aptissime.*

*Ta. Ad regē mīhi curso opus est, quām celerrimē. Be. quid  
ages ibi?*

*Ta. Hoc ei renunciabo, & animum illius explebo nouo  
Atq; inopinato gaudio. Be. mane. Ta. quid maneat?  
Be. scin' mihi (an prandium*

*Quid promiseris. Ta. Egón? Be. vah! tām cito oblitus est  
Prius nō dabis? vbi nūc cœna illa dubia est? Ta. abi & para.*

*Be. Aurum hac res poscit præsentarium. Ta. dabitur: hem  
tibi meam*

*Crumenā auro tumentē: abi atq; obsona opiparē et largiter.  
Ego ad regem in palatium me confero: illic reperies.*

NICOD. FRI SCHLINI  
ACTVS V. SCENA III.

Benzelo.

Septenarij  
Trochaici

**I**lle hinc abjet: mihi rem credidit pecuniariam:  
Obsonare iussit pro lubitu. Deus bone, quanta larido  
Labes, quanta pernix pernicies venit? quot anseres,  
Quot pullos damnabo capitis: nam si alia memorem,  
ra est.  
Nunc ibo ad præfecturam meam: ius dicam larido:  
Pernas indemnatas accusabo, apud promum & coquim.

ACTVS V. SCENA III.

Eberthalius, Rosina.

**H**oc ostium credo esse, vbi mulier habitat,  
Quam ad Regem accersere modò sum iussus: fores  
Pulsabo, ecquis aperit? quis prodit? Ro. hem quis  
Qui ianua sic insultat? Be. rūn' mulier es: (est,  
Qua visum reddidit hodie Talando? Ro. ego  
Non sum, Eb. Erravi igitur à limine quo sōda operam  
Hanc mihi, & aedes commonstra: in quibus ista mulier  
Habitat. Ro. ha verò sunt: quid vis heram meam?  
Eb. Adrianus Pontifex, & Rex ipse Carōlus,  
Summis illi imperant imperijs, ad se ut ocyūs,  
Absque mora omni deueniat in Palatium.  
Ro. Referam hoc illi. Eb. noscito ego hanc? nā videor eam  
Nescio vbi prius vidisse: sed diuturnior  
Dies animum incertat, sin est ea, quam autumo.  
Ro. Hera in Palatium venire posse iam  
Negat: veniam hanc dari cupit: orat, si integrum  
Sit summo Pontifici, Regi, Carolo,

Expe-

*Expectaturam se vtrung, in fano Petri.*

*Eb. Referam isthuc dominis meis. Vale. Ro. bene valeas.*

## ACTVS V. SCENA V.

Rosina, Hildegardis;

**N**unc Hildegardis partibus timeo, mea  
Domina: quid agat, quid dicat, quid respondeat:  
Si Carolus illam de suo negocio

Senarij  
Iambici,

Interroget. Sed ipsa progreditur foras.

*Hi. E re nata melius fieri haud patuit, mea*

*Tu, quam factum est. Ro. quo pacto? Hi. quod scelestus hic*

*Ad id misericarum redactus est, uti*

*Meam implorare opem necesse ipse habueris.*

*Nam cœcitatatem hanc ei fatalem cum lepra*

*Fuisse: nemo sanus inficias potest*

*Ite. Ro. ad eum. Hi. nunc ubi Rex Carolus meam*

*Fidem, Talandi flagitia rescuerit:*

*Dubium non est, fore mitiorem, quam fuit.*

*Ro. Sed si ille iterum præoccupet. Hi. iam non patet.*

*Nam militer aderit sacerdos, cui apertum est scelus:*

*Aderit & Pontifex, quem ille reuerebitur.*

*Ro. Cave obsecro, ne in maius incidas malum.*

*Hi. Bono animo es: nibile est, quod timeas, Ro. sollicet  
sum*

*Quid dicas. Hi. quid enim dicam? quia patrata sunt:*

*Quae facta sunt: qua inique passa sum, eloquar.*

*Ro. Tace. Hi. quid est? Ro. Rex egreditur: cedamus huc.*

## ACTVS V. SCENA VI.

Carolus, Talandus, Hildegardis.

Sunt

Oftonarij  
lambici,

**S**Vnt mira, que narrasti intus mihi Talande. Ta. at  
vera sunt.

Nam cœcitas non aliter mihi depulsa est hos collyrio,  
Quam felle piscis inuenti, Tobie visus est datus.

**C**a. Aliquid monstri hæc alunt. Hi. istuc satis docebit exi-  
tus.

**C**a. Nam propulsare lepram, cœco visum reddere: hac Dei  
Aut diuūm sunt opera. quare nihil magis desidero:  
Quam medicam hanc intuerier Aesculapiam. Ta. idem &  
ego cupio.

Hi. Videbis me, sed magno cum tuo malo: nisi mentior.

**C**a. Intramus ergo Diui delubrum Petri: quod se mibi  
Nunc affuturam promisit mulier. Ta. nil moror. Ca. nam  
Pontifex (sequimur,

Adrianus pregressus est: sequimini me omnes. Ta. precede;

Hi. Intravit hic: ô misericors Deus, nunc adfis mihi bodie;

Opem fer mihi: perhibe innocentia moe testimonium.

Si Deus es, cui sceleratè facta dispergunt, iniuriam

Mihi à Talando illatam vindica: meam vitam assere.

Sis idem mihi: qui Iosepho in carcere: qui Susanna tue

In extremo periculo fuisti. Hoc te per vnicum

Gnatum tuum: oro, obsecro, obtestor. Quod si diuina ope tua

Hodie in conspectu heri mei, Francorum Regis Caroli,

Inuenero, quam spero, gratiam: voueo templum tibi;

Voueo ades sacras: voueo animum tibi perpetuò gratissi-  
mum.

Nunc tempus ingredi: sequere me, nec recede longius.

## ACTVS V. SCENA VII.

Benzelo, Eberthalius.

Bene

**B**Enè opsonauis atq; ex sententia: puer, hanc fer sportu- Odonatij  
lam  
Coquo Talandi: lectulos cura nobis in sternier:

Et cetera parari: fidicina quas cōduxī, hīc iam erunt.  
Proh! Iupiter: quantabit meretricū copia est? quot fornices?  
Quot prostibula? iurare ausim, omnes Veneres atque Cupi-  
dines ( ubi tot  
Romam migrasse. Vah! nunc demum mihi lubet viuere:  
Lepida forma sunt mulieres: tot commoditates optime:  
Tot pompa: tot popinae: tām bene instructum cibarījs  
Forum. Aeson &, Titonus possint reiuuenescere his locis.  
Nam quod neq; Phryne potuit in Xenocrate: neque tot pel-  
lices

Mitbridatis in Pompeio: id possint Romana meretriculae.  
Sed quis hic homo est, qui huc procurrit tām celeriter? quid  
brachia (est? modò  
Iactat? quid ille stupet? Eb. hominum fidem! quid hoc rei  
Qua intus Regi obtigit: nequeo satis mirari: nec quid prius  
Dicā aut posterius, sat scio: Talandi ne magis culpem scelus,  
An Reginæ fidem ac pudicitiam laudem? Be. meum herum  
istic nominat.

Eb. Hoccine facinus facere ausum: ut Reginam nihil tale  
meritam,  
In tantum Regis odium adduceret? disrumpor ira, vbi  
Hoc in mentem mihi reuenit. Be. quid huic homini accidit  
mali?

Eb. Sanè, vt verū fatear, hec res semper suspecta mihi fuit:  
Neq; vñquam credere potui, Reginam in hac noxa meam.  
Itaq; nunc hac ita euenisse, ex animo latet: quod Carolo  
Sua vxor, liberis sua mater restituitur. Nam bona

Hac

Hæc medica, quæ Talando oculos aperuit, vxor Caroli  
Inuenta est: quam nos omnes extinctam credidimus. nunc  
eam (omnium,

Et viuam & innocentem, preter spem omnem & suam &  
Rex Carolus reperit. Be. quid narrat? accedam propius.

Eb. ubi (ibi.

Primum aspexit, suam vxorem agnouit: planè obstuپuit  
Supplex mulier ad genua procidit; narrat perjuria  
Talandi: miseras & erumnas suas: testem inuocat  
Sacerdotem: cui sceleras sua Talandus secretò aperuit.

Rex cognita innocentia, in fidem atq; antiquam gratiam  
Recepit at: trabeam regalem induit: capitū imponit sibi  
Quod ipse detraxerat, ornatum gemmis Diadema: omnia  
Letitias complentur: Rex finem amplexando nullum facie.  
Adrianus Pontifex Magnam Hildegardim, ut Magnū Ca-  
rolum

Salutari iussit: nouas q; inter eos fecit nuptias.

Be. De quibus hic loquitur nuptiis? mirum ni parasitus  
hodie

Vocetur ad conuiuium. Eb. Talandus morti addictus est.

Bc. Ehen! Eb. capite multabitur. Bc. malè pereas nugi-  
gerule.

Nam si hoc ita se haberet: ego vñā perpetuò perierim miser.

Eb. Quis hic loquitur? Be. nolim hoc ita esse. Eb. para-  
sus hic est Benzelo:

Quo auctore & consultore, Talandus isthæc fecit omnia,  
Per tempus aduenit. nam dudum iram euomere in illum  
meam (ris tu? Eb. itán

Optati. heus tu: quid hic obambulas? Be. quid id exqui-  
Respondest mihi? seruus ne an liber? Be. seruam operam, li-  
beram Lin-

Linguam me voluit babere heruus meus. scin*iam?* Eb. quis  
herus tuus? (ster pessimus.

Be. Talandus. Eb. nequam ambo estis, pessimi heri minis.

Be. Quaso hercle, meo ne hero tu mucide homo pergas ma-  
ledicere? (seruile.

Be. Quid aut, flagitium homini? tu nequam domini nequā

Be. Dispeream, nisi ego illi has maledicta deferā. Be. quid  
deferas?

Hem tibi cynode calamistrate, vnguentis delibute. Be. ve!

Va mihi! sine me. Eb. hem tibi pro maledictis mercedem;  
quam deferas

Hero tuo, tui simili. Be. ut te magnus perdat Iupiter!

Eb. Etiam imprecare? abscede hinc, nisi pro mortuo aufer-  
ri cupis. (pereat:

Be. Malo auspicio in hunc hominem infelix incidi : male

Fagiam hinc, quantum isthic meus aqualiculus non obsti-  
terit mibi. (noua denuntiem.

Eb. Clamor oritur: nunc ibo ad Ludobernum, vt ei hac

## A C T V S V. S C E N A VIII.

Carolus, Talandus., Hildegaridis.

**E**XI stelleste: homo, quantum hominum terra souet, Octonarij  
periuirissime. Iambici.

Ta. Ab obsecro te, mi Rex, mi germane. Ca. furia  
germanae tuae

Sunt, non Reges aut Principes. Ta. per Deum, per commu-  
nem patrem

Pipinum, per genuate obtestor, stulticie, inscicie

Arg, imprudentia ignoscas. Ca. quasi verò ob stultisiam  
sham

Figri

Fieri hanc piacularem oportuerit: orbari coniuge  
 Maritum, coniugem marito, liberis matrem, sua  
 Parente liberos: quasi haec inscitia sit, coniugum odie.  
 Inter se mutua excitare: quasi sit imprudentia,  
 • Falsi accusare criminis: in periculum deducere  
 Necis innocentem. Nam culpa, ego quam istius esse credidi,  
 Eate penes est: ecquid te pudet audaciſime? Ta. fateor  
 quidem  
 Peccasse maximè: fateor promeruisse malum maximum:  
 Fateor uxori me tua fecisse iniuriam, me &  
 Domina, quam colere me fuerat equissimum: sed te obsecro:  
 Quantò animus tuus est grauior, maior, ignoscētior: ut mea  
 Stultitia sit aliquid praefidū, nunc tua misericordia.  
 Ca. Ratus ne sic me esse hominem minimi pretij, si ego me  
 conscio,  
 Paterer uxori insignem hanc fieri apud me contumeliam?  
 Ta. Ah ego nunc demum me insipientem factum esse fateor  
 miser: (quitter,  
 Cū rem agnosco. nam imprudenter hoc feci. Ca. imò ne-  
 Sceleratè, malitiosè. sed quid verba tecum confero?  
 Lorarij vincite, rapite. Ta. ah obsecro: si post hunc diem  
 Peccauero, dato excrucianandum me. egomet me dedam tibi.  
 Nunc hoc mihi ignoscas queso. Ca. quid faciam? nisi loco  
 huic sacro,  
 Et summa Pontifici pepercissim, adò exornatum probè,  
 Adò depexum te dedissem: ut te iam ipsum non noueris:  
 Qui tibi me pro ridiculo delectamento putaueris.  
 Pergite lorarij. Ta. obsecro, obtestor. Hi. da veniam isthanc  
 mihi: (xiām  
 Fac, quod rogat. Ca. Lorarij. Hi. remitte, queso, hanc no-  
 Mea

**Mea causá.** Ca. aliud quidvis impetrari à mē facilius finā.  
**Ta.** Heu mihi, Hi. sine te exorem: ne te obfirma. Ca. huic  
 habeto gratiam:

Quod dignas te, atq; ut meritus es, nō das pœnas hodie mihi.  
 Sed ne impune auferas hoc tantum flagitium, cras amoue  
 Te è conspectu meo: fuge in insulas usq; remorissimas:  
 Illic tantisper exula, dum te revocem. abscede ocyūs.  
**Ta.** Ah me miserum! quid egī? quid fecī? cur præceptis tuis,  
 Ludoberte, quæ dabas, sacerrimis dudum non parvi?  
 Nunquam me in hac flagitia ingurgit assem. Heu ubi nung  
 Benzelo

Hortator scelerum? istān' fides, amicum in rebus asperis,  
 Sorte adversa deserere? ut illum dī perdant radicitus!  
**Hi.** Scin' nunc meam in te Rex fidem, an adhuc dubitas?

Ca. imò sat scio:

Neg, opus est, ut ad integrum redeat hac eadem oratio.  
 Deo potius agamus gratias, quòd ex his miserijs  
 Tantis & te et me exemit. Nā nunquā quicquā fuit animo  
 Meo agrivis, quārū posteaquam audiui esse in hoc te crimine.  
**Hi.** Ego illud scio, quam doluerit cordi meo: cùm patria  
 Eiecta, exul, inops inter ignotos atatem agerem: fine  
 Culpa. Ca. satis audiui, satis tuas arumnas maximas.  
**Hi.** Ab quām timui mālē, ne nunc animo ita esses aspero:  
 Ut olim in me fueras. Ca. mea Hildegardi, uxor suavissima  
 Non licet homini esse sāpe ita, ut vult, si res non finit. Itaq;  
 Per dexteram tuam te oro: ignosce hoc: irata ne sies.  
 Nam diſtidum hoc nulla evenisse mea culpa, id testor Deum.  
**Hi.** Et scio me cavisse, ne ulla meritò contumelia  
 In te unquā fieret. Ca. expleuisti animū meū: teq; hoc satis  
 Superq; crimine expediuisti. Hi. ita sperat animus quidē.

P

**Ca.** Hoc tantum te oro : ut sis porrò eadem, quæ hactenus:  
**Hi.** ne dubita, here.

**Ca.** Sæpe inter coniuges ira & interveniunt istiusmodi:  
 Post ubi rursum inter eos revertum est in priorem gratiam:  
 Bis tanto amici sunt inter se, quam prius. **Hi.** sanè nihil  
 Est, quod ego malim, quam hoc ipsum. nā concordi connubio  
 Nihil est amabilius. **Ca.** eamus ergo intrō. Vos plaudite.

### LECTORI. PIOS.

**E**T SI fabulæ non est dissimile argumentum : quod hic  
 tractamus: quandoquidem alij auctores, qui de Caro-  
 li Magni rebus gestis, vita & morte scripsérunt, nihil de  
 hac re memorant: tamen, quia veterum monasteriorū  
 annalibus fidem derogare, est tenerarij hominis : nolui ego  
 hæc pro commentijs, & omnino fabulosis haec tenus agnosce-  
 re. Nam multa concurrunt, quæ mihi narrationē verisimilē  
 possent reddere. Constat enim ex historia Reginonis, Sige-  
 berti, Lamberti, Eginhardi, Cuspiniani, Stumpfij & aliorum,  
 Regem Carolum anno Christi 772. celebratis Vvormatiæ  
 Comitijs, primum bellum fecisse Saxonibus, idola illorum  
 evertisse, & munitissimum castellum Heresburgum destruxis-  
 se. Constat eundem, sequente anno, à Pontifice Adriano in  
 Italiam adversus Desyderium Regem Longobardicum evoca-  
 tum fuisse: ipsumq; cum exercitu in Italiam ingressum, obse-  
 disse Papiam, ubi nobilem postea Academiam, quæ etiamnū  
 hodie floret, constituit. Constat illis ipsis temporibus Her-  
 mingardin, alteram uxorem, quam ego puto Hildegardin no-  
 minatam fuisse: non sine magna matris Berthæ indignatione,  
 repudiatam esse. Constat Hildegardin anno eodem Mo-  
 nasterium Campidonense inchoasse: idq; sequenti anno 774.  
 à Carolo Magno confirmatum fuisse. Etsi autem in hac Co-  
 moedia Eberthalius octauii belli Saxonici historiam, quadam  
 anticipatiōne recitat ; tamen quia scenæ tantummodo hac  
 ratione

ratione inseruire volui, neminem fore arbitrò: qui me propter ea reprehēs turus sit. Talandum ex concubina natū fuisse Pipino crediderim; cùm Bertha uxor Pipini Regis, & Carolumanni Caroliq; Magni mater, anno demum 783. tribus circiter meisibus post Hildegardim è vita discesserit. Quod si quis mecum de fide Historica rixari voluerit: eum ego ad annales Campidonenses remittam, qui contradicentē facilius, quām ego, confutabunt.

Quantum verò ad personam Caroli Magni, in hoc theatro scenico attinet: velim censores & Momos magnoperè oratos: ut Theodosij & Eudociæ exemplum admodum conforme huic, probè considerent. Nam iste Imperator è re longè minori suspicionē corruptæ uxoris concepit: quæ nisi fuga salutē quæsiuisset, nihil omittiùs cū ea quā cū Hildegardi, aetū fuisse. Legant etiam, quid Otho n. I I I. in re uxoria acciderit: & quām præcipiti is iudicio Comitē quendā Lodronensem, falsū criminis apud se accusatum, nō aliter ac Iosephum Potiphar, condemnauerit: & capite etiam multauerit: ipsam quoq; adulteram uxorem, tandem deprehensam, igni examinauerit. Vale lector, & studium meum proba.



# NICODEMI FRISCHINI IVLIVS REDIVIVVS.

## PERSONAS DRAMATIS.

Mercurius.

Eobanus.

Cæsar.

Allobrox, mercator.

Cicero.

Caminarius.

Hermannus.

Pluto.

P. 3

NICOD. FRISCHLINI  
PROLOGVS.

M E R C V R I V S..

**S**i quid salutis afferrent, qui ex inferis  
Veniant: id vobis ego principiò dicerem.  
Malum ne vobis imprecer, vestra efficit  
Aequanimitas. Itaq; quid veniam, edifferam,  
Et quid rei vos velim. Namq; dubio procul  
Mirabuntur aliqui, ex hac hominum copia.  
Qui nostri honoris ergò assunt: qua causa sit,  
Quod prologi partes mihi Mercurio sint datæ,  
Deo fictitio & vaniloquo, ut multi autumant.  
Nam ubires in Christiano agitur proscenio,  
Locum esse negant profanis gentium Deis.  
Ego verò ut me vere veracem esse doceam,  
Non vaniloquum; rem veram dicam ab initio.  
Mihi enim, qui nunc aliquot mille annis luride  
Mortis comes sum, facta moresq; omnium  
Hominum magis magisq; innescunt ferè  
Quotidiè. quod ut verum esse omnes intelligent,  
Qui assunt: quero ex vobis, quis sit vestrum omnium:  
Qui hodie meditatus sit de mortis horula:  
Et se vel cras posse mori cogitauerit?  
Nemo est: tacetus: verax sum: vera initio  
Statim dixi, uti me dicturum esse dixeram.  
Quid verò, si hoc anno de morte serio  
Apud vos nunquam cogitastis? hem! tacent.  
Verax sum. Quid si aliqui reperiantur hodie:  
Qui toto tempore, quo vita eorum transigunt,

Nunquam

Nunquam rationem mortis suæ subduxerint?  
 Sat habeo. nam veracem esse ostendi palam.  
 Nunc quid poetæ nomine afferam huc novi,  
 Paucis expediam. Marcus Cicero, & Iulius  
 Cæsar, apud Ditem patrem, regem Tartari,  
 Meis obtinuere precibus, sibi ut duce  
 Mercurij uirgula, liceret hanc novam  
 Lustrare oculis Germaniam. Nam cupiditas  
 Illos invasit has videndi fertiles  
 Terras & urbes, & homines ipsos novos:  
 Novi enim quotidie veniunt ad inferos  
 Ex hac Germania homines: quorum Iulius  
 Similes se olim vidisse in his locis negat:  
 Stygia palus vix sufficit ad nimiam sitim  
 Illorum restinguendam. adeò misere astuant:  
 Quoniam yini assiduo potu, ardorem sibi  
 Ipsi per venas contraxere maximum.  
 Sed de hoc nihil in praesenti. Nam haec comœdia  
 In laudem maxime facta est Germania.  
Quod si quis est, qui querat, quomodo consequi  
 Hoc potuerim: rursus ut ab inferis meo  
 Ductu huic redeant incorporata anima?  
 Is hunc caducem inspiciat. Nam virginis  
 Hac alias animas Orci sedibus evoco,  
 Alias sub pallidum deduco Tartarum.  
 Hac morte resigno hominum oculos: hac aufero:  
 Hac reddo somnos: hac rapidum trans aërem.  
 Quantum ad Ciceronem, bene nunc ipsi convenit  
 Cum Cæsare: nec male cum Cicerone Cæsari.  
 Nam disfidium, quod illis in vita fuit,

Pluto composit, mandato silentio.  
 Nunc, quid Poëta nomine oratos velim,  
 Attendite. Si quem ille vel in fabulis, vel in  
 Orationibus læsit malum: hunc monet,  
 Si malus est, ut tandem malus esse desinat:  
 Si bonus, ut quod dictum in homines fuit malos,  
 Id ad se pertinere non credat. Evidem,  
 Reprehensiones ferre possunt, qui boni  
 Sunt: qui mali, non possunt. Verùm hæc fabula,  
 Ut dixi, in laudem conscripta est Germanie.  
Qui bonus est, is de virtute sua gaudeat:  
Qui malus est: is laudem bonorum ad se nihil  
 Iam pertinere noverit. Quod reliquum est,  
 Animis adeste aquis, & cum silentio:  
 Ut, quid Cicero & Casar novi afferant,  
 Positis cognoscere. Ego revertar in forum,  
 Ut illic præsim mercibus: si quis operâ  
 Mea forte indigebit, in hoc proscenio:  
 Faxo, ne opem meam frustra implorauerit.  
 Tantum est. Valete. Adeste cum silentio.

## ACTVS I. SCENA I.

Cæsar, Cicero.

**M**Agnes, diurnis, nocturnisq; itineribus,  
 In hunc locum contendimus, Marce Cicero.  
 CI. Ego me hercè iam defatigatus, animi  
 Et corporis laboribus, cupio parùm  
 Quiescere. Verùm occurrit subin aliquid novi,  
 Quod me defessum recreet, atq; reficiat.

Nam

Nam tot amoenissimas urbes, tot oppida  
 Pulcherrima, tot arces impositas montibus  
 Altissimus, tot vicos, tot agros fertiles,  
 Satis ego admirari nullo possum modo.  
 Sed ubinam, mi Cæsar, iam consistimus?  
 Aut quam tenemus hanc partem Germanie?  
**Cæ. Quicquid vides terrarum, Cicero, id à feris**  
 Et barbaris olim tenebatur poplis.  
 Nam quibus ego temporebus in his fui locis,  
 Non præsidium, non Castellum, non oppidum  
 Erat: non agri perculti, non vineæ:  
 Sed maxima civitatibus laus tunc erat,  
 Vastatis finibus magnas undiq; loci  
 Habere solitudines. **Ci. Evidem & ego**  
 Illos, qui hinc ad Germanos commeare tum  
 Solebant, Romæ audiui dicere publicè,  
 Quæ solitudo esset in agris, quæ vastitas:  
 Quæ inculta, quæ deserta, quæ paxim omnia  
 Relicta. **Cæ. vera memorabant. nam non modo**  
 Urbes nullas, sed ne vicos illi quidem  
 In nostrum morem habebant. ut fons, ut nemus,  
 Ut campus arridebat, vicos & domos  
 Locabant: & spatio quisq; suum edificium  
 Circundabat: & silvarum atq; fluminum  
 Propinquitates pleriq; petebant. **Ci. agri hi**  
 Et fertiles sunt, & specie amoenissimi.  
**Cæ. Incredibile est dictu, quæ densæ olim his locis**  
 Sylvæ, paludesq; fuerint, Marce Cicero.  
 Perpetuam dixisses siluam Germaniam.  
**Ci. Miror profecto, unde haec gentes tum vixerint.**

**C**AE. Frumenta non serebant olim, sed ferè  
Carnibus, & lacte vicit abant incola.

Nam apud eos pecudum numerus erat quām maximus.  
Sed tu nondum dixti, qui placuerit tibi  
Argentoratum: vrbs maxima & validissima,  
In finibus Trebocūm, & in istius loci  
Regione fertilissima. Ci. perquām optimè.

**C**AE. Et natura & munitionibus oppidum est  
Tutum à periculo. Ci. Sic apparet equidem,

**C**AE. Pulcerrima hæc totius urbs Germaniaæ:  
Quæ & praesidio, & ornamento sit patria.

**C**i. Sic arbitror. veruntamen alias quoq;  
Vrbes vidimus, & natura loci, & manu,  
Et operibus admirandis munitissimas.

**C**i. Ita est: sed huius civitatis maxima est  
Auctoritas, quod & tormenta plurima  
Habet: & scientia atq; usu rei bellicæ  
Longè antecedit ceteras. Ci. videlicet.

**C**AE. Homines in ea sunt per veteris potentie.

**C**i. Adde etiam industrie. nam magnos opifices,  
Et solertes in ea esse artifices, huic rei

Tam magnificè & affabre, & antiquo artificio  
Calata turris indicio est: quæ se altius

E terra attollit, quām turris Babylonia.

**C**AE. Ita est. Ci. tum vero horarium, ut mirabile est!

**C**AE. Perquām mirabile. Ci. ubi Sol, Luna, & cetera  
Errantia sidera motus, & cursus suos

Recursusq; adeò certis peragunt passibus:

Vt certiores in cœlo vix peragere

Videantur. **C**AE. mihi sane tam doctus non fuit

Quis-

Quisquam Sosigenes, annum cùm restituerem:  
Atq<sub>3</sub> isthic artifex fuit huius machina.

**Ci.** Credo equidem. Non enim annum metiuntur hi  
 Homines populariter, vt olim, tantummodo  
 Solis, id est, vnius astri reditu: sed simul  
 Lunam obseruant: qua menstruis spacijs viam  
 Et annuos cursus solis consequitur. Hi.  
 Volunt, ni fallor, menses congruere, & dies  
**Cum Solis, Lunaq<sub>3</sub>, ratione. Cæ. scilicet,**  
 Nam disciplina hec primū inuenta à Druyibus  
 In Gallia: pōst translata in Germaniam  
 Existimatur. **Ci.** fortasse: sed hic quid globus  
 Volubilis? **Cæ.** Archimedæum opus, non Teutonum.  
**Ci.** Quid Gallus, expassis alis qui gloctat?  
Quid tibi videtur Casar? **Cæ.** Quid enim aliud? nisi  
 Columba illius, quam Architas volatilē  
 Tarenti fecit, quidam pipio postumus.  
**Ci.** Quid cymbalum? **Cæ.** are Dodonæo suauius.  
**Ci.** Ego sanè hanc machinam satis admirarier  
 Nullo modo possum: ita me oblectat varietas:  
Quam ficti isti orbes veris non minorem habent.  
**Cæ.** At mihi planè nouum est genus murorum: ubi  
 Neg<sub>3</sub> propter altitudinem telum adiici,  
 Neg<sub>3</sub> saxa è catapultis iuncturas parietum  
 Discutere, neg<sub>3</sub> tormenta traiçere queunt,  
 Neg<sub>3</sub> propter latitudinem fossæ, vrbs capi.  
**Ci.** An non eadem forma Casar iam olim erant?  
**Cæ.** Minime omnium. **Ci.** quanam igitur obsecro? **Cæ.**  
 Directas collocabant in solo, pedes (trabes  
 Binos paribus inter se, in longitudinem

**D**istantes intervallis. Ci. nondum intelligo.

**C**a. Eas reuinciebant extrorsus. Ci. probè.

**C**a. Et multo aggere vestabant: tum interualla ea

In fronte, saxis grandibus atq; lapidibus

Effarciebant, & murum vndiq; turribus

Contabulabant. Ci. At multò hodie accuratiùs,

Aduersus hostium vim, adificant hi poplì.

**C**a. Olim casas inhabitabant, quæ more Gallico

Stramentis tectæ erant, nam neq; cœmenti apud

Illos, neq; tegularum usus erat: qd omnia

Materia informi vtebantur, citra speciem

Aut delectationem. Ci. diligentius

Hec condita sunt tecta, in morem penè Italicum.

**C**a. Ita apparet Cicero. Sed quid visa est tibi

Augusta Vindelicorum? Ci. Romam hic arbitror

Migrasse cum priscis illis Quiritibus.

**C**a. Quid Norberga? Ci. Corinthus est Germania:

Siquidem mira artificum spectet opera quispiam.

Sin moenia, & murorum propugnacula

Consideres: haud ita facile expugnauerit

Hanc urbem Mummius: sicut veterem Hellados

Corinthum deripuit. **C**a. Ita est. Ci. Sed obsecro

Qui nam homines habitarunt in his olim locis:

Quos iam tenemus Caesar: sat amoenos quidem?

**C**a. Veterum Charitonorum quondam hæ sedes erant,

Et fertilissima quedam totius loca

Germaniae, circa Herciniam siluam, Ci. unde ea oritur?

**C**a. A Rauracorum & Heluetiorum finibus,

Rectaq; fluminis Danubij (quod sciam)

Regione: pertinet q; ad fines Anartium

Et

Et Dacorum. Hinc sinistrorsus reflectitur,  
 Diuersis ab eo flumine regionibus:  
 Et propter magnitudinem iam antiquitatem  
 Fines attingebat multarum gentium.  
 In hanc Germani, congreſſi acie cum hostibus,  
 Se identidem recipere solebant ad suos:  
 Ac rursus è siluis in nostros impetum  
 Facere: Neq; tum nostri victores longius,  
 Quām quantum ad finem gentis porrecta & loca  
 Aperta pertinebant, cedentem insequuntur  
 Hostem audebant. Ci. Sanè hoc prudens consilium erat.  
 Cæ. Eadem hæc sylua olim pro nativo pariete,  
 Muroq; Suevis erat, aduersus efferos  
 Cheruscos obiecta. Ci. apparet videlicet.  
 Cæ. Magno usui mihi fuit hæc loca, oppida,  
 Aditus cognoscere: genus perspicere hominum:  
 Nullum à labore tempus intermittere:  
 Mores, ingenia & cultum discere. Ci. ego hercule  
 Crebris solebam usurpare hoc sermonibus:  
 Tot disiunctissimas terras citius tuis,  
 Non dicam cursibus, sed propè victorij  
 Illustratas fuisse, quām alterius ducis  
 Peragrari paſſibus potuissent. Cæ. hercule.  
 Ci. Evidem res omnes exterarum gentium,  
 Omnia clarissimorum regum facinora,  
 Cum rebus à te fortiter gestis, neq;  
 Contentionum ipsarum magnitudine,  
 Neq; celeritate conficiendi, neq; alio  
 Vllo modo possunt conferri. Cæ. Sat habeo.  
 Nam in iudicio tuo, quod esse amplissimum

Neut;

Noui, facile acquiesco, mi Marce Cicero.  
 Sed interim dum istos sermones cædimus,  
 Parùm progredimur. Ci. Festinemus non nihil.  
 Cæ. Ego vitiferos colles hic prospicio. Ci. Vbinam?  
 Cæ. In hac valle obuia. Viden? Ci. hominum fidem!  
Quot vinea? quot colles vitiferi? cedd  
 Mi Cæsar: qui populi hic habitant? quinam incolæ?  
 Cæ. Hæc loca Gallorum posteri Tectosages  
 Armis per vim occupârunt, atq; in hoc agro  
 Concederunt: que gens ad hoc tempus etiam  
 His sedibus se continet: summamq; habet  
 Iustitia, & laudis bellicæ opinionem. Ci. agè  
 Verò, dic obsecro mi Cæsar, quo animo sient,  
Quóue ingenio: qui has terras incolunt.  
 Cæ. Longè hi sunt homines humanissimi: neq;  
 Multum à consuetudine Sueorum differunt.  
 Ci. Credis ne verò, nos sat tutos fore in his locis?  
 Cæ. Imò quoniam hospites violare nefas putant:  
Qui quaq; de causa ad eos fortè venerint,  
 Ab iniuria eosdem prohibent, sanctosq; habent:  
 His omnium domus patent. Ci. dicas probè.  
 Cæ. Etiam vietus communicatur. Ci. gestio  
 Mehercèle: nam mille & sexcentos annos fame  
 Atq; inedia conficior. Sed proh Iupiter!  
 Cæ. Quid est? Ci. qualem hominem video? quem vi-  
 rum?  
 Cæ. Vbinam? Ci. huc ad nos rectâ pergit homo ferreus,  
 Aut Romulus alter, aut certè ipse Mars. Cæ. Noua est,  
 Et inusitata viri species: sine Cicero,  
Obseruemus, quò abeat, aut quam rem iſtic agat.

ACTVS

## ACTVS I. SCENA II.

Hermannus, Cæsar, Cicero.

**P**Relium secundum nostri commisere alarij  
Equites. Nam quinquaginta omnem multitudinem  
hostium

Propulerunt. Cæ. militem aut ducem quendam esse  
exercitus,

Indicio est oratio. Ci. Ego Merionem illum Homericum  
Esse credo, tunica cinctum adamantina. HER. pauci ad-  
modum,

De nostris ceciderunt: qui cupidius agmen nouissimum  
Insecuti fuerant, atq; audaciū subsistere,  
Hostemq; ex agmine nouissimo laceſſere cœperant.

Cæ. Pristinæ virtutis in hoc residet memoria. Ci. planis-  
simè. (principem,

Cæ. Quem tu credis esse hominem, Cicero? Ci. Romanum  
Aut proconsulem: qui sorte hanc obtineat prouinciam.

He. Nunc dies est constituta, qua frumentum militi  
Detur: hoc supportari iufi ex his finitimis locis.

Cæ. adeamus. Ci. lubet. He. prouisam, vbi sit res frumen-  
taria.

Sed quinam hi sunt, quos togatos buc conficor?

Cæ. Saluus sis tu, quisquis es. Ci. Salue mir. He. cùm  
vos mihi

Dicitis salutem, habeo pol vobis dignas gratias:

Et bene mihi precantibus, bene & ipse viciſſim reprecor.

Cæ. Gratias & nos tibi habemus. He. Sed quinam estis vos  
duo?

Aut cuius rei venisti gratia? Cæ. Germaniam

Perlu-

Perlustrare cupimus. He. Certè vestis isthæc arguit  
Peregrinos esse. an non speculandi causa huc contendit?  
Cæ. Haudquaque. He. Quid ergo ad nos venitus?  
quid rei est? cedò.

Cæ. Iam diu desiderium nos tenuit visendæ nouæ  
Huius Germania. He. Cuius Germania? Cæ. istius nouæ.  
He. Ebò dic, num non vetus hæc Germania est? Cæ. mini-  
mè omnium. (essem in locis:

He. Vnde id scis? Cæ. quia cum ante multos annos his  
Maximam Suevi putabant laudem, quam latissime  
A suis vacare finibus agros. Itaq; ex altera  
Parte à Suevis circiter millia sexcenta passuum  
Agri tum vacabant. He. quando istuc erat? Cæ. dixi tibi,  
Quando ego in his fui locis. He. at immensus ab eo tempore  
Annorum numerus defluxit: quo tant a fuit vastitas  
Agrorum in Germania. Neq; quisquam nunc mortalium  
Vitæ hodie, cuius mens spacium hoc præterit temporis  
Posset respicere. Cæ. imò ego respicio: & memoria temporis  
Illi recordor ultimam. Ci. & ego similiter, mea  
Memoria istuc tempus complector, quo vna nos viximus,  
Ego quidem Romæ: vbi aliquanto post in Asia dux fui, &  
Imperator: hic in Gallia & Germania bori  
Imperatoris perfunctus officio. anni ab eo tempore  
Vsq; ad hunc diem elapsi sunt mille, sexcenti & propè  
Viginti septem. He. dictis me delirantibus enecas  
Mastigia. nam neq; tu vñquam fuisti ductor militum,  
Neq; hic vñquam imperator. neq; tantum vitæ huius ter-  
minum

Quisquam vñquam attigit. sed exploratores estis: nouæ  
Larua amicti, qui huc spectatum ad nos aduenistis modo.

Hens

Heus lorarij. Ci. ah noli, obsecro. He. Ego pol vlciscar probè,  
Vt meriti estis Cæ. Ascula & noli tumultuarier.

He. Heus vos, inycite his manicas acdudū exploratoribus.

Ci. Hoc præsigiebat animus mihi, non satis tutos fore  
Nos in his locis Germaniaæ. Cæ. Quæsò hercle, quisquis es,

Ne, quod Ariouistus Marco Procilio & Marco Titio

Fecit, idem nobis facias: & cum Ariovisto intercidas.

He. Quidnam ergo ille fecit? Cæ. Vah! rogitas? ambos  
cum Cæsaris

Postulatis ad se venientes, & violato gentium

Iure, comprehendit, & conantes pro se dicere

Prohibuit: mōx in catenas coniecit. He. quid postea?

Cæ. Ariouistus acie victus, amissō omni exercitu

In fugam conuersus, deligat am ad ripam fluminis

Rheni, nauiculam nactus, ea profugit: reliquam hostium

Aciem consecuti nostri equites, omnes facto impetu,

Interficiunt. Ci. Certè, mi vir, si tu hunc nosse, manum

Abstineres haud dubiè. He. quis tu es igitur. Cæ. Si dixero,

Vix mihi fidem habebis. He. pro vt dixeris. Cæ. dic tu illi,

mi Cicero.

Ci. Hic est Iulius Cæsar, fortissimus Imperator, has

Olim qui domuit gentes, immanitate barbaras,

Multitudine innumerabiles, infinitas locis,

Omni copiarum genere abundantes: cuius bellicæ

Laudes celebrantur non solum nostris, sed penè omnium

Gentium linguis, & literis. He. qui tu verò es? cedo.

Ci. Ego sum Marcus ille Cicero, lumen eloquentia

Romanæ, cuius consilia non armorum, sed togæ

Et pacis fuerunt socia. He. Tibine credam ego? Ci. maxi-  
mè.

He, Num

He. Num tu verè es Cicero? Ci. haud aliis. He. & tu veres Iulius (sexies)  
Cesar? Cæ. Is ipse. He. at ambo hi mortui, ante mille & Centum annos, & amplius. Ci. Sic est. He. qui igitur reuixisse vos

Dicam iam nunc illicò. Ci. Mercurij ope, qui animas sua Virga ex Orco reuocat. He. Quomodo istuc fieri crediderim, Quod nemo hominum fando accepit, ut qui dudum mortuus sit, reuiuiscat nunc illicò? Ci. facillime. He. quomodo? Ci. Sicut comici solent resuscitare mortuos

In suis Comœdij aut fabulis. He. intelligo.

Ci. Signa si cupis, quibus nos esse hos cognoscas, dabo.

He. Nihil opus: lorarij recedite. Ci. ô humeros graues, O manus, ô pectora, ô terga, ô lacertorum toros!

Cæ. Dixeram heri tibi Marce, ingenti magnitudine corporum, Incredibili virtute esse hic homines. Ci. & quinam viri Nunc olim fuere Cæsar, quando tu bellum his locis Faciebas Germanis? Cæ. qui nam? ego hoc tibi dico: milites

Nostri, ne vultum quidem atq; aciem oculorū ferre eminūs Poteant. Ci. apparet: siquidem genus hominū decrestere Capit, viuo adhuc Homero: & pauciores filij Sunt parentibus proceriores. He. obsecro vos, duces Militum fortissimi, siquidem buc ex inferis modò Reuenitis, dicite, quid illinc afferatis huc noui?

Ci. Non licet mysteria manuum cuiquam proloqui.

Nam quotidie ad nos descendunt viri atq; fæmine, Qui maiorum opinione, virtutis fama, indolis Specie, gratia atq; opibus nituntur: quorum nomina

Et pa-

**E**t patriam nefas est nominare: nisi nos bis mori  
**E**xpetas. **H**e. non herculè expeto. Sed quānam gratiā  
**H**uc adueneritis, scire cupio. **C**A. E. hoc tibi antè diximus:  
**L**ustrandæ Germania causa. Sed tu qui vir sies  
**N**ondum dixisti nobis. Si tu Cicero & tu Casares,  
**F**acile, qui siem, coniectura poteritis affequi.  
**C**i. Vox sonat Romanum. **H**e. at hac lingua, hodie totum  
 orbem ferè

**O**ccupauit: hac doctissimi quiq; in Germania.

**G**alliq; utuntur, hac loquuntur Dani atq; Hungari.

**C**i. Quomodo nostra lingua ad has gentes peruenit exteris  
**H**e. Institutione, & p̄ceptis magistrorum. que enim  
 Vobis nativa fuit lingua, eam no's usu discimus.

**C**i. Proh Dēum immortale, quanta est cui huius beatitas?  
 Adeón eleganter, adeón expeditè te loqui  
 Romana lingua? qui neq; Romanus sis, neq; municeps.

**C**A. E. An verò nullas Latini ad vos duxere colonias?

**H**e. Quis Italia, aut Africa, aut Asia relicta, aut Gracia,  
 Peteret, informem terris, cœlo asperam Germaniam?

**C**A. E. At qui terra non ut olim inculta est, sed cultissima;  
 Et longè hodie fertilissima. **H**e. quē tu igitur me nōminas

**C**esar? **C**A. E. Germanū te esse, statura prodit. **C**i. quāso te  
 Nomen dic nobis tuum. **H**e. ego dicam: neq; nōmē meum  
 Celabo vos amplius. Ego sum Hermanus, dux Germanie:

**I**mperator in hoc exercitu. **C**A. E. Hermilius ne ille inclitus,  
 Qui victas acie legiones quinq; uno quondam die

Ad nos inferos demisit? **H**e. Non sed ex nepotibus

**V**nus sum. **C**i. Eius, qui Quintilium Varum adortus est

Improviso? **H**e. Minime. nam nos Germani hoc à patri-  
 bus,

Q.

*Et maioribus nostris didicimus, virtute & manu,  
Non dolo contendere, ac nullis insidijs nitier.*

*Cæ. Id ego magno sum expertus cū meo malo: cūm Neruios  
Aggrederer, nam ipsis ne Dij quidem immortales tum pares  
Esse dicebantur, cūm ego bellum his gererē in locis. He. ego  
Neminem in terris esse reliquum arbitror, quem nō queant  
Armis superare. ci. Satis confidenter. He. sicut militem  
Germanū decet. cæ. Quid verò hec arma sibi volunt? cedò.  
He. Belli signa sunt. cæ. Eho, an nō pacata est Germania?  
ci. Heri prævideram, nos non fore tutos à periculo.*

*He. Imò pacata est, nisi quòd quidam exteri populi modò  
In fines Belgarum iter conantur per Germaniam  
Facere. cæ. Quid si transeant sine maleficio & iniuria?  
He. Hoc quidem polliciti sunt. Sed homines inimicoscilicet  
Animo, impetrata facultate itineris faciendi per hos  
Agros, sibi non temperant. Itaq; Germani cūm se & sua  
Non possent ab his defendere, principum Germania  
Auxilium rogarunt: ne paterentur ante oculos suos  
Vastari agros, liberos in seruitutem abducier,  
Oppida expugnari. cæ. quid responsum? He. non diutiùs  
Expectandum principes rati, conscribunt copias,  
Meq; illis ducent præficiunt, & vim prohibere hostium  
Hortantur. cæ. quid factum? He. pulsi prælijs compluribus  
Hodie tradiderunt se fuge. quare nihil est mali  
Aut periculi, quod tu timeas Cicero in Germania.*

*ci. Ofactum bene! nam admodum timui, ne quid nobis mali  
Imminereret ab hoste. He. nihil prorsus: vobis q; adeò impero,  
Ociosis ut animis perlustretis Germaniam.  
cæ. Quòd verò tu abis? He. negotijs est quiddam. cæ. at cūm  
prosperè*

*Praelium*

Pratum commiseris fugatis hostibus, Armini,  
 Quaso date nobis paululum. He. Quid vultis? Cæ. Collibet  
 Nobis quædam ex te percontari. He. non ocium est mihi.  
 Nam frumentum oportet hodie me metiri militi.  
 Cī. Da negotiūm hoc cuidam tuorum manipularium.  
 He. Malus est imperator, quisquis committit partes suas  
 Militi. Cæ. at legato si rem commendes frumentarium:  
 Vbi nihil periculi est, quid hoc afferat incommodis?  
 He. Nimiū pertinaces estis. Cæ. amor cognoscendi hic agit.  
 Nam nova quædam discendi iamdudum nimia alacritas,  
 Et cupiditas nostris mentibus innata est. He. Quæ alacritas?  
 Cæ. Armaturam explorandi tuam. He. contemplare, ut  
 lubet.  
 Cæ. Nihil unquam vidi huic lorice simile. Cī. nego, ego, per  
 Iuvem!  
 Cæ. Quaso te per Deos omnes, que armatura est hec Arminie?  
 He. Solida est, è solidō ferro fabricata. Cæ. at olim ferreis  
 Hamis consertas loricæ gestabant, & pellibus  
 Tecta scuta, manu præhendebant, maiore corporis  
 Parte nuda. He. alia nunc ratio est armorum, quam olim  
 fuit.  
 Cūm maioribus uterentur lanceis, & frameis  
 Angusto ac brevi ferro. Cæ. paucis lorica tunc erant:  
 Vix uni alterius cassis aut galea. Nam vidi ego,  
 Quod scuta ex cortice facta & ruminib. intexta undiq.  
 Pellibusq. inducta gestarent. Sed obsecro te, nihil  
 Impedimenti affert tam gravis armatura militi?  
 He. Nil sane. Cæ. at nego, cedentes ex acie longius insequuntur,  
 Hac armatura, nego, sese recipere è periculo,  
 Sat tutum est. He. vobis quidem, statura tantula viris.

**Ci.** Gravus est hec machæra. **He.** tibi tantillo homini; at mihi est levius.

**Cæ.** semper, Cicero, Germanis præ nimia magnitudine Corporum suorum, breuitas nostra fuit contemptui.

**Ci.** Veruntamen immania illa corpora quo maiora erant Cæsar, hoc magis patebant gladiis & mucronibus.

**Cæ.** Queso te, licet mihi voluntate tua querere

Ex te quippiam. **He.** ut lubet. **Cæ.** Quod hoc est armorum genus

In humero quod gestitas? **He.** tormentum est aneum: viden?

**Cæ.** Video. **Ci.** concavum esse apparet. quemnam usum in bello tibi

Praestat? **He.** hoc hostem ferio eminus. **Cæ.** quidais? tunc eminus

Hostem ferias aneo hoc tormento tam gravi? **He.** ad pol.

**Cæ.** Dic, amabo, intra quot passus consistit teli istius

Iactus? **He.** Dicam equidem, sed vix credes mihi. **Cæ.** prout dixeris.

**He.** Hostem intra trecentos passus hoc possum contingere Tormento. **Cæ.** verum & falsum Harmini dixisti modò.

**He.** quomodo? (mini:

**Cæ.** Falsum est, quod mihi dicu de trecentis passibus, Har-Verum est, quod dixisti, me non crediturum esse hoc tibi.

**He.** At dicam tibi Cæsar, quod tu magis mirabere.

**Cæ.** Modò non falsum. **He.** imò dicam verissimum. **Cæ.** quid nam? cedd.

**He.** Hostem intra trecentos consistentem passus, eminus, Si libuerit, sic feriam hoc telo, ut aut fronti, aut pectori

Aut femori impingā. **Cæ.** Deliras manifeste. nam ne Gigas Centimanus quidem hoc tam grave telum usq; ed conieceris,

**Ci.** Di-

ci. Dic obsecro, nomen quod est huic instrumento bellico?

He. A bombo, quem edit, alijs indidere ei vocabulum.

ci. Quomodo tu vocas? He. Sclopem. ci. at qua causa est huius nominis?

He. Ego dicam. bucca cum flatu oppleta fuerint, editur Violentus sonus. ci. Sic est. He. eum Latini nominant Sclopum, ni fallor. ci. non falleris, nam erumpentem sonū Ex ore, ita vocant Latini. He. attende ergo, dum missile Eiaculor, num sclopo aut bombo similis edatur sonus.

ca. Summe Iupiter, qui in terras deuenisti cœlitus,  
Si propitius mihi. quid stas aeternitus Cicero? hemocrysus  
Cicero procumbe in genua, & adora Iovem hunc Olympiū.  
Deus hic, Deus est, qui nos falsa voluit ludere imagine.

ci. O bone Iupiter pater, cuius nutu atq; arbitrio,  
Cœlum & sola terra reguntur: qui solus cœlo tonas,  
Solus fulminas: te colo, te supplex veneror, te precor:  
Si propitius mihi. ca. da queso veniam summe Iupiter  
Homini incredulo mihi, qui te mendacij modo  
Insimulaui, ipesus mendax, arg; impudens. nam tu sola  
Terrarum procul fulmine tuo cœlesti concutis:  
Tu multa potes cœlus pertingere millia passuum.

ci. Heu, quod nihil nobis est victima, quod huic Iovi  
Immolemus. He. nihil opus mei amici, quin consurgitis  
Ocyus, homo sum, nec quicquam in me diuini est numinis.  
ci. Iupiter certe, aut Mars, aut Quirinus ille es Romulus.  
He. Hermannus ego sum, unus principum & ducum Ger-

manie:

Homo mortalis, immortali ingenio præditus. ca. Deus

Certe es: qui sic detonas, sic fulguras, sic fulminas.

Num Vulcanum te arbitrer, qui fulmina fabrices Iovi?

**H.** Homo sum, quin consurgitis mei amici: surgite.

**C.** Agè morem geramus Cicero. **H.** Cur trepidas Cæsar? cur times?

**C.** Nemo est tam fortis, qui non rei novitate aliquantulū Perturbetur. nam hic ictus muro intremiscendus fiet.

**H.** Bono animo es. **C.** si Celtarum unus sim, qui cœli fulgura

Et terræ motus, et fluctus nihil paudent. **C.** i. Cæsar. **C.** qd est?

**C.** Ego Gigantū ē posteris hunc arbitror esse: quos ferunt Antiqui bellum intulisse Dīs immortalibus.

**C.** Idem & ego statuo prorsus. **H.** quid ais? num verum dixeram

Desclopo? **C.** imò tu tonitru potius, quam sclopū dices.

**H.** Quale os est, talis solet edi sclopus. **C.** i. at os hoc aeneū est.

**C.** Imò aeneum: nam flamas eructat, & flammeos globos Euomit. **H.** cape Cicero, & quam grave sit tormentum hoc, pondera.

**C.** Heu nefas est, polluta manu attrectare fulmina,  
Et l'ovis sceptrum. **H.** Quin tandem omittis ista fulmina.

Nim sclopetum hoc est meum, mortali fabricatum manu.

**C.** Non autē manu Vulcani? **H.** Haudquaquam. **C.** neq;  
Pyramonis

Aut Brontæ, aut Steropæ? **H.** non sanè. **C.** ne fabricatum  
in Insula

Lemno? **H.** minimè. **C.** neq; item ex Aetna eductum rapidis faucibus?

**H.** Non equidcm. **C.** proh Iupiter, quinam ergo Telchium auctor est

Huius sclopeti? **H.** Germanus. **C.** qui credam, nisi pro Deis  
Habeam Germanos? **H.** facillimè credes. **C.** dic quomodo?  
**H.** huic

He. Huic ego dixero : nam hic maiore olim habuit usum res  
Militaris, quam tu Marce Cicero. ci. non inficias eo.

He. Meministi Cæsar, qui funditores olim Cretici  
Fuerint. cæ. commemmini optimè. He. & quibus armis de-  
certauerint?

cæ. Memini. nam fundis eiaculabantur glandes plumbeas.  
He. Rectè. cæ. ter agendo fundam circa caput. He. pla-  
nissimè.

cæ. Quid verò simile est fundis cū sclopeto ? He. Faxo scias.  
Primum funditores glandes emittebant plumbeas.

cæ. Etiam. He. & emittebant illas eminus. cæ. videlicet.  
He. Hoc idem faciunt & sclopetary nunc milites.

cæ. Quomodo? He. nam & ipsi glandes eiaculantur plum-  
beas:

Et quidem eminus. nam sicut illi fune stupeo  
Torquebant lapides: ita nos torqueamus his siphonibus.

cæ. Intelligo sanè: sed nondum adverto tamen, quo glans  
tua

Impulsa incitata, ex hoc tormento erumpat eminus.

Nam Cretenses & Baleares funditores, brachij

Dextri agitatione, ejiciebant tela antiquitus.

Tu verò manus, & brachia immota tenes.

Vt qui nervo arcus, sagittam excussam ad metam dirigit.

He. Haud erras Cæsar: sed quia causam ignoras huius rei:

Ego te, si lubet cognosse, decebo. cæ. lubet sanè. ci. lubet  
Et mihi. He. primum natura sic comparatum esse id tenes,

Vt quæ ignita sunt, si per vim detineantur in loco

Alieno, cum summo erumpant impetu. ci. adepol, Armini.

Nam aér & ignis lineis rectis, in cælum subuolant.

MER. Sic flamma in cavernam montis Aetna subterraneā

Inclusæ, imo fundo exæstuant: donec tandem exitum  
 Nactæ erumpant, & globos piceo fumantes turbine  
 Expirent. Ci. intelligo. He. neq; aliter, impulsæ aetheria  
 Sonitu fulmen expressum, quondam per nubes emicat:  
 Vbi vi perrupit, diem flammamq; concepit. Ci. probè,  
 Nam & vesica repleta aëre, si dissipatur, sonat.

Cæ. At quo pacto igne tu potes includere huic molli enea:  
 Ibiq; per vim continere? He. facillimè. Cæ. dic obsecro.  
 He. Igitur carbones atq; aridam materiam, & sulfura,  
 Et nitrum: quibus ignis per facile excitarier potest:  
 Et quæ citòflammam concipiunt, primum redigo in puluerē:  
Qualis hic est, quem vides. Cæ. Video. He. postea in hanc  
 machinam

Irroro, quantum sat est: & sic glandem ingero plumbam.

Cæ. Sed quanam ratione pulv're inflammare potes? cedd.  
 He. Per facile, nam silicem lapidem huic impono rotæ æreæ,  
 Ac dentatæ: quam primùm instrumento hoc soleo intendere,  
 Et leui attactu huius clavis dein subitò remittere.

Tunc enim scintilla promicant: quæ dispersum undiq;  
 Pulverem repente incendunt. Cæ. pro suprême Iupiter!  
 Quæ nova atq; in usitatâ hæc est species? quæ industria?  
 Quæ tanta ingenij sagacitas? Ci. ego certè iam minus  
 Regem illum admiror Salmonea: quæ ferunt flamas Iovis  
 Et sonitus Olympi, & non imitabile fulmen æreo  
 Curru simulasse. He. at si maiores aspicias machinas,  
Quid cum dicturus sis Cicero? Ci. quid? num verò etiam  
 tibi

Sunt maiora, quam hoc est, eiusmodi tormenta bellicar?  
 He. Phalaridis tauru maiora. Cæ. proh Deum! quid  
 audio?

He. id

He. Id, quod res est. Ca. at quomodo possunt gestari et  
In humeris, si sunt sclopetatae magnitudinis?  
He. Curribus solent vectari. Ca. falcatus, an effidus?  
He. Bigis Casar. Ca. Obsecro te, fac opera compendium?  
Et commonstra mihi tanta sclopetata magnitudinis.  
He. Quanquam sum occupatus, & hoc tempus nunc aliud  
postulat,  
Meq[ue], alio iubet properare: tamen tibi morem geram:  
Siquidem grata res erit. Ca. imò offers mihi optatissimum  
Hoc beneficium. He. heus tu, Ariouisto legato denuncia,  
Ut meas interea partes in re frumentaria  
Exequatur: at q[uo]d audi, mastigiam illum, qui virginis  
Obtulit vitium, in carcere iube teneri, dum illico  
Redeo. Nunc tu sequere Casar, in hoc armamentarium.  
Ca. Sequor. Ci. at ego vos interim hic opperiar ante ianuā.

## ACTVS II. SCENA I.

Cicero.

**N**on expedit mihi hos sequi. nam sic timor  
Praoccupauerat animum meum: uti propè  
Alienata constiterim mente. ô seculum  
Illud felix! quod hisce caruit machinis.  
Nam si Casar, quo tempore bellum ciuicum  
Nobis parabat, hisce armatus machinis  
Fuisse: iam pridem nihil veteris Italæ  
Restaret huic euo reliquum. Quod enim obsecro  
Hoc est in illo studium armorum? qui hic amores  
Quæ belli cupiditas? adhuc enim flagrat,  
Ardet cupiditate triumphi. Veruntamen,  
Si dicendum sit mihi, quod sentio: metus

Q. 3

Hæc arma inuenisse videtur. Cuius rei  
 Hanc coniecturam capio, quod postquam suum  
 Prope hostem nemo amplius audebat communis  
 Consistere, neq; portis, facta testudine,  
 Succedere, & muros subruere, atq; arietum  
 Impulso mœnia quassare: ibi demum metus  
 Excogitavit hæc tormenta bellica.  
 Sed non ausim tamen hoc Germanis dicere,  
 Ne me suam sibi inuidere gloriam  
 Existimat. quis hic autem, qui fert gradum  
 Huc tam magnificè, cum lauro poëtica?

## ACTVS. II. SCENA II.

Eobanus, Cicero.

**Q**Vid ergo faciam? num ne ad Cæsarem quidem me  
 conferam:  
 In quo uno spes omnis mihi deposita est? Ci. hem!  
 Cæsarem

Hic nominat, quid hoc rei? EOB. qui se mihi patronum &  
 patrem  
 Fore promisit, in omni fortunæ vultu: eiūsne prohibeatur  
 Aditum? Ci. quæ hac fabula est, quod conuenire Cæsarem hic  
 auet?

E.O. Quod si vetor illi de acceptis coram queritari iniurijs,  
 Num etiam librum, quem sacratissimo dicauit nomini  
 Cæsaris, eidem offerre non licet? quæ hac contumelia est?  
 Cl. Hominum fidem! vt citò fama de Cæsare percrebuit his  
 locis:

(tius  
 Cui se librum dicasse hic ait? EOB. quemuis euentum for-  
 Feram, quæ in istum dolorē. Ci. demiror, quid huic euenerit,  
 Mali.

*Mali. EO. nunc hūc eo, ut per hominem idoneum viam  
mihi*

*Parem: qua Cæsari reddatur nouus hic, quem scripsi, liber.  
Ci. Adib. EO. quis hic togatus est qui se mihi fert obuium?  
Ci. Quem tu hominem solus inuestigas his locis? Eo. Idoneum,*

*Per quem liber hic meus reddatur Cæsari. Ci. Cui Cæsari?  
EO. Romano. Ci. at quid tibi Germano cum Cæsare est  
negotij?*

*EO. Næ plurimū: nisi enim liber ei tradatur, quem ego  
condidi: (aut quidnam spēi*

*Frustra suscepī omnem laborem meum. Ci. quamobrem,  
Habes in Cæsare: cuius nomen iuuissim est Germania?*

*Eo. Hoc Deus auerruncet. nam mibi nomen tam augu-  
stum Cæsar is*

*Sanctissimè colitur. Quare nisi tu aditum monstres mihi,  
Verbum deinceps tecum non commutauero. dixi tibi.*

*Ci. Quid verò ages cum Cæsare. Eo. mi vir, quod tua non  
interest, (lubet.*

*Percontari desine. Ci. Satis imperiosus es. Eo. sic mihi*

*Ci. At nisi tu hoc primū exponas mihi, quid acturus fies*

*Cum Cæsare: nunquam tibi eum cōmonstrauero: dixi tibi.*

*Eo. Me miserum! an non tibi antè dixeram, quod hunc ei*

*librum (quem ego hūc gero.*

*Offerre cupiam? Ci. Quem librum? Eo. istum quem vides;*

*Ci. Quod argumentum est libri? Eo. opus est poëticum, &  
numeris suis (sis sacris*

*Vinctum. Di. Papæ, etiam Germanis est aliquid cum Mu-*

*Commerce? Eo. Quid nisi sit? Ci. & suos etiam Germani  
habent*

*Poëtas?*

Poëtas? EOB. quid ni habeant? Ci. Latinos? EOB. scilicet.  
Ci. tibi ne ego

Credam? EOB. pro ut lubet. nam apud nos etiam Gracos  
reperies

Poëtas de optimo genere. Ci. lege obsecro, quid scripseris.  
Nam te loquentem audire vel potius videre gestio.

EOB. Arbitrè Imperij genus immortale Deorum,

Cesar aue: & vultu lege carmina pauca sereno.

Nam quia me premit insontem vis dura Poëtam,

Nec mihi præsidium, nec spes est rebus in arctis:

Prater opem pater alme tuam, certumq; leuamen:

Ad te confugio, & supplex tua numina posco.

Ci. Deum immortalem! quam latè se extendit mea Latini-  
tas?

Quando Lucretios, & Ennios & Paccuvios habet

Germania? Queso te nomen mibi memores tuum. Eo. Lu-  
bet. (dd)

Neg, enim me nominis mei adhuc pudet aut paenitet. Ci. Ce-  
igitur. Eo. mibi nomen Eobano Hessò est: qui primus in hoc  
patria

Solo, Latinis versibus Homerum exposui, & Theocritum.

Ci. Homerum & Theocritum? Eo. hos ipsos dico. Ci. Lati-  
ni versibus? (tione barbarus.

Eo. Italoquor. Ci. tu Germanus? Eo. ita aiq. Ci. na-  
Eo. Qui barbarus? qui eadem & vna tecum lingua collo-  
quor? (minis es, cedo:

Ci. Et hoc ipsum demixor, Eobane. Eo. at quidnam tu ho-  
Qui me ausis appellare barbarum? Ci. scies, ubi dixerim.  
Sed prius scripturā inspicere volo, & videre manum tuam.

Eo. inspice.

Sodes.

*Sodes. Ci. ô Dij, que charta hac est? quam tenuis membranula?*

*Vix Eumenem credo, tam subtilem reperisse Pergami.*

*Sed unde papyrus hac, quam membrana ambit? Eo. è Germania.* (Eo. Quippini?)

*Ci. Quid ais? papyrum etiam profert vestra Germania?*

*Ci. Enim uero temporibus illis priscis, non nascebatur, nisi*

*In solis Aegypti palustribus locis: tantum prope*

*Nilum amnem: ubi aqua euagata stagnant: et terram astaret obrutam.*

*Tenent. Eo. apud nos verò papyrus ista non nascitur,*

*Sed arte conficitur. Ci. etiam illic arte solebat confici.*

*Eo. Quomodo conficiebatur arte id, quod natura procreat?*

*Ci. Si lubet audire, dicam tibi. Eo. lubet equidem: dicas modò.* (quibus

*Ci. Dicam: sed dicam verbis non meis, Eobane. EOB. vah!*

*Ergo verbis? Ci. Peritorum artificum. Nam quilibet artifex* (pralijis

*In arte sua eloquentissimus est. Eo. sic est. Ci. nam de*

*Nemo memorabit melius, quam bellator: nemo de grege*

*Loquetur aptius, quam pastor. Eo. ita est, Sed age, dic tu interim.* (cem;

*Ci. Papyrus, candida frutex, longitudine est cubitum de-*

*Haud amplius. EOB. sic aiunt utiq. Ci. lateribus triangulis* (dō

*Fastigiata in gracilitatem. Eo. Intelligo. Ci. thysif mos*

*Cacumen includens. Eo. credo sane, et si nunquam viderint,*

*Ci. Segminibus utring amputatis, capiant longitudinem*

*Papyri, quae potest esse. Eo. arbitror. Ci. Deinde scapum da uidunt;*

In prætenues phylaras, sed quam latissimas. intelligis?  
Eo. Vt cung. Ci. dicam ergo clarus. Eo. agè dic: quoniam  
ausculto lubens.

Ci. Athyrso, seu scapo papyri auellunt tenues bracteas;  
Sive tabulas, sive plagulas, sive cutes, sive coria, sive  
Ramenta, sive schedas, sive tunicas, sive quoquo nomine  
Appelles. Eo. nimium copiosus es. Ci. sine sic siem: modo  
Tu peruenire me finas; quò volo. Eo. agè, sino: modo tu quoq,  
Hoc expediās mihi quam primūm: quot phylaræ, seu scheda  
queant (Eo. & hæ

Vni scapo auelli. Ci. vix unquam plures, quam vicenæ.  
Omnes ad conficiendam chartā idoneæ? Ci. minimè omniū.  
Nā quò quequa propiores extrema tortici erunt, hoc erunt  
Deteriorēs: & illi proximæ, omnium deterrima.

Extremum quippe papyri corium scirpo simile: ac ne quidē  
Ad funes, nisi in humore, utile. Eo. quid autem? ubi iam  
detraxerint

Tunicae? Ci. Schedis supin allinuntur transuersæ schedæ.  
Eo. Non cupio. Ci. dicam apertius: aduerte animum.

Eo. aduerto scilicet.

Ci. Quasdam schedarum auulsarum substernunt directe  
situ,

Perinde, ut textores stamina: quasdam transuerso sita  
Illis superimponunt, velutis subregmina. vtrum intelligis?

Eo. Sic satis. Ci. vtrasq, verò Nili aqua madentes turbida,  
Coniungunt inuicem. Eo. quamobrem iſthuc mi vir?

Ci. quia turbidus

Iſte liquor præbet glutini vicem. Eo. quid autem postea  
Fit? Ci. plagulas inter se iunctas præliu premunt, et humili-

das

Exig.

Exiccat: tum scabrietum dentibus, conchae leuigant,  
Aut malleo tenuant. Eo. Quid si autem calamis nimia te-  
nuitas

Non sufficit? Ci. ob hoc præfertur charta illa, cuius è cute  
Prima, thyrsi texuntur subtegmina: & è secunda cute  
Stamina. Eo. si autem lentigo insit. Ci. tum vulgare glu-  
tinum

E flore pollinis feruente temperatur aqua, & parùm  
Aceti aspersa intergeritur: postea tenuatur malleo,  
Et iterum glutino percurritur: iterumq; de nouo  
Conservata erugatur, & extenditur charta suo malleo.

Eo. Nimis operosa fuit isthac ratio conficiendi schedas.

Ci. At huius chartæ vsu quam maximè constabat memoria,  
Et immortalitas hominum. nam prius quam chartam Aegy-  
pti

Inuenere: in folijs palmarum scripta uere veteres;  
Et auctore Herodoto patre historiæ, Phœnices pellibus  
Caprinis sunt vni: inde in libris arborum scriptum fuit.

Eo. Apud nos longè est expeditior ratio. Ci. dic quomodo?  
Nam lubet audire. Eo. papyrum qui conjecturi sunt, hi  
legunt

Primum linteæ: eaq; per octiduum madefacta imponunt  
solo:

Deinde frustillatim scindunt: atq; in cupas ingerunt:  
Vbi conputrescant. Mox putrida quaternis pistillis, rotâ  
Versatili sursum & deorsum actis, tundunt in mortario,  
Aqua replete: eamq; fusionem reiterant: postea  
Vase hauriunt linteæ, minutim contusa, è mortario:  
Atq; in cortinam, aqua calida refertam, indunt. Ci. quid  
postea?

Eo.

Eo. Formam capiunt, craticulam quandam ferream.

Ci. Cuiusmodi

Craticulam? Eo. Qua materiam è cortina hauriunt.

Ci. Qui ferream

Eobane? Eo. Non intelligis? quæ ferramentis tenuibus  
Contexta, aquam transmittat, & linta contusa retineat  
Summa in superficie: quasi quoddam colum. Ci. Quasi co-  
lum? Eo. adepol.

Nam aqua percolata relinquit in colo contusa linta.

Ci. Quid deinde fit? Eo. Chartarius secundus de primi  
manu

Arripit: & formam in pannum villosum euacuat: mox al-  
tero (colum

Panno imposito papyrum tegit, intelligis? Ci. Ut qui po-  
Letheum combibit. Eo. Inuoluta folia pannus, uti modo  
Dixi, & sibi à secundo tradita euoluit vir tertius:  
Semperq; pannos reddit alteri: ipse folia collocat:  
Atq; hac summa administrantur celeritate. Ci. quid vlerà?  
cedo.

Eo. Vbi volumina aliquot fuerint sic disposita: ibi qua tuor  
Viri validissimi submota pælo materiam premunt:  
Dum penè omnis decedit humiditas. Ci. Quod autem est  
vltimum?

Eo. Demum aere exiccatæ suspensa: & exiccatæ glutino  
Percurrunt: glutinatæ levigant. Ci. Desine: iam sat habeo.  
Quia me non tam Charta illectat, quam pictura elegancia:  
Et Scriptoris manus. Eo. ab erras: neq; enim hac manu  
& calamo solent

Scribi. Ci. quomodo igitur. Eo. pælo bi characteres  
Apud nos, imprimitur paginis. Ci. pælo? Eo. videlicet.

Ci. Quo-

Ci. Quomodo? Eo. non aliter ac papyrus Aegyptia prae-  
premi

Solebat. Ci. quo pacto? Eo. auscultare si vix, dicam. Ci.  
operam hanc tibi

Dico. ac lubens. nam nihil unquam vidi, nihil audiri uspiā,  
Quod comparari cum his possit. Eo. sic arbitror. ausulta.

Ci. hoc ago.

Eo. Primo omnium figuras literarum stanno fusili  
Expressas, sed easdem inversas, & desuper extantes habent:

Quemadmodum alias literæ, incise marmoribus prominent.

Ci. Intelligo. Eo. haec figuræ literarum se iunctæ invicem  
Possunt ita iungi, ut dictionem tibi constituant quamlibet.  
Nam & componi inter se, & rursum possunt a se dissoluier.

Ci. Quomodo componi? Eo. manibus. Ci. neq; enim pe-  
dibus arbitror, Hercule.

Eo. Dico manibus. Nam prehendi possunt. quippe colu-  
mellis suis

Incumbunt affixa, & supina, ut dixi, in uersa facie.

Ci. Cuiusmodi columellis? cedò. Eo. longitudine paribus,  
Et latitudine: ceu pedamentis quibusdam, aut perticis.

Ci. Quanobrem? Eo. ut aptè inter se possint componi,  
& ne literæ

In commissura illarū debiscant invicem. Ci. sed quomodo  
Figuras istas literarum colligunt? Eo. è capsulis:

Quibus sigillatim figuræ omnes induunt. Ci. quomodo?

Eo. Secundū literarū seriē. nam quādo aliquid in hos typos  
Referre volunt, eos è capsis deponunt: ac syllabas

Totæq; dictiones ex typis illisce colligunt:

Et in ordinem legitimum disponunt: ac veluti milites  
In aciem collocant: sed ita, ut hosti omnes tergum præbeant.

R

*Ad extremum ubi multas, hoc postu, lineas consecerint:  
Et integras operis columnas, ac latera constituerint:  
Ibi demum sepimento ferreo aciem circumsepiunt:  
Itaq<sub>z</sub>, arcte includūt: ut ne unus quidem apex loco moverier  
Posset. Ci. mira memoras. Eo. atq<sub>z</sub> hec tamen omnia sic  
disposita sunt,*

*Vt litera inversa omnem dictionem tibi retrō offerant.*

*Ci. Sibyllæ mihi videris folia describere. Veruntamen  
Quid deinde fit? Eo. Inclusos typos tabella imponūt mobili,  
Quasi torculari, eosq<sub>z</sub> atramento oblinunt. Ci. quid postea?  
Eo. Papyrus madefactā imponunt, & machina versatili,  
Praeo submotam pressant. Ci. quomodo ais? Eo. pressant  
inquit.*

*Nam tunc atramentum, eñeis quod fuerat illitum typis  
Vestigia post se reliquit in papyro, intelligis?*

*Ci. Sic, ut qui domum apud se dimensam, atq<sub>z</sub> exedifica-  
tam animo habeat.*

*Eo. Atq<sub>z</sub> hoc modo ter mille paginae excudi quovis die  
Possunt: & unico die plus operis duo præstant viri  
Libris premendis, quam toto anno olim scribendis quatuor  
Prastabant strenui librarij. Ci. prob luppiter pater,  
Quod non acumen ingenij humani penetrat? quid uspiam  
Restat generi mortali, quod non animi solertia  
Excogitarit, atq<sub>z</sub> ad usum uitæ accommodauerit?*

*Vah Dædalos, vah Praxitiles rudes! cedo obsecro, (nisi  
Quis admirandi huius operis auctor est? Eo. Quis sit alius,  
Germanus? Ci. Ain? Eo. verum est, nam primus inventor*

*Moguntiae*

(hac

*Vixit: fatale nomen adeptus Fausti. Ci. O Dij, quid nos ad-  
Cadmū miramur? quem referunt primum attulisse literas*

*In*

In Graciā? aut quid tantoperē Carmentā vate extollimus?  
 Quae literarum priscarum notas ex Arcadia attulit  
 In Latium? Eo. fuit olim, fuit illa barbaries Germaniae,  
 Cūm fœmina & viri pariter secreta literaria  
 Nescirent. At hodie nostri homines artem istam librariant  
 Docuere Gallos, & Italos, & Hispanos, & ceteras  
 Omnes terrarum gentes. Ci. Nunc verum experior ver-  
 bum vetus,

Mente nihil præstabilius homini, à natura, aut Deo datum.  
 Nam quis non intelligit inuenta animo, percepta sensibus,  
 Adhibitis opificum manibus, nos consecutos omnia?

Eo. Haud erras quisquis es. Ci. Queso te, præsta hoc offi-  
 tium mihi, (vacat)

Et in officinam aliquam deducito me librariam. Eo. Haud  
 Nunc mibi: quandoquidem Cæsare convento opus est mihi,  
 quam maturrimè.

Ci. At is in hoc occupatus est armamentario: neq;  
 Iam facilis tibi erit aditus ad eum. Sed dum se ille expediatur,  
 lubet

Ista videre interim, quæ tu commemorasti mihi de typis:  
 Postea deducam te ad Cæsarem. Eo. Agè eamus ergo: se-  
 quere me. (bi dixero.)

Atque hem, nomen tuum antè dic mihi. Ci. Perge: intus ti-

## ACTVS II. SCENA III.

Cæsar, Hermannus.

P Roh Iupiter! quanta hæc ferramentorū copia? quan-  
 tus hic  
 Muralium tormentorum numerus? He. Nónne pa-  
 ratissimum hoc

*parasites of the cat*

*Glaucomysoreum* (L.) Schlecht.

*Journal of Health Politics, Policy and Law*

*Journal of Health Politics*

10. *Leucosia* *leucostoma* *leucostoma* *leucostoma* *leucostoma*

**INNOCENT** **DO** **NOT** **DO** **NOT** **DO**

## Non-Domesticated Geese

### **Bell's Quarterly Journal**

## **Heads**

**THE END**

10. *Leucosia* (Leucosia) *leucostoma* (Fabricius)

19. *Leucosia* (Leucosia) *leucostoma* (Fabricius) (Fig. 19)

**THE FUTURE OF THE EARTH**

*JOHN AGNEW*

# Narrative of the Life of

### **Environ. Monit. Assess.**

王之涣《登鹳雀楼》

10. The following table shows the number of hours worked by each employee.

卷之三

10. The following table shows the number of hours worked by 1000 workers in a certain industry.

10. The following table shows the number of hours worked by 1000 workers in a certain industry.

10. The following table gives the number of hours of sun per day for each month in a certain city.

**G** 欧洲的“绿色革命”

19. *Leucosia* sp. (Diptera: Syrphidae) was collected from the same area as the *Chrysanthemum* plants.

**ANSWER** *It is the same as the original sentence.*

### ◎ 亂世之亂世

10. The following table gives the number of hours worked by 1000 workers in a certain industry.

10. *Leucosia* sp. (Diptera: Syrphidae) was collected from the same area as the *Chrysanthemum* plants.

10. The following table gives the number of hours per week spent by students in various activities.

*Rei studebant. sed quicquid poterant, copys pedestribus  
Valebant. nam iumenta apud eos mala erant, ac deformia.*

*He. At hodie validioribus iumentis utuntur, & equis  
Minime strigosis: tamq; levibus, quam Veneris sit speculum:  
Et insuper torosis. Ca. etiam ephippiatis? He. scilicet.*

*Ca. Olim verò nihil habebatur Germanorum moribus  
Inertiis, nihilq; turpius, quam utier ephippis.*

*He. Eoq; minus valebant equitatu, quam nunc valent.*

*Ca. Fortasse. He. quin etiam variare gyros in vestrū sciunt  
Morem: in rectum, aut uno flexu dextros agunt: ita orbibus  
Coniunctis, ut nemo posterior sit turmis ex omnibus.*

*Ca. Crediderim. sed qua peditum virtus in acie est? He. cur  
hoc rogas?*

*Ca. Quia olim singuli equites singulos ex consuetudine  
Pedites habebant, quos ex omni copia delegerant  
Suæ salutis causa: cum his versabantur in prælijs:  
Ad eos se recipiebant equites. Hi. si quid erat durius,  
Concurrebant: si qui graviore accepto vulnere ex equo  
Deciderant, circumstiebant: si quo prodeundum longius  
Aut celerius recipiendum: tanta erat eorum celeritas  
Exercitatione, ut sublevati volucrum iubis  
Equorum, cursum adæquarent. He. etiam bodiè noster pedes  
Solet inter equites præliari. Ca. Sed eadem ne, qua meis  
Temporibus, animi magnitudine. He. Imò maiori arbitror.  
Nam quod præcipuum fortitudinis incitamentum est ferè  
Non casus, nec fortuita conglobatio cuneum facit:  
Sed familie, atq; finitimarum nationum societas.  
Quippe generatim consistunt Germani in acie & prælijs.  
Ca. Ego certè nisi equites, & levis armatura olim milites  
E Germanis habuisem, nunquam Aruernorum rebellium*

*Vicissim copias. nam illi ad munitiones hostium  
Sequebantur, coniectos in fugam: nonnulli campo equis  
Relictis, fossas transibant, & transcendebant macerias:  
Cum res in summo esset discrimine, Germani nobis opem  
Ferebant. He. Quid verò Galli, quid Aedui? CAE. Quid  
Aedui?*

*Magno impetu Galli primò procurrunt, audacter locum  
Capiunt. neq; ordines suos magnopere seruant in acie:  
Rari & dispersi pugnant: si premantur, terga vertere,  
Pedem referre, loco suo excedere non turpe existimant.  
Quod de tyronibus tamen, non de veteranis dictum volo.  
He. At Germani ordines servant, neq; à signis temerario.  
Ausū discedunt, neq; sine gravi causa quem quisq; locum  
Cæpit, descrit. Habent enim hoc Germani autū & patriū.  
Perstare in acie: nullum frustrā telum in hostem mittere:  
Nusquam procedere inconsultius: nec hostem longius  
Temere insequi: tum, si quod acceptum detrimentum fiet,  
Celeriter sarsire. CAE. Vnum est, quod maximè scire cu-  
pio, Armini. (mania?)*

*He. Quidnam? CAE. Quis regnum solus obtineat in Ger-  
He. Romanus imperator, quē vulgo omnes dicunt Cæsare.  
CAE.. Cur Cæsarem? He. Quia huius imperij fundamenta  
posuit (lica,*

*Cesar. CAE. Is ego sum: qui Pompeio victo in acie Pharsa-  
Tatius orbis terrarum potitus sum. He. Et potire adhuc,  
CAE. Gestio mehercle, famam nominis mei tanto temporū  
Intervallo conseruatam: & ad hanc usq; etatis memoriam  
Propagatam esse. He. ita est: neq; enim Germani superiorē  
hodie*

*Agnoscunt Romano Cæsare. CAE. Proh Iupiter! quid audio?  
He.*

**He.** Quod verum est. **Cæ.** Ergone Romanis etiam bodie Germanis imperant?

**He.** Non, sed Germani dominantur nunc Romanis. **Cæ.** non arbitror:

*Siquidem Romanus Caesar est, ad quem summa huius respicie Imperij.* **He.** imd Germania unus principum est. **Cæ.** quomodo igitur (res

Romanus dicitur Imperator? **He.** quomodo Romani Casar A debellatis Germanis se dicebant olim Germanicos.

**Cæ.** Dic obsecro, quomodo Romani in potestate devenerint Germanorum? **He.** Anni ab eo tempore, quo Magnus ille Carolus

Imperij dignitatem ad nos Germanos armis transfluit,  
Victo rebelli Desiderio, Rege quondam Insibria,  
Anni, inquam, elapsi sunt septingenti octoginta quatuor,  
**Cæ.** Papæ! tot annis imperii terrarū Germani obtinent.  
**He.** Haud paucioribus. Nam qui nunc rerū summa in Ger-  
mania

Potitur, quintus & quadragesimus hic imperator est,  
Ad hunc enim summa voluntate omnium Septenvirūm  
Imperij dignitas, adhuc patre viuo, devoluta fuit.

**Cæ.** Hominū fidem, que tanta rerū facta est cōmutatio!

**He.** Fatales sunt, Caesar, conversiones Imperiorū. **cæ.** ita est.

**He.** Nā Deus est, q̄ stabilit, & transfert imperia: modò hos,  
Modò illos supremis imp̄j gubernaculis, & regnis admoens  
Hic res humanas pro libitu suo dispensat: hic premit,

Hic tollit, quos vult. nam solus agit liberè. **Cæ.** Dicis probè

Et verè. Nam quantum cum in omni re, tum verò maximè

In imperio fortuna poscit, id meis incommodis

Egomet documento sum. **He.** habet hūc morē Deus, huius vi-

ta arbiter,

R 4

Ut in altum humana tollat, quod graviore lapsu corruant.  
 Nam ubi res sumnum attigerit fastigium, repente decidit.  
 Neg<sub>3</sub> Aßyrū, postquam Hæbreis imposuissent stipendium,  
 Ultra ducentos & quinquaginta annos, dominatum omniū  
 Rerum tenuere: neg<sub>3</sub> Perse post captam à Cyro principe  
 Babylona, diutius regnarunt, quam ducentis circiter  
 Annis: neg<sub>3</sub> Macedones & Græci, post superatum prælio  
 Dariū, præfuerunt Imperio terræ diutius,  
 Quam annis ducentis: usq<sub>3</sub> dum armis victi sunt à Mūmio.  
 Adeò magnis imperijs denegata est cui diurnitas:  
 Cæ. O Germanos beatos, si exterarn gentium mala,  
 Pro disciplina & præceptis habere possint: ut alios  
 Casus inde timeant! Sed illud interim scire cuperem,  
 Quinam illi sint Septemviri, quos nominaveras modo?  
 He. Sunt septem principes Germania et totius maximi  
 Atq<sub>3</sub> potentissimi: qui regem diligunt suffragio,  
 Quem rerum summae præficiant: quales olim Lacedæmonie  
 Fuerunt septem Ephori. Cæ. Intelligo. He. Eundem Ro-  
 manus Pontifex  
 Inauguratum à se, salutat Augustum atq<sub>3</sub> Casarem.  
 Cæ. Qui pontifex? He. Romanus. Cæ. Quid? num maxi-  
     mus ille pontifex?  
 He. Omnino. Cæ. Præses aruspicum? He. Non. Cæ. Sed su-  
     perius flaminum  
 Dialium? He. Nequaquam. Cæ. Martialium? He. Vah!  
     neutquam.  
 Cæ. Verò Quirinalium? He. Haudquaquam. Cæ. Quis igi-  
     tur? He. Cardinalium,  
 Vrbis q<sub>3</sub> Roma summus Episcopus. Cæ. Nō intelligo. He. Neg<sub>3</sub>  
 Multū interest: quando tibi ignota est hac nostrorū religio:  
     Cæ. Olim

**Cæ.** Olim Germani Regem ex nobilitate sumebant.

He. Scio.

**Cæ.** Duce ex virtute. He. Scio. **Cæ.** Neq<sub>3</sub> infinita quon-  
dam Regibus,

*Aut libera potestas erat. He. Scio: neq<sub>3</sub> hodie libera est.*

**Cæ.** Regem obseruabant principes. He. Scio. **Cæ.** Princi-  
pem Comites. He. Scio.

**Cæ.** Ut quisq<sub>3</sub> princeps genere atq<sub>3</sub> copys amplissimus,  
Ita plurimos circum se ambaatos & clientes nobiles  
Habebat. He. *Idem hoc etiam nostris hodie vfitatum est  
hominibus.*

**Cæ.** Cum ventum in aciem, turpe principi virtute vincier.  
Turpe comitatui virtutem non æquare principis.

Nam principes pugnabant olim pro laude & victoria.

Comites pro principe. He. Hoc idem faciunt & hodie.

**Cæ.** Probè.

He. Nam probosum est, recessisse ex acie, superstitem suo  
Duci atq<sub>3</sub> principi. **Cæ.** Nullus communis olim in pace  
erat

*Magistratus: sed principes pagorum tunc inter suos  
Ius dicebant He. Idem hoc faciunt & nostro tempore prin-  
cipes:*

*Si grauior controuersia inciderit, communem prouocare  
Ad iudicem. Cæ. Quem Iudicem? He. Imperij senatum,  
in Nemetibus:*

*Quæ regio totius Germaniae media habetur. Cæ. scio.*

He. Hoc in loco sacrato confidunt viginti Iudices

*Et quatuor: hic omnes vndiq<sub>3</sub>, qui controuersias habent,  
Conueniunt, & eorum iudicij decretisq<sub>3</sub> obtemperant.*

R S

## ACTVS II. SCENA III.

Allobrox,,Cæsar, Hermannus.

**Q**uetous les diables destruissent ce mefchant soul-  
dat, qui m' a  
Auiourd' huy defrobè ma bourse : le traistre lar-  
ron. Cæ. prob Deum

Hominumq; fidem, Armini, quis Atlas ille est, qui montem  
gerit

Humeris? He. vbinam? monstra. Cæ. illic à laua, viden?   
He. Si illum innuis, (dico, Armini.

Qui calathum gestat mercatorium, video. Cæ. illum ipsum

Al Ilm' emporte dix florins: cependant que i' estois  
Couché avec sa putain. Car il m' a voulu rendre la parcille,  
lc deſtroyal. (quidrogas:

He. Sabaudus hic est. Cæ. vbi illa sit a est regio? He. vah!

Qui tanto tempore olim in Gallia bellum administraueris?

Cæ. Nullqm ego gentem noui , iſthoc nomine: dic nomex  
vetus, Armini. (excidit.

He. Recomminiscar: non enim mihi in promptu est: dudum

Al Dieu conioint tousiours les semblables ensemble, moy  
estant

Dechassé du pays, pour quelques fautes & mechancetez.  
Suis contraint de mener marchandise ( ou tromperie plus  
froſt)

Car ce que les Larrons font secretement, ie le fay publique-  
ment:

Ce qu'ils font de nuit, ie le fay de iour. Cæ. Neg; facies vi-  
ri, neg;

Vestitus Gallum esse indicant: neg; oratio tam rancida.

Al Tou-

Al. Toutesfois ie suis certainement fort ioyeulx, d' auoir  
Si secretement baisé au lict ceste femme , qu' ilmeine  
auëc soy. (cola?

He. Quo nomine, Cæsar, appellabantur Lemanni olim ac-  
Cæ. Allobroges. He. Et hic est Allobrox. nam hodie Sa-  
baudi ea loca habent: (mini,

Quæ prius Allobroges possederunt. Cæ. Nihil in hoc est, Ar-  
Quod Allobrogem referat: ne pileus quidem, credas mihi.

Al. Il l' a rauie de Flandre. Car les gendarmes ne vons en ce  
pays la,

Sinon pour empêcher les biens d' autrui, piller les cofres  
Vuider les maysons, rauir les femmes d' autrui , & engros-  
fir les filles & vierges. (est.

He. Siue Allobrogem dicas , siue Sabaudum, vir Gallicus  
Al. Ils vont en guerre, non pas pour batailler de iour, mais  
de nuict. (mini.

He. Queramus ex ipso cuias sit. Cæ. Queramus sanè, Ar-

Al. Meintenant ie m'en vay au marchè, pour desploier

Ma marchandise: i' espere bien de recouurer le a le

Dommage. qui m' est aujourd' buy aduenu. Car il m'en  
faut trouuer (Cæ. ego, ne

Vn qui me paye de dix aultres florins. He. Scin' quid dicat?

Vnum quidem verbum intelligo. He. Propius accede pau-  
lulum.

Al. Ie n'ay pas doubté, que ie n'entrouue un , qui achetera  
de moy,

Car i' ay apporté marchandise delicate. Cæ. Queso re,

Quid dicit? He. Delicatas apportare merces hic ait.

Cæ. Prob Deum! etiamne hodie durat consuetudo hac in  
Gallia,

Vt,

*Vt Germanis suas importent inde merces? He. durat maxime.*

*Nam multò cultior semper fuit Gallia, quam Germania.*

**Cæ.** Sanè & meo tempore ne conferendus quidem ager  
Gallicus (*altera.*)

*Cum Germano fuit : neq; consuetudo hec conferenda cum  
Al. Mais il me faut haster, afin que quelc autre ne se mette  
en mon lieu.*

**Cæ.** Oratio semilatina hec videtur. He. Sic est. **Cæ.** Ob-  
secro,

*Vnde huius linguae notitiam tu comparaſti. He. vſuſ erè  
Quotidiano, & crebra conuersatione cum exteris,  
Et nostris Gallis. Nam paucos reperiās hodie principes  
Germanie: qui Gallicam linguam non iam olim didicerint.*

**Cæ.** Quam linguam? He. Gallicam. **Cæ.** ah toto erras  
cœlo, mi optime Armini.

*Nihil enim habet huic lingue simile lingua Gallorum vetus.  
Sed age reuoca hominem priusquam hinc discedat longius.  
He. Hola, hola. Al. Que veux tu? He. Escoute. Al. Iesuis  
perdu: ie croy.*

*Certainement que ce gendarme viendra tout à cest heure.*

*He. Demeure, ou r'en vas tu? Al. l' eu par fortune vne pu-  
tain. He. que dis tu?*

*Al. Que tout ce qui à esté fait , n' a point esté fait par ma  
faute. He. quoy?*

*Al. l' ay creuqu' elle fust seruante. He. qu' auois tu fait?*

*Al. Ah peu de cas. He. quoy donc ? di moy. Al. Saches que  
ie n' ay pas fait*

*Ceci pour amour, & pour ceste cause ie te grie pour l'amour  
de Dieu,*

Pat-

Pardonne moy c' este faute: si i' en fais iamais un autre, tue  
moy.

Cæ. Quid narrat, obsecro Armini? He. Nebulo male sibi  
est conscius:

Sed quidnam admiserit, nulla coniectura satis assequor.

Al. Neg<sub>3</sub> dixero tibi per Iouem. Nam & ego Latina intel-  
ligo. (finis)

He. Amasse dicit quandā seruam. Cæ. Nihil alienū à pri-  
Amisit moribus. Al. Egomet meo indicio miser, quasi  
Sorex me prodo, cur non istum ludo vicissim militem?

He. Que gringotte tu tout seul Sauyén? Al. Mon amy, di  
moy: (uerne?)

N<sup>r</sup> auons nous pas couché ceste nuict ensemble en vne Ta-

He. Certes iamais ie ne te vys par cy deuant. Al. Helas &  
toy mon ami, (ment.)

N<sup>r</sup> as tu pas esté en la tauerne icy prochaine? He. Nulle-

Al. Nul ausi de tes compagnons de guerre? He. pourquoy  
demandes tu

Cela: Al. Pource qu' on m' a vuidé ma bourse. He. Que  
tous les diables (que tu es.)

Tempotent , meschant homme , qui iuge les autres selon

Al. Il ne peult estre que tu n' ayes mon pillage. He. Qu' ay  
ie pendart?

Al. Mon argent. He. va au gibel, que tu as, il y à desia long  
temps merité.

Al. C' est la coustume des gendarmes, quand ils ont rauie le  
bien (chand, ie te dis:)

D' aultruy, encore font ils leurs fols d' eux. He. Mar-  
Si tu m' accuses de larrecin, ou moy, ou mes compagnons, ie  
te tueray.

Al. Or

Al. Or bien ie me tays, & m'en va. He. Si tu es sage, mon  
Sauoyen. (bulo alligat.)

Cæ. Quid ait? aut quare iratus es illi? He. Furti me ne-  
Cæ. Furti? qui dum? He. loculum sibi ait, bac nocte à quo-  
dam inilitate (cat.)

Expilatum. Cæ. non nouit te, atq; alium quām sis, te iudi-  
Al. Hæc militaris hodie disciplina est, alijs iniuriam  
Inferre, bona eripere, ad necem deuerberare: & insuper  
Id gratia sibi deposcere, quòd tam clementer egerint:  
Ac modò non lucro appothere, quod non occisus sies.

He. Que ias est tu? Cæ. missa isthac faciamus: & alia ex hoc  
homine

Scitemur. He. si libet audire hominis periuri mendacia  
Et nugas, agè percontemur. nam hodie vix ullum reperias  
Hominum genus mendacioius, nugacijs, periurius,  
Quam sunt mercatores eiusmodi. Cæ. percontemur tamē,  
Quis homo sit. He. quis enim alias, nisi nequam? Cæ. Sed  
cuius? He. Subaudus est.

Cæ. Quare ex ipso. He. queras tute. Cæ. vereor ut Latina  
intelligat.

He. Facito periculum. Cæ. agè voca illum. He. escoute  
pendart. Al. que veux tu?

He. Ce grand Seigneur veult parler avec toy. Al. quel  
bonne es tu?

Cæ. Qualis homo ego sim, rogas? Al. ouy. He. ô l' homme  
effronté & impudent! (les avec lui?)

Al. Pourquoy mon soudart? He. Est ce ainsi que tu par-  
Al. Qui est il? He. vn tres grand roay. Al. Dieu te gard.

He. O l' homme rustique. Al. ie ne puis flatter. Cæ. quid  
dicit, Arminii?

He. Ne-

He. Negat se posse adulari. Cæ. si modo posit verū dicare.  
He. Mon amy, me pourrois tu dire la vérité? Al. rien plus  
facilement. (roit.)

Si tant seulement il m'estoit licite de dire, ce que me plait.  
He. Didonc mon marchad. Al. il ne me plaît pas.

He. Pourquoy di le moy.

Al. Je crain ta cruauté. He. Je ne suis de nature si inhuma-  
main. Al. bien. (He. quomodo?)

Cæ. Ah longè alius fuit Gallorum veterum sermo.

Cæ. Propria ea lingua fuit, atq; ab aliis fermè gentiū  
Serinone, praterquam à Britannorum lingua dissimilima.  
Evidem decem annis totis, quibus ego bellū gesi in Gallia,  
Linguam illam addiscere non potui. He. Multò hæc faciliter  
discitur

Ab eo præsertim, qui Latinis tinctus fuerit literis.

Cæ. Vnde obsecro est hac noua Gallorū lingua, mi Arminii?

He. Ex varijs mixta linguis est hac sartago loquendi noua.

Nam dimidia eius pars à Romanis traxit primordium.

Cæ. Apparet. He. Galli enim subacti à Romanis, ad linguā  
simul

Et mores se accommodarunt. Cæ. est verisimile.

Nam Gallicum genus summa est solertia, atq; ad omnia  
Imitanda & efficienda, quæ à quoq; solent tradi aptissi-  
mum.

He. Tum Gracula ciuitas Massiliensium in multis locis  
Reliquit sermonis sui vestigia. Cæ. & hoc probabile est.

He. Demum Franci occupato regno Gallie, cùm copias  
Duce Pharamundo Rhenum traduxissent, & præsidia  
Romanorum eiecissent: filias Gallorum coniuges  
Sibi acceperunt: & mores linguamq; eorum cum sua

Permisi.

*Permiserunt sed fac ut dixi ex ipso periculum.*

**Cæ.** Heus tu: potin' es latinè respondere mihi quod te rogo?

**Al.** Vbi lubet, possum: vbi non lubet, non possum. **He.** dixi' hoc tibi,

(modò)

**Cæsar**, hominem esse nequam, & peioris notæ? **Cæ.** sine sit;

**Respondeat** mihi, quod rogo. **Al.** qd ergo rogatas? **Cæ.** pri-

mùm hoc mihi

(minis?)

**Dicas** volo: cuias sis. **Al.** *Francus sum.* **Cæ.** quid hoc est no-

**He.** Ita Galli hodie vocantur. **Cæ.** at olim hi populi erant  
Germaniæ.

**He.** Etiam nunc hodie sunt populi Germania, quos Francos  
nominant:

*Sed Gallia nomen Francie à Francis accepit regibus:*

*Qui postremi occuparunt Galliā.* **Cæ.** ebo tu. **Al.** quid est?

**Cæ.** Vtrum Sequanii es, an Allobrox, an Aeduus? **Al.** ni-

bil horum. **Cæ.** vtrum

*Auernus, an Lingo?* **Al.** hæc ignota sunt hodie vocabula.

**Cæ.** Quomodo igitur tua nominatur nunc patria? **Al.** Sa-

baudia.

**Cæ.** Vbi sit a est ciuitas isthæc? **Al.** ad ripas Rhodani: vbi is

è lacu

(proximus.)

*Geneuen si exit.* **Cæ.** num Geneua est? **Al.** non, sed vicus

**Cæ.** At hi populi olim dicebantur Allobroges. **Al.** Nomen

vetus

*Nescio: sed quod hodie Sabaudi dicantur, certò scio.*

**Cæ.** olim extreum Allobrogum oppidum fuit Geneua, et

proximum

*Heluetiorū finibus, ad Lemanum situm.* **Al.** ibidē & hodie

*Situm est.* **Cæ.** pons ex oppido pertinebat ad Heluetios.

**Al.** Etiam hodie sunt fœderati Helveti, & ciues mei.

Name

Nam Bernates, qui pagus omnium est penè potentissimus,  
Fines suos ad Rhodani ripas usq; extendunt. Cæ. nemini  
Dubium esse debet: nec mihi fuit unquam: quin Helvetij  
Totius Gallæ possint perplurimum. He. sic autumo.

Al. Tigurinus certè pagus ultra Rhenum amnē longè suos  
Promovit terminos. Cæ. etiā olim bellandi homines cupidi,  
Pro multitudine incolarum, proq; belli gloria,  
Et fortitudine, angustos habere sè fines ibi  
Arbitrantur. He. credo. nam hodie quoq; virtute bellicæ  
Helvetij omnibus Gallis præstant. Cæ. quem regem habent?

Al. Gens libera est: in eadem etiam libertate nunc perma-  
nens,

Quam à maioribus acceperant. Cæ. Crediderim. nam o-  
lim quoq;

Nostro exercitui se opponebant: ne Romano iugo  
Premerentur: uti finitimis accidisse iam tum viderant  
Allobrogibus. Al. omnes homines natura libertati student,  
Et conditionem servitutis oderunt. Cæ. Consentio.

He. Nihil ne fers novi tecum è Sabaudia? Al. nihil equidem  
Certi. He. si certi nihil, aliquid incerti comminiscere.

Al. Mentiri non meum est. He. imò mercatoribus est pro-  
prium:

Al. Regē ferunt in armis esse, & bellum facturū hostibus:  
Germanos auxilio accersitos à Belgis: Hispaniæ

Regem magnas adducere copias in Belgij. He. cur obsecrò?

Al. Quia metuit: ne si nova manus cum veteribus copys  
Se coniungat, minus resisti possit. He. nugaris probè.

Cæ. Est certè Gallicæ hoc consuetudinis, ut viatorem inuicē  
Cogant consistere in via, vel inuitum: & cupidè admodum,  
Quod quisq; eorum de re quaq; audierit, aut cognoverit,

**Querat:** & mercatores vulgus circumfistat in oppidis,  
**Quibus ex regionibus veniant,** & quas ibi res cognouerint,  
**Pronunciare cogant:** atq; his permoti rumoribus,  
**De summis s̄epe rebus consilia ineant improuidi**  
**Homines:** quorum ipsos pœnitere necesse est è vestigio,  
**Cum incertis seruant auditionibus & rumoribus:**  
**Et facta pleriq; ad voluntatem ipsorum respondeant.**  
**He.** Vulgi est hac levitas, quā lex lata publicè iam sustulit.  
**Nam Gallicanæ civitates,** quæ suām Rempublicām  
**Commodius administrant,** legibus sanctum isthuc habent:  
**Si quis quid de republica à finitimis rumore aut uaga**  
**Fama acceperit:** uti ad magistratum continuò deferat:  
**Neu cum quo alio communicet:** quod s̄apè homines temera-  
 rios

**Atq; imperitos falsis perterreri rumoribus:** & ad  
**Facinus impelli,** & de regno consilium capere cognitū est.  
**Cæ.** Sapienter factum. nam magna est temeritas mehercu-  
 lē, ut leuem

**Auditionem habeas pro re comperta.** Verum heus tu. **Al.**  
 quid est? (imperat

**Cæ.** Quis regnum nunc obtinet in Gallia? **Al.** hodie Gallis  
 Rex Christianissimus. **Cæ.** eho quid hoc est nominis, Armini?

**He.** A religionis studio Gallorum regibus est indicum.

**Cæ.** Semper Gallorum natio dedit a fuit religionibus.

**Sed quamobrem Christianissimus appellatur?** **He.** Com-  
 munis est

**Gallis & Germanis Deus hodiè, qui Christus dicitur:**

**Eumq; qui colunt, Christiani nominantur.** **Cæ.** Proh Deum!

**Quis ergo Hesum diuinō cultu prosequitur in Gallia?**

**He.** Nos pro Heso colimus Iesum. **Cæ.** sed quis Mercurio fa-  
 git sacra? **He.**

He. Mercurium soli mercatores venerantur. Nam hunc  
itinerum  
Viarumq; ducē: hunc inventorū credunt omniū artiū:  
Hunc ad quæstus pecunia, & mercatūras vim maximam  
Habere arbitrantur. Cæ. ita est per Iouem Armini. He.  
quorū tu abis (mora mibi

Sabaude? Al. propero ad mercatum in forum: ne qua in  
Ipsi sim. Nam sat uobis pro deridiculo dudum fui.

He. Abi in malam rem furciser: at q; audi, probam ut mer-  
cem in foro

Exponas, da operam. nam mox illic emptorem me reperies;

Al. Curabitur: saltem id des tu operam, ut nummos affe-  
ras probos.

He. Homo malī commatis est. cæ. ubi autem Cicero? He.  
nisi squam apparet. cæ. hem!

Quonam ille abiit? He. ignoro. cæ. mirum nis se subduxerit  
In tonstrinam, aut aliquò deambulauerit. nam corpori  
Curando plus inferuit iusto. He. Fortasse. cæ. Ibo, & vi-  
sam in foro,

Si fortè se ad Mercurium, præsidem fori receperit.

He. Et ego quod manipularibus meis edicam intus, habeo:  
Post eodem me recipiam: Caesar interim vale. cæ. Vale:

### ACTVS III. SCENA I.

Cicero, Eobanus.

**H**ominum fidem, Eobane! ut pereulta literis  
Est Germania? Eo. nunq; placet ars typographica?  
c. Oculos meos satiare non potui: intuens  
Lustransq; singula. nam qua hæc obsecro agilitas  
Manuum, qua literas è capsulis legit

**Composer?** quām expedita prælia agitatio?

**Eo.** Ego verò oculos meos satiare non queo:

**Dum te Ciceronem intueor: cuius gloria**

**Totum complevit orbem terrarum. ci. abr ace.**

**Nam vana est, quæ hoc aeo paratur gloria:**

**Neg, inanis quicquam est, quodq; in se habeat minus**

**Solidi, quod apprehendas, quām est studium gloriae.**

**Eo. Dixine visurum te, quæ non videras**

**Prius? ci. imò vidi: & doleo, quod mèo tempore**

**Nunc olim, hac ars non fuerit in usu inter homines.**

**Nam quot putas Eobane iam superstites**

**Tibi libros: qui librariorum summa inopia**

**Interciderant? Eo. plurimos & optimos**

**Puto, mi Cicero..ci. & quām correctos ac bonos?**

**Eo. Haud dubiè. ci. certè enim quæq; recentissima**

**Correcta sunt, & emendata maxime.**

**Eo. An verò si bibliothecam Tyrannio**

**Tuus hodiè vellet confiscere: non putas**

**Magnam ædibus tuis mentem hinc iri additum?**

**ci. Sic arbitrör Eobane. Eo. ac ne Græca quidem**

**Bibliotheca indigeres Cicero. ci. me hercule.**

**Nam si fuissent olim tanta industria**

**Opéra, nullis ego pepercisse sumptibus.**

**Equidcm multorum nummūm bibliothecà mihi**

**Fuit, quam confecit meus Tyrannio.**

**Sed nihil erat, quod cum his posset conferrier.**

**Eo. Quid verò operis tui volumina, ut placent?**

**ci. Sane optimè: nisi quod lacunæ displicant.**

**Eo. Da quæso operam, ut dum cōm̄orāris hic apud**

**Superos, illas lacunas librorum expleas:**

**Et**

*Et mendas, si qua olim irrepesere, detrahas.*

**Ci.** *Ah mi Eobane, isthuc facilis peti potest,  
Quam impetrari. namq; omnem veterem memoriam,  
Qua conscripsi hos libros, lethæum poculum,  
Quod ante multa secula bibi apud inferos,  
Oblivione delevit. Eo. verisimile est.*

**Ci.** *Proin noli isthuc à me precibus contendere.*

**Eo.** *A quonam igitur? Ci. vel à nullo, vel à novis  
Antiquis. Eo. quibus antiquis & novis? utrum  
Ab ijs, qui plura habent antiqua vocabula,  
Quam antiqua nomismata? Ci. haud intelligo quos velis.*

**Eo.** *Ab ijs ne, qui corrigendo libros, liberos  
Non corrigunt: & qui nihil à se corrigi  
Posse putant, sine aliorum contumelijis?*

**Ci.** *Ehem! Eo. qui verbis utuntur summa, puto,  
Cavea dignis. Ci. nescio sanè, quos innuas.*

**Eo.** *Ab ijs, qui veteres emendant & corrigit  
Auctores. nam isti de suo ingenio librum  
Queng, & lacunam omnem facile supplerent.*

**Ci.** *Nolo hercle: sed volo ut lacunas expleant,  
Et mendas tollant, homines antiqui & novi.*

**Eo.** *Quinam illi? utrum hi Marce Cicero: qui dant novos  
Libros pro veteribus. Ci. minimè hos volo. Nam mihi  
Credas Eobane: ut letches poculum, quod bibi,  
Omnem mihi ademerit memoriam: non tamen  
Ita sim demens, ut libros atq; liberos  
Adulterinos mihi patiar obtrudier  
Pro legitimis. Malo namq; orbus vivere,  
Quam pro spuriortam haberipatre. Eo. consentio:  
Sed nondum scio tamen, quinam illi sint novi*

*Et antiqui, qui libros corrigunt tuos.*

**Ci.** *Iam non vacat dicere: dicam alio tempore.*

**Eo.** *Quid autem Sturmiana tibi præfatio?*

**Ci.** *Perquam elegans. nam magna copia in hoc viro.*

*Et vis dicendi, liquidum sermonis genus,*

*Grauibusq; uerbis culta, & sapientissimis*

*Sententijs perquam polita est oratio.*

**Eo.** *Quid Commentarij Volfij in tuos libros?*

**Ci.** *Tersi, docti, sapientes, ut nihil supra.*

**Eo.** *Quid eiusdem Isocrates? quid item Demosthenes?*

**Ci.** *Vah! quid rogas? Athene huc in Germaniam*

*Commigrasse mihi videntur. Eo. quid Camerarius?*

**Ci.** *Hic uobis alter Varro est, alter Theocritus,*

*Alter Polybius, orator grandis, grauis,*

*Et copiosus: tum Poëta commodus.*

**Eo.** *Quid de Philippo iudicas Melanthone?*

**Ci.** *Totius hic ornamentum fuit Germania*

*In literis, in liberalibus artibus,*

*In optimis quibusq; studijs: que quidem*

*Virum bonum atq; ingenuum scire condecet.*

**Eo.** *Sed quid de nuper natis quaestiunculis?*

**M. C.** *quæst.* **Ci.** *Nihil illi uidetur infantius, nihil stolidius,*

**Rhetor:** *Nihil à dicendi artificio remotius.*

**Eo.** *At mirifice tamen is fibimet ipsus placet.*

**Ci.** *O Dj, quam ineptus, quam sese ipse amans, sine*

*Riuiali. Eo. an non polita illius oratio est?*

**Ci.** *Imò arida est, iejuna est, tota elumbis est.*

**Eo.** *Quid Erasmus Roterodamus? Ci. librorum helluo,*

*Isthic fuit: ingenio summo, artibus optimis,*

*Doctrina singulari, linguis plurimis*

*Instru-*

Infructus: tum facienda orationis ac  
 Exornanda autor locupletissimus: nisi  
Quod verborum delectum, non aptè adhibuit.  
 Eo. Ciceronianum illius, qui nunc denud  
Prae editur, nunquid probas? Ci. probo maxime:  
Tamen si quædam sunt, que à me dici queant  
Commodius. Eo. Non dubium est. sed quidnam indicat?  
De ceteris poëtis his Germaniae,  
De Hutteno, Lotichio, Sabino, Posthio,  
De Iunio, Vtenhouio, Duza, Lipcio,  
De Celte, Stigelio, Chyrrao, Velio,  
Cordo, Mycillo, Schedio, Sturno, Cropacio,  
Fabrio, Reusnero, atq; Lauterbachio?  
 Ci. Quid aliud iudicem: nisi quod penè ausi era  
 Iurare, omnes montes Germanici soli  
 Heliconas, Cinthos, Parnassos & propè Claros  
 Esse: omnes fontes Hippocrenas: tum insuper  
 Totum Permessum per quosdam occultos specus,  
 Et subterranea loca se in Rhenum abdere:  
 Et aquas suas cum Rheni permiscere aquis:  
 Sicut de Arethusa in fabulis accepimus.  
 Eo. Quid de Xylandro sentis, & Posselio?  
 Ci. Ambos Homeri alumnos esse censeo.  
 Eo. Quid de Neandro, & de Caselio? Ci. virum  
 Verè arbitror nouum Neandrum: Pallade  
 Natum Attica, sicut & ipsum Caselium.  
 Eo. At quis tibi Rhodomanus noster visus est?  
 Ci. Quis enim alius, nisi verè alter Apollonius  
 Rhodius, & totius Homerus Germaniae;  
 Phœbea dignus laurea Laurentius.

Eo. *Quis Budæus? quis Gothus: discipuli duo*

*Neandri? ci. duo quasi Orphei, patris Lini.*

Eo. *Quid de Pagano censes, & Goclenio?*

*ci. Ut erg, Poëta est: alter etiam Philosophus.*

Eo. *Quid autem de Matthæo Vesebecchio,*

*Iuris consulto? Quid de Vigelio, meo*

*Populari? quid de Schurphio, de Zasio,*

*De Viglio Zuichemo, de Oldendorpio,*

*Mynsingero, Sichardo, Vulteio, Schardio,*

*De q, alijs consulto? nostra Germania?*

*Ci. Eobane, si vera esset hac sententia*

*Quæ statuit, animas, postquam semel ex corporum*

*Vinclis, tanquam ex carcere quodam, evolaverint,*

*Redire post in alia aliorum corpora:*

*Tum liquidò ausim affirmare, veteres Scævolas*

*Et Labeones, Trebatiosq, & Aelios,*

*Hodie migrasse in Germanorum pectora.*

Eo. *Quid Fuxius tibi visus est, Marce Cicero?*

Ci. *Medicum illum dicis, cuius excudit libros*

*Tuus iste Typographus? Eo. illum ipsum: quis visus est?*

Ci. *Alter Cato, aut ipso Catone doctior.*

Eo. *Quid Crato? quid Cornarius? Ci. ut erg, Hippocrates.*

Eo. *Quid Scheccius? Ci. alter Aristoteles, alter Plato.*

Eo. *Quid Hizleri oratio de Fuxio? Ci. mea.*

Eo. *Et quid Academia hac nova? quid conventus in*

*Hoc templo: quod modò frequentarunt tot viri,*

*Priscis imaginibus clari, atq, nobiles:*

*Tot venerandi patres: tot praefules:*

*Tot sacri antistites: tot summi rhetores:*

*Tot homines legum, & iuris consultissimi:*

*Tot*

**Tot medici: tot mathematici; tot Musici:**

**Tot discipuli, genere & virtute nobiles?**

**Ci. Ego, Eobane, mihi visus sum versarier**

**In medio Socratis Lyceo, apud Atticos.**

**Nam qui peroravit tam splendide & dilucide,**

**De studijs literarijs, de literis,**

**De ingenuis artibus, de veterum illis scholis,**

**Byzantio, Athenis, Roma, Berytho, Rhode:**

**Is mihi non Germanus, sed Rhodius, &**

**Rhody Molonis condiscipulus visus est,**

**Eo. Et mihi it idem. Ci. iuvenes porrò ipsi, de grege**

**Lecti, qui tam eleganter de rebus varijs**

**Differuerunt in partem utrang.** Eo. quid tibi

**Visi sunt, Cicero? dic obsecro. Ci. quid mihi**

**Visi sint? in ludo educati Socratis.**

**Eo. Quid Praetor urbanus, qui è supremo loco**

**Ius conferendi honorem Academicum dedit**

**Decano? quis tibi visus est, Marce Cicero?**

**Ci. Quis enim aliis, nisi de Trebatij, aut scævola,**

**Ac Scipionis posteris unus? Eo. quid? an**

**Reliqui Scholarchæ non sunt tibi visi viri**

**De genere nobili, & perhumani, & probi?**

**Ci. Imò equidem. Nam esse tales, vultus arguit:**

**Qui ianua quadam mentis est. Eo. certè viri**

**Sunt optimi, & studijs exculti literarijs:**

**Tum nominius tui amatores maximi.**

**Ci. Vtinam alloquendi ipsos mihi sit occasio.**

**Eo. Imò est. Ci. ubinam? Eo. in Prytanéo urbis: ubi**

**prandium**

**Nunc apponetur totius Academie**

**A**mbliſſimo ſenatui. Ci. licet autem ibi  
Adeſſe? Eo. cuilibet, & Ciceroni maxime.  
**C**i. Geftio mehercle, Eobane. Cæſarem optimè.  
Nam hunc quoq; conviuam adeſſe per velim.  
**E**o. Ubinam iſtis est? commonſtra mihi. Ci. illinc advenit.  
Miror, ubi interea fuerit, quod iter hac habet.  
**E**o. Certe equidem, ſi quisquam eſt qui magnifico epulo,  
In hac urbe excipi debet, vel Iulius  
Hic Cæſar in primis debet: modò mihi prius.  
Hominem compellare liceat, Marce Cicero,  
Quam hinc abeamus in urbis Prytaneeum. Ci. imò licet:  
Modò non tardius illo veniamus, quam decet.  
**E**o. Sat tempore vieniemus. neq; enim tam citò  
Discubitur. Ci. quid autem iſthic ſecum demurmur at?

### ACTVS III. SCENA II.

Cæſar, Cicero, Eobanus,

**P**Erreptavi omne usq; oppidum: Ciceronem nusquam:  
neq; rei  
Quid gerat, aut quo loco conſiftat, adhuc potui cognoscere.  
**C**i. Mene hic nominat, Eobane? **E**o. imò te: quantum percipio auribus. (domo)  
**C**e. Neg, invenire certum: ubinam remanserit: quáue in  
**C**i. Adeamus propius. **E**o. adeamus. **C**e. primum in foro pifcario (ſimum).  
Locum ascendi excelsum: unde proſpectum caperem longiſ.  
Vbi non appetat: omnes gancas, omnes popinas,  
Omnes tabernas ingrediens: an forte alicubi indulgeat  
Genio. **C**i. quid? men hic in tabernis? **E**o. ita loquitur,  
me hercule. **C**i.

Ci. Eamus obuiam illi, Eobane. Eo. lubet. Ca. Nam post-  
quam spes ferè

Omnis potiundi illius discedit mihi; ignoto loco  
Investigare diutius summa arbitror dementia.

Ci. Vocabo. hcm. Cæsar. Ca. quis me vocat? Ca. Ego sum:  
quin ad me respicia.

Ca. O Cicero, te ipsum querito. Ci. Et ego te mihi tam op-  
portunè obvium

Fieri gaudeo. Ca. quid est? aut ubi tu tam dia latuisti? Ci.  
ego in hunc

Incidi hominem Germanū: unde expedire memet tam citè  
Non posui, ut volui. Ca. quid hominis est? Ci. me hercle vir  
optimus, & mihi

Amicissimus: Harminij illius popularis. Ca. hominem probo.  
Ci. Nam dum te careo: mihi qua iucunda ex humanitate.

Alterius, & moribus accidere possunt homini, ex hoc viro  
Cuncta acciderunt. Ca. hominem laudo. Ci. doctum ho-  
minem videbis,

Et optimis studijs, à puero deditum: in primis tui

Desiderio flagrantem. Ca. quānam occasione? Ci. nominis  
Tui fama: qua iam dudum orbem totum terrarum impulit.

Tantus enim splendor est in laude vera: tanta dignitas

In magnitudine animi & consilij: ut in obscuro loco

Latere non possit. Quare tuo tam excellenti bono

Gaudere & fruere, cum fortuna atq; gloria: tum moribus,

Et natura tua. Ca. recte augurari, mi Marce Cicero:

Atq; ego cùm ex re ipsa magnā capio voluptatē: tum facta

Mea sic probari abste, triumpho, & gaudeo. Ci. imò hic

etiam

Rerum tuarum magnitudine incitatus, gloriam &

LAU-

**Laudem tuam approbat.** Cæ. quomodo? Ci. magno inge-  
nio, & virtute. nam

Rerum tuarum studio incensus, eas mandare versibus

Cupit: posse arbitror: valet ingenio: habet usum maximū:

Iam pridem in isto genere literarum versatur: cupit

Satisfacere tuarum sic laudum immortalitati.

Cæ. Proh Iupiter! an etiam Germani habent poëtas? Ci.  
imò habent.

Cæ. Latinos? Ci. scilicet. nam hic Hessus Romano more  
loquitur.

Tum, si maiorem fructum gloriae putas ex versibus

Gracis, quam Romanis te percepturum, etiam Gracos dabo.

Cæ. O Dij, quid audio? Ci. quid enim, nisi quod Alpes hasce  
Italia

Et Gracia transuolarunt. Cæ. ehem. Ci. quare hunc mi-  
Cesar, velim

Tua omni comitate complectare, ut posthac omnia,

Quæ per me possis adduci, in meos ut promptè conferas,

In unum hunc conferas; de hoc spondeo, probiore hominem,  
virum

Meliorem, prudentioremq; esse neminem. Cæ. quid ergo vis

Vt præstem? Ci. huic ego neq; tribunatum, neq; præfectu-  
ram, neq;

Vlliis beneficij certum nomē peto: neq; impedio, quo minus,

Si tibi ita placuerit, etiam hisce eum gloriolæ insignibus

Ornes: totum deniq; hominem tibi trado de manu in manū.

Cæ. Quod nomen illi est? Ci. Eobano Hesso. Cæ. ego acci-  
piam illum, vel tua

Causa. Ci. facis profectò, quod te dignum est, optime Cesar.

Eo. Dive quibus cœlo Cesar te laudibus aquem?

O lux

Ô lux Ausonia, spes ô fidissim⁹ nostrū:  
Quanta tenuere moræ? quis Cæsar ab oris  
Expectate venis? ut te mitissime Cæsar,  
Post varios casus, post tot discrimina rerum  
Defessus video? magnis sit gratia Diuis,  
Auspiciis tantorum operum, quod sedibus Orci  
Has voluēre animas ad nostram accedere terram,  
Sublimes animas: iterumq; ad tarda reverti  
Corpora, cœlorum supera ut conuexa revisant.  
Eia age magne pater, Germanis reddite terris,  
Sis felix, nostrumq; leues pietate laborem.

Ci. Hunc optimorū versuum numerū dicit h̄ic ex tempore.

Cæ. Qualia sunt igitur quæ accuratè scribit? Ci. quid cen-  
ses? ego

Sic eaprobo, ut ad veterum scriptorum laudem perveniant.

Cæ. probè.

Ci. Et hunc non diligas? non admireris? non omni modo  
Exornandum putas? Cæ. imò equidem. Nam poëtarum in-  
genia

Semper grata fuēre Imperatoribus. Ci. & merito. nā nisi  
Ad res gestas accedat lumen literarum: tum omnia  
Iacent in tenebris. Cæ. demiror profecto, unde hæc Ger-  
maniae

Felicitas in literis. Nam olim vita omnis Teutonum,

In studijs rerum militarium, & in venationibus:

Ab paruulis duriciei studebant, ac laboribus.

Ci. Pol, Cæsar, si tu pro tuo, quod inspexisti, ut arbitror,  
Armamentario, vidisses urbanum tabularium,  
Et bibliothecam, & fabricam librorum: non iudices  
Ita ut olim iudicasti, de Germanorum librarijs.

Cæ.

Cæ. Quas tu mihi bibliotecas, que tabularia, quos libra-  
rios (ris)

Dicis Cicero? Ci. quos vidi his oculis. non enim ut endos fo-  
Accipio. Cæ. Quas fabricas mihi affers? Ci. in quibus li-  
brarÿ (tu ambulas

Libros excudunt prælo. Cæ. prælo? Ci. me hercle. nam dū  
In hoc armamentario: ego perlustravi, Eobano duce,  
Librariam officinā. Cæ. quā officinam? Ci. quamlibrariā.  
Cæ. Tibin' ego credas? Ci. quin etiam in bibliotheca, unā  
affedimus.

Cæ. Qua bibliotheca? Ci. que in Lycéo est. Cæ. satin'  
sanus es? Ci. ita sum, ut vides. (mam.)

Nam mox Academiam quoq; contemplatus sum, longe opti-

Cæ. Academiam? pol tu homo, non es sani capit is, qui Aca-  
demiam

Vidisse te dicas in his regionibus. Ci. vidi hercule:  
Et eā longē illi Academiac & Lyéo præfero. Cæ. Quid aīs?

Tibiné ego credam? Ci. sive credas, sive non: mihi hoc sat est:  
Quod vidi Academiam, vidi Lycéum, vidi Socratem,

Vidi Platonem: vidi Aristotelem: vidi Trebatium:

Vidi Aelium Tuberonem: vidi Scavolam cum Lælio.

Cæ. Scio: in Plutonis regia. Ci. Nō: sed in his locis Germanias.

Cæ. Vtrum ergo, & illis aliqua facta est à Plutone copia  
Migrandi ex inferis: & lustrandi novam Germaniam?

Ci. Non, per Lethen. Nam quos modò vidi Prætores, quos  
consules,

Hi nunquā mortui sunt: neq; venere unquā ad nos inferos.

Neq; unquam venturi sunt. Cæ. Delirus es, & delirantibus  
Me verbi obtundis. Ci. Satin' ta apud te es, q; quod viderim,

Vidisse me negas? Cæ. at enim prius non habebo tibi fidem:

Quām

Quām ipsus met videam istos Germanos Platones, Socrates,  
Tuberones, Aelios, Trebatios : Lycéa, Academias:  
Et istos, nescio quos, prætores urbanos, & consules.  
Cī. Quæso te, cur adeò paruā mihi fidē habes? Cæ. quia toties  
Mibi falso memorasti, cùm adhuc ambo mortalem inter  
homines

Aetatem degeremus. Cī. At nunc quid, quæso, lucri sit mihi,  
Si maximè dem verbatibi: & verborum te lenocinio  
Circumveniam? Cæ. nihil prorsus. Ac proinde vera te loqui  
Velim. Eo. vera utique dixit. nā nos ita adhuc esse barbaros  
Ut olim fuimus, noli tu Cæsar credere. Cæ. Vos barbaros  
Esse minimè credo: quos video Latinis tinctos literis:  
Sed esse Academias in Germania, id mihi non verisimile est.  
Eo. Vnde igitur istam Latinitatem comparemus, Cæsar?

Cæ. Ex

Italia: sicut olim veteres Itali è magna Gracia.

### ACTVS III. SCENA III.

Caminarius, Cicero, Cæsar, Eobanus,

O Fega. Cæ. Proh Deum! Cī. quid est? Cæ. fugia-  
mus hinc, fugiamus ocyūs.  
Ca. O fega. Cæ. vñ nobis Cicero, vñ nobis! Ca. O  
fega. Cī. hei mihi!

Quò fugiā? quò me recipiam? Eo. manete: quò fugitus viri?  
Cæ. Egone manea, cui Pluto cù longa ista pertica imminet?  
Eo. Mane obsecro: nihil est periculi. Ca. O fega, Cæ. ni-  
hil ait esse periculi?

Ab nescis tu, nescis Eobane, quibus vapulem  
Plagis quotidie: quibus arumnis premari ab hoc pessime  
Cacodamone. Ca. O fega. Cæ. Hem, nō audis? hortatur nos  
ad fugam. Eo.

- Eo. Cicero, quo fugitas? redi amabo. Ci. si lumbos mibi  
frangi velim.
- Ca. Io spazzai hoggi duoi camini: ma non ho hauuto  
Tanto di mercede, quanto io ho tolto per un camino  
Solo, qual' io scopai hier sera, nella questa casa.
- Eo. Hic Italus est. Ca. credo ex Auerno prodit Campania.
- Eo. Minime: sed ex partibus Insubriae. Ci. Hem, quem tu  
illum prædicas (pauie,  
Eobane?) Eo. Italum. Ci. videlicet ex Vesuvio ortu Cam-
- Eo. Non est Campanus. Siculus igitur erit, ex Aetna fau-  
cibus?
- Eo. Non est Siculus. Ca. ò fega. Ca. iterum nos exhorta-  
tur ad fugam. (sula?)
- Eo. Manè obsecro. Ci. quid si Vulcanus ex Lemno est In-  
ca. Fortassis. Eo. erratis ambo: quoniam certò isthic Ita-  
lus est.
- Ca. Vorraiche io poteſſi hauer ancoſta ſera un tal camino.  
Ci. Cattinum nominat. Ca. quid si Lycius fit, è Chimeræ  
Camino electus? Ci. fortasse. Eo. erratis: quoniam hic  
Inſuber est.
- Ca. Veraimente ſono madonne dabem le quale receuano  
Et trattano talmente li foreſtiori, perche al primo ſtadonna  
me lauo.
- Con l' aqua calda: poi me meno alla cena, lamentando  
Ancora in ſieme, che il ſuo marito ſe ne' ando nella  
Guerra, & per quanto tempo ſola la ſtette: da poi mene  
conduſſe
- Alletto, vel qual dolcemente per tutta la notte  
Sonoreſtato. Ci. quid loquitur? Eo. non intelligis? Ci.  
non hercule.

Ca.

**Cæ.** Neg<sub>o</sub>, ego verbum unum capio. **Eo.** at qui loquitur hic  
Italicè tamen.

**Cæ.** Italicè? **Eo.** imò Italicè. **Cæ.** credin' tu Cicero? **Ci.**  
quidnam credam ego?

**Cæ.** Hunc Italicè loqui. **Ci.** minimè isthuc crediderim; ni-  
si tu putas (temus.

**Idem** esse loqui Italicè, quod Sarmaticè. **Cæ.** agè: subauscul-

**Cæ.** Non è adung<sub>o</sub>, aleun dubbio, chè ritornando il suo

Marito della guerra, troverà un fanciulleto.

Mache facc' io? per che lascio le mie facende? ô fega.

**Ci.** Aveo scire, quid hominis sit. **Cæ.** revoca illum Eobane,  
priusquam hinc eat.

**Eo.** Ausculta un poco spazzacamin: i' ho di dimandarti  
una cosa.

**Cæ.** Dio vi salva signor mio. **Cæ.** quid dicit? **Eo.** salutem  
mihi. **Cæ.** salutem?

**Eo.** Imò. **Cæ.** quere ex ipso cuiās sit? **Eo.** dachi luogo sei ti?

**Cæ.** Ioson un huomo daben, di Milano: un buono viro.

**Eo.** Scin' Marce, quid dicat? **Ci.** de uno bono viro loqui-  
tur. **Eo.** eum

Se nominat: & Mediolano oriundum se predicat. **Ci.** papa!

Quid audio? hunc tu ne Cæsar pro cive agnoscis iam tuo?

**Cæ.** Quo cive? **Ci.** Mediolanensi. **Cæ.** si cives illi Vesuvium,  
Et Aetnā pro domibus habent: tum Mediolanensem esse eum

Credam. Nam quæso te Eobane, unde hæc illi fuligo siet?

**Eo.** Vnde? è caminis Germanorū, quos isti homines Italici  
Perpurgant. **Cæ.** vix habeo fidem dictis tuis. **Eo.** certè  
Italus est.

**Ci.** Obsecro te non ludicas nos? **Eo.** non equidem. **Cæ.** Sci-  
tare ex eo:

*An non sit Siculus. Eò. sei ti un Siculo? Ca. signor nò.  
Cæ. Sed Lemnius? Eo. sei ti della isola Lemno? Ca. Mis-  
ser no.*

*Ma sono un Milanese: & il misser padre, e l'auolo sono stati  
Cittadini di Bergomasco: poi ambi duoi miei  
Bisavoli furono spazzacamini. Ci. quid iam dicit obsecro?  
Eo. Mediolanensem se esse dicit: maiores suos  
E valle Vegetia fuisse. Ci. quem quam pannus obfitus  
Est? Eo. sic omnes sunt vallis Vegetiae cives. Ci. dic obsecro,  
Quanam haec armatura eius est? quid sibi vult ista pertica?  
Eo. Hoc longo faremento caminorum oppugnat fuliginem:  
Hoc rurum, gladius illi est, quo picearum fordes dissecat:  
Hoc panniculo utitur pro galea. Cæ. Proh Deum atq; ho-  
minum fidem,*

*Quarerum facta est interea mutatio: dum ego Italicas  
Terras deserui? Eo. ne maxima. Ci. num falsum tibi  
Dixisse adhuc videor, Cæsar, de Germanorum Academij;  
Vnde illi comparent suam Latinitatem sibi hodie?*

*Cæ. Non iam videris falsa locutus. Atq; utinā Cicero, nihil  
Mihi unquam dixisses mendaciū quam quod dixti prius.  
Eo. At enim si tu Cæsar videre cupis, qd antē cupieras:  
Faxo ego, ut uno in loco hos omnes, quos Cicero dixit Latios,  
Et Scævolas, & Tuberones, & Socrates, cum Academia  
Videas in Prytanéo. Cæ. nihil malim adepol, Eobane. Ci.  
abeamus hinc* (redactam)

*Cæsar: nam ego istum hominem non possum aspicere. eon<sup>3</sup>  
Italia famam? eon<sup>3</sup> redisse rem Romanam: ut Italici  
Homines caminos Germanorū expurgent: & tam barbarè  
Loquantur, ut ipsorū lingua neuter nostrum capere queat?  
Eo. Noli tumultuari Cicero. non enim ita cum ceteris  
Italie*

*Italiae populus comparatum est. nam haec fices sunt Italiae  
Et Italorum excrementsa potius, quam Itali. Ci. istuc placet.  
Eo. Habent Itali urbes magnificas; habent viros doctissi-  
mos:*

*Habent Muretos, Sadoletos, Bembos, Sigonios; habent  
Manutios; quos si tu audires Latina verba proloqui,  
Nihil valerent Cornificij apud te, nihil Hortensij. (bara  
Ci. Oh! gestio me hercule! sed unde hic sermo lingue bar-  
Inoleuit? Eo. ex Gottis & Longobardis, qui Italiam  
Vastarunt: & multis annis imperium in ea tenuere.  
Ci. Intelligo. ca. se si non vuoi altro, io mene partiro. Eb.  
va alla forca. (Non admodum.*

*Ca. Sed Martia Roma, utrum ne adhuc stat in columnis? Eo.  
Nam vos met ipsis in ea iam minus agnoscetis, quam in bar-  
bara (exterio,  
Lingua. Ca. quamobrem? Eo. quia toties vastata fuit ab  
Et barbaris gentibus. Ca. at sunt tamen in Italia milites  
Armis exercitari? Eo. sunt sanè: neq; multum gentibus  
Alijs quibusvis cedunt. Ca. Laudo me hercule. sed qui duces,  
Quæ civitates, quantæ in armis: quo numero hominū valent?  
Eo. Dies unus ad narrandum mihi non erit satis. Ca. cre-  
do hercule.*

*Ci. Quod mihi videtur optimum factu, id dicam. Ca. dic,  
ut lubet. (spites.*

*Ci. Eamus hinc in Prytanéum: priusquam accumbant ho-  
Ca. Lubet. Ci. ibi erit, & huic narrandi, & nobis auscul-  
tandi locus.*

*Ca. Lubet. Ci. simul cœptos sermones, quos importuno sud  
Clamore interturbavit furuus, & fuligine obsitus  
Iste Caminarius: nos ibi epulantes continuabimus.*

- Cæ.** Placet. Eo. & ego librum hunc, quem scripsi de Cæsaribus Germanicis,  
Et rebus quas gessere, si lubet, simul recitauerio.
- Cæ.** Lubet. sed ubi Mercurius cum virgula? Ci. eho! quorū  
sum Mercurij  
Opus sit virgula? **Cæ.** ut ea nobis præeat, & viam indicet.  
**Eo.** Alium hīc ducem viarū habemus. **Cæ.** quemnam? **Eo.**  
qui cum argenteo  
Sceptro præire solet. Viatorem ipsum prisci nominant.
- Ci.** Eūm ne dicis, qui in cōuentu Academicō hospites modō  
Locabat? **Eo.** eūm ipsum. **Ci.** at iste non immerito dice-  
tur etiam  
**Locarius**, vel dissignator. **Eo.** quamobrem Cicero? **Ci.**  
quia locum  
Dissignat hospitibus. **Eo.** rectè: & propterea nihil vobis  
opus  
Mercurio. nam qui alios locat: vos quōque locabit hospites.  
**Cæ.** Imò Mercurio nobis est opus. quoniam ille non modō  
Vias potest præmonstrare alijs: sed etiam lyra sua  
Totum exhilarare conviviu. **Eo.** aderunt nostrates Musici.  
**Cæ.** Vix crediderim. **Eo.** Imò plurimi, & longè omnium  
suauissimi.  
**Cæ.** At Mercurium hunc, noster herus addidit nobis inter-  
pretem. (prete:  
**Eo.** Qui interpretem? cùm nemo tamē hīc indigeat inter-  
Vbi omnes loquimur eādem lingua? **Ci.** quid aīs? eādem  
nos loqui  
Lingua? ubi Germanæ mulieres: quibus cū hīc calvus Iulius  
Verba lubens copularet: nihil omnino Latinè intelligunt.  
**Cæ.** Et ubi Latina nemo loquitur, nisi qui didicis in schola.  
**Ci.** Et

**Ci.** Et ubi Itali sic verba effutiunt: ut malint negligi,  
Quam posse intelligi? **Cæ.** & ubi Galli semilatina proferunt,  
Tanta lingua volubilitate, ut vix percipias syllabam.

**Ci.** Galli? **Cæ.** sic audiui, modo rediens ex armamentario.  
**Eo.** Agite, ut vultis. **Cæ.** certè, sine Mercurio, perito in-  
terprete,

Ego tam magnificum & opiparum epalum nō constitui ac-  
cedere.

**Ci.** Neg, ego, per Platonem. **Cæ.** neq, consultum, per Pro-  
serpinam.

**Ci.** Vbi autē substitit Mercurius? **Cæ.** expectat nos in foro:  
Vnde modo digressus sum. Nam ibi praest illatis mercibus.

**Eo.** At illâc transeundum; si velimus Prytanéum ingredi.

**Ci.** Poterimus ne ergo illum illo in loco prehendere? **Eo.** na-  
facillime.

**Ci.** Cur non imus igitur? **Eo.** in me nihil more est. **Ci.**  
neg, in me quicquam erit.

**Cæ.** Eamus omnes. **Ci.** ego vero lubens. **Eo.** & ego lu-  
bentius,

**Mi.** Cicero, quam Lubentia. **Cæ.** sequere me Eobane. **Eo.**  
age, te sequor.

## ACTVS IIII. SCENA I.

Allobrox, Hermannus.

**S**i quis furinum forum dicat, nomen dederit loco  
Huic aptissimum: tot enim fures infidias hic meis  
Mercibus parant, ut Argus si sim, qui totus fuit  
Oculatus, satis mihi non possim cavere à furibus.  
Hoc adeò Latinè vobis exponendum censui,

**Vt pleriq, intelligent, quanto hic sim cum periculo.**

**He.** Manipularibus quod edicendum erat, edixi ordine.

**Nunc proviso, quid venum exponant Mercatores meis - Militibus.** Al. redit miles: prada haec mea est, quam portat hic

**In sculo.** He. numerari iussi singulis stipendium.

**Al.** Hic homo meus est: argentum habet: eum admordere nunc lubet:

**Dum recens est, dum calet.** He. pleriq, prodigunt sua

**In merces peregrinas, in luxum muliebrem.** Al. sic decet:

**Nam secus si fiat, mihi fame moriendum erit: improbi**

**Me ditant, boni viri me pauperant: augent meam**

**Rem mali: damno mihi sunt populi strenui: pigri**

**Atq, inertes usui sunt.** He. sed ecce Sabaudum. Al. age

**In uitabo eum voce solita ad mercaturam meam.**

**Spero his mercimonij posse animum illius tetricum**

**Expugnare: ne rursus tantoperè in me deserviat.**

**Crama, crama.** He. quid nam mercimonij Sabaude habes?

**Al.** Hic omnes voluptates, omnes venustates nitent.

**He.** Loricas ne venum exponis? Al. manuleatas si petis,

**En tibi.** He. nolo has: sed volo ferreas. Al. no habeo ferreas.

**He.** Sed macheras attulisti & cultros. Al. argentea

**Vagina clausos.** He. nolo hos. sed ferreas volo

**Laminas: volo enses, lanceas, macheras, ocreas,**

**Hastas: nihil horū attulisti?** Al. vah. num tu me ita iudicas

**Insanire?** He. sed galeas? Al. minimè, nisi has holosericas:

**Quibus in praliū Veneris itur.** He. quid ais? Al. galeas tibi

**Vendam holosericas.** ecquid placet tibi hoc amiculum:

**He.** vitta aurea: hec armilla: hoc purpureū redimiculum,

**He.** Hoc illud nimirum, quod animos evertit militum:

**Quod**

Quod virtutem abolet veteris nostra Germania:  
 Postquam opum populator luxus, condos fecit inertiam.  
 Neq; sic Romana olim stratis Hannibalem potentia;  
 vt Capuana delicia fregerunt animos militum.  
 Vbi enim vino, luxuria, scortis, & lustri omnibus  
 Marcescunt mentes: ibi vis abit vigorq; ibi corporum  
 Animorumq; dilabuntur robora: ibi virtus: ibi  
 Militaris disciplina: ibi fama exacti temporis:  
 Ibi futuri spes extinguitur. Al. quin tu vestem hanc tibi  
 Stragulam emis. He. maiores nostri pellibus ferarū, & hū  
 Renorum tegumentū utebantur: ibi sagum omnibus  
 Fibula, aut si deerat, spina consertum. Al. rude seculum  
 Tunc erat, & nullus Germanis cultus per commercia.  
 He. Ideq; omnium fortissimi Germani ac Teutones:  
Quando adhuc illi à cultu prouincia longissime  
 Aberant: minimeq; ad eos mercatores sapè è Gallia  
 Commeabant: at q; ea, que ad animos effeminandos  
 Pertinent, importabant. Nam ad quos est mercatoribus  
 Aditus, horum animi relangescunt: virtus remittitur.  
 Al. Ah queso te miles, abstine ab his damnosis vocibus:  
 Necet hac oratio gula tua, nostrisq; mercibus.  
 Non placet aliquid piperis mercari, aut aliquid saccari,  
 Quo cibos tibi condias? He. hoc uero est illud alterum,  
Quod virtutem abolet, veteris nostra Germania.  
 Nam olim quoq; Romana militia virtus elanguit:  
 Postquam luxuria peregrina origo, ab Afio exercitu  
 Fuit in urbem inventa: & Psaltria, atq; sambuciaria, &  
 Convivialia ludionum oblectamenta tum addita  
 Epulis: epuleq; ipsa & cura, & sumptibus apparieret  
 Cepta maioribus: ubi cocus, antiquū vilissimum

*Mancipium, estimatione & usu, in precio iam suo  
Esse: & quod ministerium fuerat, ars copta haberier.*

*Al. Crama, Crama. hoc optimum est crocum: mercare hoc  
Zingiber.*

*He. Vbi sunt hodie: qui Vendos, qui Herulos, qui Hunnos,  
qui Saxones,*

*Bello perdomuere? qui imperium hoc armis victricibus  
Constituere? ubi sunt Arminij? ubi sunt magni Caroli,  
Magui Othones, Magni Henrici, Magni Friderici duces?*

*Al. Crama, crama. hanc armillam paruo pretio vendā tibi.  
He. Num tu fœminam me arbitrare esse? Al. non: sed fœ-  
mine*

*Pulcra amatorem. Hoc peplum non licit ari lubet tibi?*

*He. Proh Deum! qua hac contumelia: sic me esse huic rifiui?*

*Al. At decem noctes poteris peplo hoc emere à meretricula.*

*He. Hominem verberonem! quid ego emam mihi? Al. no-  
ctes decem*

*Vnico peplo. He. heus, ubi vos estis manipulares mei?*

*In iūcite dudum manicas huic mastigie. Al. quamobrem?*

*He. Duce hinc in carcerem: si nolit vos sequi, rapite  
Sublimem. Al. quid commerui? He. patibulum. Al.  
quamobrem obsecro?*

*He. Quid rogas? merces infers peregrinas Germaniae,  
Quibus eneruantur animi, languescit virtus bellica.*

*Cessatin? quadrupedem istum mercatorem constringite:  
Perniciem iuventutis: pestem veteris Germaniae.*

*Al. Obsecro te miles. He. frustra me obsecras: constringite:  
Omnium, quas affert, mercium sit vobis sectio.*

*Al. Obsecro, si quis misericordia locus relinquitur,  
Ne necesse habēa ultimum ad suppliciū progredi. He. foras  
Rapite*

Rapite sublimem: deverbate fustibus ad necem.

Al. O mi Mercuri, fer opem mihi mercatori propitiam.

## ACTVS IIII. SCENA II.

Mercurius, Allobrox, Hermannus.

**Q**uis me huc evocat, è tā splendido, & lauto conuiuio?  
Al. Ego miser mercator, & terq; quaterq; miserè  
miser:

Prohibe contumeliam huius militis immanissimi.

Me. Heus vos, quin omittitis hunc illicet. He. at ego vin-  
ctum volo.

Me. Quid fecit? He. Vah! quid rogas? merces peregr-  
inas invehit,

Piper, & saccarum, & ficos: & purpuram, & holosericum:  
Armillas item, & peplum, & pretiosam sindonem: quibus  
Mercibus corrumpitur Germania, marcat bellicum  
Studium, languet disciplina militaris: ducite.

Me. Minimè istuc fieri decet. Nam nullam culpam sustinet  
Mercator: quando bonis rebus adeò utuntur male,  
Qui illas emitant. He. imò: si enim nullaç hic inferat  
Merceſ, luxui administras; nemo eas emeret, scio.

Me. Heus ferocule, responde mihi, quod te rogo. He. quid  
rogas

Chlamydate? Me. an virtus bellica Germaniae, solo pipere,  
Saccaroq; relanguescit? He. etiam alijs rebus plurimis.

Me. Idem & ego reor. Nam qua maior est pestis Germaniae,  
Quam gula studium, quam crapule, quam temulentia?

He. Non nego. Me. at vinosius nihil est hodie, quam milites.

- Nostriq; equites. He. non equidem nego. Me. quintuero  
go eādem opera
- Vites excindis, more Lycurgi. Nam excisis vitibus,  
Præcides occasionem temulentia. quid enim?
- An non omnis et as immodico vino corrumpitur?
- An non istam vinosam vitam valetudo mala  
Persequitur? annon iuvenum corpora fluxa sunt:
- Vt nihil mors mutatur q; videatur? He. non falleris?
- Me. Equidem Germanos hodie reperias, præclaro loco  
Natos, qui cubitum prius nunquā abeunt, quām sint ebrūj.  
Nec surgunt, nisi crapulosi; nec quicquam inceperant operū,  
Nisi poti. He. novi sanè aliquos combibones eiusmodi.
- Me. Qui cyathos possunt vacuare amplissimos, hi maximā  
Nunc inter suos laudem ferunt. He. non inficias eo.
- Me. Sobrium è cœna desurgere, in turpisimis habent.
- He. At nihil melius consultum rebus est Germanicis.
- Me. Militis generosi est, posse famem, posse sicut fortiter  
Sustinere. at quales hi videntur in acie milites,  
Qui vix unam horam, nedum diem, sine vino viuere  
Possunt? ac nisi tu lagenam imponas humeris armigeri,  
Quamcunq; in partem illos deduxeris, occubent siti.
- He. Non placent hi milites. Me. primum igitur vestra  
crapula.
- Queras remedium: pōst alias merces pelle è patria.
- He. Sanè istuc facere meditor: viamq; quero commodam.  
Nam veterem reparare disciplinam dudum cogito:  
Et luxum cauere, & leges ferre sumtuarias.
- Me. Interim hunc dimitte, & ne quam homini inferas in-  
iuriam. (uium)
- He. Age dimitto. Me. at ego reuertor hinc intro ad con-

ACTVS

## ACTVS IIII. SCENA III.

Hermannus.

**S**IC erit post omniibus, qui peregrinas hic afferent  
Delicias, gula, & luxus ministras. Nam si que in foro  
Mercatorem, cum iustis mercimonij deprehenderemus:  
Auribus hunc defectis, aut oculis effossis, hinc domum  
Ad suos remittam: ut reliquis documento sit: & novae  
Pœnae magnitudine alios post omnes perterreat.  
Sin huc redeat, igni atque omnibus tormentis opprimam.  
Nec minori suppicio afficiam: quicunque mercem ab his  
Exigit. Si enim Lacedemonij multarunt militem  
Morte, quod panno peregrino scutum exornaverat:  
Quam pœnam merentur Germani: qui tanquam Aesopici  
Craculi, colorem imitantur nationum omnium.  
Sei puto de hac res sat meos premonitos esse milites.  
Nunc ibo, ut furcifero huic, qui puellam rapuit e domo hac  
Impubem, hodie centuriata habeam capitum comitia.  
Vos verò ne expectetis me, dum hac domum redeam vita.

## ACTVS V. SCENA I.

Pluto.

**S**Tygia palude hic exeo, è furue Proserpine regnis:  
Ciceronem & Cæsarem passim inuestigo: nusquam tandem illos  
Locorum invenio: quartus hic mensis nobis abiit: ex quo  
Infernus deseruere sedes, mea tamen voluntate,  
Meoque permisso. Namque ubi desiderio flagrare illos  
Animaduerti, visendi Teutonum gentem, & novas urbes:  
Tandem longorum votorum ambos illos compores feci.

Nunc,

Nunc queritando aliquas perlustravi Germanie terras:  
 An forte conficer: nimis metuo: ne manium arcana  
 Mortalibus prodant: & aliquid damni dent meo regno.  
 Nimis insipiens fui, qui hanc illis fecerim potestatem:  
 Mercurij suaviloquentia, ut assentirem, hic me impulit  
 stultum.

Haud facile quisquam hoc impetrabit à me in posterum.  
 Verum

Percommode accidit, ut Turnesium audiverim yatem:  
 Qui Genesi Cæsaris inspecta, mihi commonstravit ex astris  
 Et cœli positu, quibus illum in locis siem reperturus.  
 Namqz augures habeo: qui multò certius mihi incerta  
 Præagiunt: quām ego alij olim ex Tripode Apollinis dixi.  
 Etenim Tiresias noster, interpres divūm: qui numina, qui  
 lauros,

Qui tripodas Phœbi novit, qui volucrum mirabiles linguas  
 Sentit: qui siderum cursus, & Solis, ac vias Lunæ.  
 Obseruat: hic Tiresias prædicere potest, quid hic cuiqz  
 Euenturum, & quo quisqz fato natus sit: quibus terris  
 Bellum immineat: quibus locis futurum incendium: quando  
 Ventura pestis: qui Reges morituri, aut Principes: & quo  
 Die: quæ cali per totum annum temperies futura. hic est,  
 Qui quæ negz, facta sunt, neqz, item futura sunt, tamē novit:  
 Quid Iupiter in animo habeat, nouit: quid Iuno lovi in au-  
 rem

Sit fabulata, novit: neqz, enim Turnesios latet quirquam.  
 Vah! pereat Moses, pereat Esaias, pereat Hieremias,  
 Pereat Solomo: & quicunqz, alij hanc diuinandi facultatem.  
 Tam alto supercilio despiciunt. Ego nulla arte divinos  
 Honores consequitus sum, quām cùm futura prænosse

Me

*Me dicerem, & hominibus oracula ederem. Proinde omnes  
Nunc neruos ingenij intendo, ut superi meos iterum vates,  
Meos hariolos audiant: & sacros augures Christi  
Illiūs, qui meus atrox hostis est, negligant. Nam ubi pluris  
Fiunt responsa haruspicum de, nescio quo, trigono igneo:  
Quamque prescripta sunt hominibus, sacrato Dei verbo:  
Ibi meo consulitur honori, ibi stabilitur meum regnum.  
Tum enim homines securi obdormiscunt, in aurem utram-  
vis: aut*

*Inani turbati metu, harioorum fulgura ex pelui  
Plus pertinebunt, quam Dei cœlestè fulmen: hoc quero.  
Verum de his haec tenus. Nam mihi sat est, quod optimi vatis  
Tiresiae (is enim sit cœcus licet: apud inferos tamen cœca  
Et obscura aperit) Tiresiae inquam vatis indicio certus  
Sum factus, de Cicerone & Cesare, quib[us] in adibus potent.  
Itaq[ue], Aeacus præmisit huc quendam è meis fratribus: qui  
illos*

*Reducat. Nam sic Cesarem poëtis commodare aures,  
Non appetet verò consultum sedibus mei regni.  
Ego poëtas volo adulari, assentari ciuib[us] nostris:  
Volo laudare illos culpanda: & rursus culpare laudanda,  
Hoc si faxint poëta, præmium à nobis merebuntur,  
Et grati erunt deinceps Satani consortibus regni.  
Sin pergent veritate effari: & allatrate virtutes  
Plutonis: & increpare meorum flagitia seruorum:  
Faxo, ut vicissim vires experiantur nunc mēas isti  
Ναρπάκιον̄es poëta. Nam pro veritate una;  
Quam dicunt illi: ego per meos satellites regeram centum  
Mendacia in illos: ne beneficium non fœneratum post  
Dicant. Nunc autē, postquam & ille nō redit: ipsem solus,*

Huc

30 NICOD. FRISCHLINI  
Huc venio, eos quas itum: & ecum, quem quero, meum frā-  
trem.

## ACTVS V. SCENA II.

Caminarius, Pluto.

O Fega. Pl. quid clamitat hic furuis furcifer?  
Ca. Vengga il cancuro, a quel hoste, con la sua  
Massara: la qual sel'haverà una panza grande: io  
Sarò nella colpa. Pl. hem carnifex quid murmuras?  
Ca. Benche sono bruti, niente, dimento non potria  
Mai amar questa creatura senza, & sporca, la quale  
Ha così una bocca grandissima, la guancia  
Secca, denti poiguasti, & muffiti. Pl. Vide  
Obsecro, quid oculum faciat. Hic iussus est  
Inuestigare Ciceronem atq; Casarem:  
Nullamq; ab hoc labore tempus uspiam  
Intermittere: ne quò se illi subducerent:  
At immemor officij sui, Satyrum hic agit.  
Ca. Al giorno spazzio li camini  
Sporci: li più belli nella notte: l' altri  
Nettano ad giorno libelli, poi alla  
Notte scopano libruti. pfui il camino.  
Di questa massara è pur horribile: niente  
Di manco il suo amator è un gentil huomo.  
Pl. Heus furcifer, quid tecum solus murmuras?  
Non iussus es, ut tu Casarem modò quereres:  
Et Ciceronem his locis: ubi convivium agitant?  
Ca. Io non intendo il Latino, parla alla Taliana:  
Pl. Quid nebulo? num Latina non intelligis?  
Ca. Io no so, chi tiser; ne anchora chi ti parle.

Pl.

Pl. Ah mio fratello no sai ti, chi io sia  
 Ca. In verita no so nente. Pl. Ti era messo dicercar in  
 Questa paese il magnifico Tullio, & poi  
 Il Cesare d' Italia. Ca. Che mi importa?  
 Pl. Che? non' stimiti te faceinde del inferno?  
 Ca. O Santa Maria, mantenga me. Pl. o fratello  
 Da chi lugo è venuta a t' star religione noua?  
 Ca. Son io il tuo fratello? va via appicarti:  
 Io sono un Spazzacamino, ti sei il diabolo.  
 Pl. Guardati di gratia nel specchio: & vede  
 Chi fra noi sia più negro. Ca. pfu diabolo.  
 Va al bordello: se ti non vuoci, ch' io \*  
 Con questa stanga, battia le tua schiena.  
 Pl. Deceptus sum: furie ultrices te hodiè anguibis  
 Suis castigent Tiregia: qui me viam  
 Meliorem non docteris. Sed nisi me oculi  
 Fallunt, video Mercurium egredientem foras.

### A C T V S V. SCENA III. Mercurius, Pluto,

**N**imis laute administrari munus meum:  
 Adeoque curaui me molliter hodie:  
 Ut nunquam antehac vixerim delicatus.  
 Pl. Hem Mercuri, salve. Me. at tu Pluto male peris  
 Pl. Istud facio, & tua quidem ope potissimum.  
 Me. Quamobrem? Pl. qui tua me blandiloquentia  
 Huc impuleris, ut Ciceroni atque Cesari  
 Pote statem ad superos redeundi fecerim.  
 Nam quartum mensem iam absunt domo mea,

Neg,

Neg, redeunt: ut iusseram: Et per Tartarum  
 Subvereor, ut illecti vita dulcedine,  
 Reuerti ad Orcum nolint. Ita quæ maximo  
 Per me labore parta sunt, hac pessimis  
 Per terursum à me abducuntur fallacijs.  
 Me. Ab Pluto, nescis tu, nescis quibus in locis  
 Interea substiterimus. Pl. Nescio per Stygem:  
 Eo quod, plus irascor, quod quæ tu geras  
 Ego nesciam. Me. at ego dicam nunc tibi, ut scias:  
 Primo omnium nobis appositum est prandium  
 Opi parum, sumptuosum, plane quod, dubium,  
 Vicina fercula missu quolibet: cibi  
 Quis pascerentur oculi, quam pulcherrimi:  
 Bellaria multo lautissima: nihil supra.  
 Pl. Ergo culinæ detinebat te sapor,  
 Et ferculorum nidor: quantum intelligo.  
 Me. Videlicet: placenta, liba, cupedia.  
 In primis vero cythara, sambucæ, lyrae,  
 Chelyes, clarisone tibiae, organa Musicae:  
 Concentus Harmonicus sex vocam, & plurimum.  
 Quid tibi ego multa dicam? in cœlis esse mihi  
 Visus sum, non versari in terra inter homines.  
 Pl. Hæc res erat, quæ me duabus pinguibus  
 Multaret prædis, Cicerone atque Cæsare.  
 Heu me miserum, qui verbis tuis habui fidem!  
 Et optimam hanc prædam è manibus dimisi meis!  
 Nemirum bac arte res infernae promouent!  
 Me. Noli nimium stomachari Pluto feruide:  
 Nam de præda quid actum fit nescis. Pl. agè,  
 Agè vero mitto prædam amissam, Mercuri.

Damni

Damni quantum afferat mora tua, sodes vide.  
 Nam primum innumerae venerunt ex Italia  
 Anima, ex Hispania, nec non ex ex Gallia,  
 Germania, finitimusq; regionibus.  
 In primis verò, è Turcia, atq; Persia:  
 Vbi frater Mahometes colitur pro Deo.  
 Atq; ha miserae animæ, dum tuus caduceus  
 Cessat, ad Orcum non veniunt: interea Charon  
 Penè otiosus in ripa amnis desidet.  
 Deinde bellum instauratur, quām maximum.  
 Nam Belgicos in armis esse milites:  
 Omneni iuuentutem, omnes et atis grauis,  
 In quibus aliquid consiliij & dignitatis est,  
 Ad arma profiliare tristissima: duces  
 Ac principes, qui eodem iure, legibus  
 Utuntur, dissentire inter se plurimum:  
 Hic ad nos rumor affertur quotidie.  
 Præterea Tirefias & Astrologi mei,  
 Ex igneo trigono bellum nunciant  
 Crudele: quod toti immineat Germaniæ,  
 Ab Amurathe. Hunc aiunt legatos mittere  
 Vietnam, qui iubeant, & se, suaq; omnia  
 In Turcici Imperij fidem permittere:  
 Dare obsides, & imperata facere. Ego  
 Charontem iussi veterem cymbam reficere,  
 Duasq; nouas parare nauiculas sibi,  
 Totidemq; contos. Nam una nauis non erit  
 Satis, tot cæsis transuehendis hominibus.  
 Quid verbis opus est? si Mathematici fidem  
 Merentur, mundus ultra quinq; annos nequit

Durare. hoc addè illi è trigono flammeo  
 Vaticinantur, ita ut iussi sunt, & spiritu  
 Meo afflati. Nam sicut olim orbus aqueo  
 Trigono perijt, submersus diluuij aquis:  
 Ita altero hoc trigono, qui flammeus erit,  
 Igni peribit, & solutis orbium  
 Compagibus, antiquum repetent omnia chaos:  
 Omnia concurrent, cum sideribus sidera:  
 Pontum ignea petent astra: terra extendere  
 Iam nolct littora, excutietq; fretum: diem  
 Sibi Luna poscit, Sol noctem: contraria  
 Fratri soror: sorori frater: deniq;  
 Tota orbis machina disturbabit sua fædera.  
 Quæ tu omnia cùm scias vera esse:  
 Frustra auguria & cœli positum, quidq; innuant (nō enim  
 Venturi sidera, in Aegypto olim didiceras)  
 Nihilominus otioso desertis animo,  
 Et crapula indulges, curasq; cuticulam:  
 Neg, id in loco sat tuto: neg, nobis commodo  
 Apud Poëtam, nostris benevolum hostibus. (dd.)  
 Me. Bono animo es. Pl. qui possum? Me. facillimè. Pl. ce-  
 Me. Primo omnium, quam tu p̄radam amissam putas,  
 Eatibi salva est atq; integra. Pl. dic, quomodo.  
 Me. Ambos à prandio reduxi ad inferos. (mè.)  
 Pl. Sic faciū, Me. dictum faciūm q; puta. Pl. Euge opti-  
 Me. Deinde tantum animarum una cum Cesare  
 Ac Cicerone, numerum adduxi, quantum tribus,  
 Aut quatuor diebus transuehat Charon.  
 Pl. Laudo: optime. Me. Preterea mihi duos caduceos  
 Paravi ad illud bellum, quod nunc imminet:

# IVLIVS REDIVIVVS.

307

*Vt nulla in parte desim vestris commodis.*

*Pl. Qui ergo moramur hic frusta diutius?*

*Me. Eamus. Vos si placuit fabula, plaudite.*

## LECTORI PIO ET AEQVOS.

**H**ABES hīc, pie & amice lector, toties & tot amicorum literis à me efflagitatum Comœdiām, Iulium: in qua fabula si quid tibi displicerit, non mirabor; mirabor autem, si quid placuerit, aut etiam placere potuerit. Nam si argumenti genus considerem, video multos multa desideraturos. Alijs enim videbor in laudibus Germaniæ fuisse nimius; alijs exiguus, aut certè modicus: præsertim ubi tot sunt illustres Germaniæ heroes, qui singuli debuissent nominari: ut multi iudicabunt. Ego verò, ut hisce primò respondeam, non proposui mihi omnes Germanos, laude dignos, in hac Comœdia laudare. Quomodo enim hoc fieri potuisset? Sed atis mihi fuit per Eobanum Hellum, omnes intelligere viros iteratos, sicut per Herminium omnes Harminij similes, in re publica & re militari claros homines. Quod si quos nominatim celebraui, nolim id ita à me accipi, quasi cæteros ego negligam, aut contemnam, quos non nomino. Omnes enim Herminianos, & omnes Eobanos, id est omnes Germaniæ ciues sapientes, pios, literatos & fortes amo, colo & venero: vobisq; huius animi mei, hanc Comœdiām testē, & quasi quodam semperiternum monumentum ad omnem posteritatē extare. Quod autem multa tibi displicebunt, sicut metuo: quæsito te, tribuas id temporum potius culpæ, quam meæ voluntati. Nam quo anno hæc à me scripta est Comœdia, eodem erant res meæ adeò afflictæ, adeò tragicæ: ut animus meus ad quidvis potius meditandum, quam ad scribendam Comœdiām fuerit longè accommodior. Turcis enim, non Christianis, deploranda fuit tuum vita nica: quemadmodum te docuit Epis.

V 2

stola quædam mea , nuper Patauij excusa; unà cum quatuor  
 Panegyricis de victoria Sarmatica. Nam quid obsecro potuiss.  
 set mihi evenire calamitosus , quām quod optimè ab alijs dis-  
 cta, & optimè à me repetita, fuerunt pessimè deprauata calum-  
 niando; & quidem ab ijs hominibus; qui cùm eam fortunam,  
 in qua me videbant, mihi inuiderent, neq; tamen causam ha-  
 berent opprimendi me, arripuere eam occasionē: cuius nunc  
 ipsos meritò pudet, piger & pœnitit. Quid acerbius mihi ac-  
 cidere potuisse; quām me opprimi in eadem causa, ab ijs: qui,  
 cùm defendere me deberent, hinc occasionem sumserunt: ut  
 & me, quē ipsi oderant intemerent: & omnes meas Comœdias  
 & naeas in Virgilium , Horatiū & Persium scriptas Paraphra-  
 ses, & meū Latinum Aristophanem. meūq; Latinū Calli-  
 machum, & meos libros, de arte Grammatica, atq; Rhetorica  
 confectos , possent radicitus extirpare? Ita enim suis libris, &  
 suæ auctoritati quām optimè consultum putabant. Nolo iam  
 de illis dicere: qui cùm opera mea fuissent in negotio satis no-  
 to usi, post ἀλλοτριος-πιστοποιας accusarunt; quasi ego alieni  
 quippiā à meo officio commisisem: quod publicus Academice  
 professor vitia taxasse, in publica oratione. Et quām tu putas  
 acerbum nati fuisse: quod Ecclesiæ Magdeburgensis mini-  
 ster triginta mendacia aduersus me publicè scripsit; & publico  
 scripto omne in totius Germaniae nobilitatem , aduersus me  
 unum, atq; immerentem ausus est concitare: Cirmina leces  
 sum scribentis, & ocia querunt. Ego ve id, cùm hanc medita-  
 ter Comœdiam tam procul absui ab otio, quām propè tum  
 affui negotio. Quare nihil proiussus mirabor, si tibi in hac Co-  
 mœdia non satisfecero. Est enim cùm in omni scripturæ ge-  
 nere: tum in primis in Comico , fortuna scenica valde dubia:  
 propterea quod nulla res sub Sole sit tam difficilis, quām scri-  
 bere Comœdiam: quæ quidem summorum & solidè doctorū  
 hominum applausum mereatur. Atq; hæc causa est, quod ex  
 tanto veterum Comicorum numero, tam pauci hodie super-  
 sunt: nempe unus ex Græcis Aristophanes , & duo ex Latinis;  
 is

Plautus

Plautus & Terentius. Et quoties explosus est cum sua Hecy-  
ra Terentius? nōnne Afer ille, cui Romæ educato, Latina lin-  
gua fuit māterna: & quem homines nobilissimi in scribendis  
Comœdijs adiutārunt. non autem oppugnārunt? Quòd si  
tamen intellexero, tibi non omnia displicuisse, quæ hīc affer-  
rimus: dabitur à nobis opera: ut propediem habeas meliora,  
atq; emendatoria. Interim vale: & da nouo Poetæ crescendā  
copiam. Argentorati. Idibus Novembris. Anno 1584,



NICODEMI FRISCHLINI

**PRISCIANVS VARY.  
L A N S.**

PERSONAE DRAMATIS.

Iauellus,	{	Philosophi.
Franciscus	{	
Priscianus,		Gramaticus.
Corydon,		Rusticus
Lilius	{	
Philonius	{	Medici.
Neuisanus	{	
Berberius,	{	Iurisconsulti.

Quodlibetarius Sacerdos.

Breuiarius, Monachus.

Erasmus Roterodamus.

Philippus Melanthon.

## P R O L O G V S.

**P**oëta postquam aduertit rumore populi,  
Studiose vos expetere novam Comœdiama:  
Id c: edidit solum negoti sibi dari:  
Vt re nova, & nouæ argumento fabula  
Bonis placere posset perquam plurimis.  
Malos enim & maleuolos iampridem nihil  
Prorsus moratur: ut qui tantummodo sua  
Admirantur, sua prædicant, sibi placent  
Solis: neq; quicquam nisi quod sibi placet, probant.  
Nam vulgo sit, cuig; suum ut sit pulcerrimum.  
Sed est, quod paucis vos præmonitos hic velim,  
Vt fabulae argumentum credatis novum.  
Nam simile à veteribus tractatum Comicis  
Nusquam legitur, neq; argumento, neq; stylo.  
Vos eritis arbitri, qui adestis hic boni.  
Nam de bonis mali non nisi male iudicant.  
Qui melius inventum scit in scenam novo  
Modo novum præscrre, is proferat novum.  
Si id facere nequeat, det locum illi, qui queat.  
Nunc nisi molestum, nomen dare vobis volo  
Comœdia: sin quibus odio est, dicam tamen.  
SOLOECISMUS vocatur hæc Comœdia:  
Latinè vult PRISCIANUS effe VAPULANS.  
Nam multis ille seculis miserè habuit:

*Pasim*

P R O L O G V S.

jm

Paſſim locorum iectus, punctus & verbera  
 Perpeſſus innumera: vestrarum etiam manus  
 Satuſ duraſ expertus quam ſapissime.  
 Is hodie vulneribus suis queret aliquod  
 Remedium à Professoribus his Artium:  
 Iavello praesertim indocto Phyſiologo.  
 Sed misere vapulans ad medicos mittitur  
 Philonium, & Doctorem ineptum Lilium,  
 Hic multò factus, quam ante fuerat, agrior.  
 Medicis grandem impingit apud Iudices dicam;  
 Vbi in hostes longè atrociores incidit.  
 Nam rabiula indocti & duo quidam glossarij  
 Ius querit antem excipiunt indignissime.  
 Quare animam agens duos accedit Theologos,  
 Ut ab illis capiat paululum ſolatijs.  
 Ibi verbis lapideis obrutus, animam propè  
 Agit, animoq; deficit: donec opera  
 Et ope Erasmi & Melanthonis reſtituitur.  
 Hac res agetur nobis, fabula vobis  
 Non exquiritur facta eſt, neq; uti cetera:  
 Non hic parafitus leno eſt, nec ferus Iſmaël,  
 Neq; ſuſpicax maritus, neq; petulans ſenex.  
 Ridicula eſt res: date benignas aures mihi:  
 Ut Priftianus quid ſibi velit, ocyus  
 Cognoscatis, quiete & per ſilentium.  
 Iuſtam rem & facilem eſſe orationem à vobis puta,  
 Nam iniuſta à iuſtis impetrari non decet.  
 Iuſta autem ab iniuſtis petere inſipientia eſt.  
 Tantum eſt: valete: adeſte cum ſilentio.

V 4

NICOD. FRISCHLINI  
ACTVS I. SCENA I.

Iauellus, Franciscus,



Otonarij  
Iambici.

**V**ID est, quod hodie & heri in manu gerit ve-  
stra Dominatio,  
Ornatissime Domine Magister Francise?  
Fr. est epistola, (det

Quam scripsit ad me unus senex discipulus, qui pronunc stu-  
Parisius in philosophia naturali baccalarius

Formatus ibide ab Humanistis. Ia. quid sribit queso boni?

Fr. De mobilitate subiectiva pbysicæ: deg<sub>3</sub> entitatibus

Formalibus materiæ, prime, & similibus rebus alijs

Realiter aut formaliter, aut conceptibiliter entibus.

Ia. In qua via, Francise, suas intentiones ist tenet?

Fr. Partim in via The mistica, partim in via Scotistica.

In

Phrases Iauel  
lo uisitatissem

*In quantum scilicet Scotus concordat cum Thomæ via.*

**Ia.** Certè hæc oratio acceptatur in nostra via. Sed dubiâne  
Mouentor, aut responsuæ conclusiones à tuo  
Discipulo ponuntur? nulla distinctiones initio  
Ponuntur? Fr. si vestra Dominationi non erit graue:

*Accipite & legite epistolam. Ia. regat vestra dominatio.*

**Fr.** Cooperta sit etiam vestra, lauelle, reuerenda dignitas.

**Ia.** Aduerte, dum lego epistolam. **Fr.** iam dudum intendo Erasmus de  
aduertere.

**Ia.** Francisco de Maronis, septem liberalium artium

Candelabro aureo: radianti Theologorum apici: ordinis

Minorum lucifero: sacra scriptura gazophylacio:

Hæresiarcharum malleo: virtutum heroicarum omnium

Et non heroicarum speculo dilucidissimo: meo

Domino dignissimo: domino præceptor, humilimus suæ

Dominationis discipulus & seruitor uilissimus

Oscula pedum, loco salutis. **Fr.** quomodo uobis hæc placet

*Inscriptio?* **Ia.** pro tanto, ut intendam relegere denuo.

**Fr.** Nolim istuc pronunc fieri. **Ia.** quamobrem? **Fr.** Quia  
alias nimis foret

*Longum, bis legere quod pulcrum est: sed uolo legatis Epis-  
tolam.*

**Ia.** Aduerte: Illuminate Domine Doctor: vestra dignitas

Reuerenda teneat, quod Studentes nonnulli Parisi

In artibus, propriæ facultatis transeundo terminos,

Manifestos errores, quasi dubitabiles, nunc in scholis

Lectare & disputare præsumunt. hoc quia relatio

Grauium personarum insinuauit: Parisiensis Episcopus

Totaliter condemnauit: eos excommunicans, suos

*Qui errores dogmatisauerint, aut dogmatisare aliquo modo*

conscr. E,  
pist. li. 1.

De eisdem, aut defendere presumferint: quomodo eorum  
quod.

Simul audientes: processurus ad acres pœnas contra eos,  
Pro qualitate culpa. Fr. quantum ad hoc, videtur mihi,  
quod hoc

aueſ. p.4. lin.  
o. in Phys.  
anno 1567.  
ugd. edit.

Prudenter est factum: ne in tanta locutio trahat simplices.  
In errorem. Ia. sed aduerte, quod ille Parisius Episcopus  
Ad banc deductionem, aliam solutionem commodam  
Non invenit, niſi dicere eſſe errores: quod non ſufficit  
Viro docto: ſed debuit aut ſoluere rationes, aut eis  
Oſtendere, quomodo eſt error. ſicut nos in Thomistica  
Via tenemus hanc intentionem. Fr. dico igitur ad hoc.  
Mi cordialiſſime Domine Magiſter Lavelle, quoniam  
Contra loquentes naturaliter non diſputat: ur hic,  
Et in articulis condennat is magiſter noſter optimus  
Sententiarum non tenetur: hoc factum eſſe aliqualiter  
Irreprehensibile. Ia. ſit ſanè: ſed ego non adhaereo via huic  
Post expositiōnem, que loquitur ad mentē Beati Philoſophi.  
Nam in oppofitum arguere, rationes ſoluere, beatum patrē  
Thomam deſenſare & Scotum: prout concordat cum via  
Thoma: omnibus licet. Fr. ad iſtud nihil reſpondeo, ſed uolo  
Quod pergaſis reliqua legere. Ia. age, aduerte: quid ſcribat  
magis.

L.p. 26.5. &c. Fr. Aduerto. Ia. ego igitur, glorioſiſime Domine Docto-  
meus

Præceptor, in conſiderando manuata hoc Epifcopi,  
nton. Andr. Sine diſputatione, ad habendum citius & perſpectiu-  
i Tractatu de Scientiam Philoſophia naturalis, per literas  
ibus Prin. Indeendo aliqua mouere dubia, & principaliter quidem  
ol. 1. lib. 17. Nunc unam quationem de ſubiecto huius scientie,

Vtrum

Vtrum mobilitas sit formalis & subiectu ratio  
 Primi subiecti Physica; an corpus naturale sit magis  
 Subiectum adequatum in Philosophia naturali: & rogo  
 Vestram reuerendam dignitatem, quod mibi illam scibilem  
 Questionem, ad mentem Philosophi resolutius finaliter,  
 Cum textualibus expositionibus: ut olim maximi  
 Regentes Parisiis mibi tradiderunt, metaphysicaliter  
 Determinantes. Fr. quae vestra est, Iauelle, intentio in haec  
 via?

Nem vos estis unus Magister primus de Regentia.

Ia. In hac questione inuenio pro nunc ego duas vias

Famulas. una tenet, quod ens mobile solum & non aliud est  
 magis

Subiectum: de subiecto adequato istius scientia  
 Intelligendo. Alia uero tenet, quod corpus mobile  
 Et non ens mobile est subiectum adequatum in Philosophia  
 Naturali. Primam uiam Beatus Thomas meus tenet:

Vt in proemio suo in principio primi sat patet.

Cui concordat Landunus in primo. secundam autem tenet  
 Albertus in primo. Et quoniam tenemus hanc Thomae viam  
 Esse ad mentem Philosophi & commentatoris: id est via  
 Thomae defensabitur, & rationes soluentur omnium:

Qui concordant cum Alberto, prout contra Thomae viam  
 Haec militant. Fr. quod igitur subiectum est pronunc ens mobile,  
 Quomodo prokare intendus? Ia. duabus intendor rationibus.  
 Prima est beati Thomae: & sic intcndit arguere alibi:  
 Subiectum adequatum in Philosophia vele est ens mobile,  
 Vel corpus mobile: non secundum: ergo primum. Fr. La-  
 gicaliter.

Ia. Quod non secundum: quia scientia subiectum ponit suum Ia: p. 3. l. 3. &c  
 Aug,

Vide titulum  
 Joan. Scotti &  
 Iau. super  
 Metaphys.

Iauell. p. 1. lin.  
 1. Editio.  
 Lugdunens,  
 anno 1567.

Iauell. p. 2.

*Aut præsupponit, non probat. Et pronunc supponatur itidē,  
Et quomodo consequentia hæc teneat: quod omne mobile  
Est corpus. Fr. sed Landunus & Egidius non concedent tibi,  
Quod omne mobile est corpus : sicut qui formas vel etiam  
entia*

*Abstracta tenent localiter moveri. Ia. respondeo. aliqui  
Moderni nomen assumentes Thomistarum, nesciunt  
Defensare hanc beati Thome rationem contra Egidium:  
Inter quos Petrus Pomponatus est in lectura sua  
Super libros Physicorum. Ideo Beatum Thomam dicitant  
Opinionis huius non fuisse, nisi dum foret adhuc  
Iuvenis. Nam tunc scripsit Thomas super octo Physicorum  
libros.*

*Deinde in ætate senili sua scripsit super libros  
De cœlo: & tenuit illuc subiectum esse corpus mobile:  
Quasi seipsum corrigens. Fr. Verum quia Thomista anti-  
quitent*

*Mentem Thome absolute ita fuisse: quod ens illud mobile,  
Et non corpus mobile sit subiectum in nostra scientia  
Adequatum: quomodo Thomam defensare hic intenditis  
Contra Egidium? Ia. Adverte igitur: quod licet non sit for-  
maliter*

*Idem, probare esse aliquid mobile & esse corpus; & aliquod  
Corpus item mobile esse: tamen unum sequitur ad alterum,  
Et si probatur unum, consequenter probatur alterum.*

*Nam ex hoc, quod Philosophus probat mobilitatem nisi cor-  
pori*

*Competere: probat idem sic consequenter corpus mobile  
Esse vel actu, vel aptitudine, quoniam non est opus  
Tenere in omni ratione scienda actualiem existentiam,*

*Sed*

*Sed aliquando aptitudinalis sufficit. Fr. subtiliter  
Dixit restra reverenda dignitas. Ia. hac prima fuit intentio.*

*Nunc quantum ad alteram, sic procedo in via Thomistica,  
Supponitur in totum, quod motus sit primarei passio:*

*Ex quo supposito arguitur. Idem subiectum prima passio*

*Habet: quod habet scientia eius, in qua talis passio*

Iau. p. 2. lin. 8

*Consideratur: sed subiectum motus est ens mobile:*

*Vt patet ex declaratione, quam facit illic Philosophus*

*Quando declarans diffinitionem motus in libro*

*Tertio exemplificat de generatione & corruptione. Cum*

*Ergo ens mobile sit primae passionis subiectam, illius*

*Ingridens diffinitionem, consequens est, ens ut mobile*

*In hac scientia subiectum sit. Fr. contra. illud non potest*

Vid. Anton.

*Formalis esse ratio aliquid subiecti scibilis,*

Andr. p. 2. col.  
2. lin. vlt. &c.

*Per quod subiectum constituitur inesse opposito scibili.*

*Sed mobilitas est huiusmodi. ergo. Ia. dico ad mentem Antonij*

*Per distinctionem: ly mobilitas entis supponere potest,*

*Vel pro motu aptitudinaliter vel actualiter*

*Sumpto. Si mobilitas primo modo: sic dico quatuor*

*Primo, qui mobilitas est respectus ad aliud formaliter:*

*Secundo, quod convertibilis est cum subiecto passio:*

*Quod discurrendo inducit probatur: tertio quod hac*

*Mobilitas non distinguatur ab eo, cuius est passio. Fr. satis*

*Fest factum uni intentio: nunc pergit legere consequentia.*

*Ia. Præterea disputare intendo: utru in Physica substantia, De hac quest.*

*Materia dicat aliquam positivam entitatem realiter*

Anton. Andr.

*Distinctam ab entitate formæ: an vero conceptibiliter.*

sup:citatus.

*Fr: Hac questio magna importancia est: sed quoniam intentio*

Anton.

Vitissima Antonij declaratur in uno tractatu de tribus  
 Iuello phrasis, mittā sibi librum. Ia. Omnis difficultas stat in eo  
 Ut videatur, quomodo compositio illa, se in rebus habeat.  
 Sed quia de conceptibilitatibus & formalitatibus,  
Quiditatibus, realitatibus mox quodlibetaria  
 Agetur disputatio, protunc concludam correlarię,  
 Nunc pergam legere. adverte. Fr. aduerto ego cum amba-  
 bus auribus.

Ia. Haberem etiam alias argutas questiones plurimas,  
Quas discutere velle : utrum anima causetur ex semine  
 hominis:

Vide Titulū. Qualiter item esse possit forma corporis, substantia  
 Intellectualis : sed alias mouebo dubia eiusmodi.  
 Rogo autem, quod mittatis mihi pro nunc Vocabularium  
 Ex quo. nam quia vocabularij vary & authentici,  
 Videlicet Hugiton, Catholicon, Brevilogus atq; Papias,  
 Alijg, codices in comparatione sunt ita  
 Preciosi, in intellectione obscuri, & in numero admodum  
 Multi, in collectione prolixii: ut scolares pauperes  
 Eosdem defacili, & pro precio competenti, scilicet  
 Ratione eorum paupertatis habere & prospicere sibi  
 Non valeant, ut tamen facilius possint literaliter  
 Sacra Scriptura intelligere (ut Mamotrectus) imò quod liber  
 Latinicale scriptum: pro utilitate collectus fuit  
 Vocabularius iste. Fr. Sane ualde utibilis est liber,  
 Quem quilibet fidelis meliorare tenetur, qui potest:  
 Ut uitam aeternam possideat: qua promittit sapientiam  
 Elucidantibus: pro ut octauo sapientiae dicitur.  
 Ia. Si non habetis Ex quo, mittite Variloquum. Fr. Bonus  
 & hic est liber,

Et

*Et utibilis vocabularius, qui idem uocabulum  
Diuersimodè acceptum diuersè teutonisando exprimit:  
Consilabile quoddam enauigium prædicatoribus: & est  
Compilatus per venerandum Magistrum nostrū. Ia. Nam cuiuslibri,  
quia*

*Multi Germani pronunc Parisius student: intendo ego  
Teutonisando unā cum illis parlare interdum. Nunc nihil  
magis,  
Nisi quodd vestra reuerenda dignitas diu & bene ualeat.*

## ACTVS I. SCENA II.

Priscianus, Iauellus, Franciscus.

**A** H me miserum! quis est mortaliū, qui uiuat miserior? *Eiusdem genitivis cum suis*  
*Spes atq; opes vita mea iacent sepulta in pectore:* *Animo meo male est: male magiceror; male crucior perioribus,*  
*miser.*

*Caput dolet: neq; audio: neq; oculis prospicio satiis:  
Nec me miserior cst: neq; videtur magis esse ullus hominum.  
Ia. Benedictus dominus! qualis hic homo est Francisce? Fr.  
ego nescio,*

*Iauelle. Nam nunquam uidi illum per totam vitam meam.  
Pr. Neg; Pentheus tam misere discerptus à Bacchis fuit: neq;  
Orpheus à Mænadicibus, neq; Hippolytus à Phocis Nerei;  
Neq; à Medea Absyrtus, neq; Deiphobus à coniuge Helena.  
Ia. Videtur mihi, quodd est unus Lolhardus. Fr. per treu-  
gam meam.*

*Pr. Membra omnia laßitudo tenet : genua propemodum  
succidunt.*

*Ossa atq; pellis sum misera macritudine, longa inedia.  
Curū tam varie mibi maculosa est, quam nutricis pallium.*

*Ia. Quid*

Ia. Quid si sit unus ex trueliferis nostris? Fr. Fortasse est;  
Pr. Nam ego sum miser ille Priscianus: qui male vbiq; va-  
pulat.

Ia. Adverte, quid dicit. Fr. nimium subtiliat, in quantum  
audio.

Pr. Ut enim de præteritis malis nibil dicam, que paſſim  
Locorum pertuli: quis tam alieno à Latinis literis  
Animo est; ut vulnera & plagas non videat, quas modo hic  
michi (nat.)

Heresiarcharum malleus intulit? Fr. Heresiarchas nomi-  
Ia. Fortasse est unus prauitatis heretica inquisitor. Fr. est:  
In quantum ego iudico. Pr. nam malleo suo penè cerebrum  
Excusit mihi. Ia. Mi Francisce audis, quid dicit? Fr. vix  
audio.

Pr. Nunc hūc proceſſi, ut medicum queram, qui vulneri-  
bus remedium

Meis paret: aut munitum commonstret locum. Quocun-  
que eum

Deuenio, quoquò deferor, illīc v. ipso. Ia. Adeamus hominē:  
Proficiat mi vir. Pr. dī te salvum velint & ſoſpitem  
Ac tibi magis ſint propitijs, quam mihi. Ia. quid eſt tibi, mi-  
ſenex?

Pr. Male patior miser. Ia. quid pateris? Pr. Inediam, ver-  
bera, famem. (lim.)

Ia. Fortasse nimis diu iejunasti? Pr. nimis herclē, quam ve-  
Philō. Medic. Ia. Es ne unus Carthusianus, an Franciscanus? Pr. ego  
188. col. 4. de sum miser.  
fame synco- pati.

Fr. Fortasse post aliquam agritudinem virtutes debiles  
Sunt: & ſtomachum multum ſenſibilem habes, & valde  
debilem,

Ita

Ita quod nullum nocumentum sustinere famelicum potes.  
Idcirco cum famescis, fies syncopizans illico:  
Nisi cum cibo repareris & potu. Pr. facile est misera bo-  
mini

Insultare, & iacentem opprimere. Fr. nequaquam potius  
tibi

Compatior ego. Ia. & ego simul, & cupio certificari modò,  
Vnde venias? Pr. unde homo miser. Ia. an ex militia? Pr.  
Videlicet.

Ia. Qualis? Pr. puluerulenta & misera: ubi punctim & ca-  
sim verberant

Me saucium, pueri & viri, & stolidi senes quotidie.

Ia. Quales sunt isti pueri, aut qui viri, aut senes? Pr. vah!  
quid rogas

Tu, quem non puduit modò verberare ictibus durissimis?

Ia. Egone te verberavi, qui te non vidi prius? Pr. imò, quia  
Non vidisti, ideo verberasti. Ia. hoc est contra omnes Tho-  
mavias.

Pr. Quin imò vijs tuis, & omnibus item intentionibus  
Hodie, bodie inquam, infregisti plus quingentos colaphos  
mibi:

At nisi clypei & libri huius oppositum me texisse, propè  
Eos fasses me, non secus ac muranam cocus. intelligis?

Ia. Neg, imaginatiua, neg, sensitiua hoc apprehendere pos-  
test.

Pr. Atqui hic collegatus suis formalitatibus itidem  
Me sauciavit pessimè. Fr. dic quomodo? Pr. nam vulnera  
Mibi abs te plura data sunt, quam Gothis à Belisario.

Fr. Tamen hic nunquam fuisti. Pr. vestra culpa isthus  
michi accidit.

**Fr.** Quare? Pr. quia vos me profligasti miserum, egenum  
& inopem.

**Fr.** Ego te nunquam hic vidi. **Ia.** Neg, ego, quod sciam, oculis vidi meis.

**Pr.** Eò tractabar à vobis inclementius & durius.

**Nam** quod minus in conspectum deuenio vestrum, hoc plus vapulo.

**Ia.** Impossibile est, ut verberetur, qui praesenter non adest.

**Pr.** At enim Iauelle, quod mihi hic à vobis obtigit modo,  
Hoc ipsum mihi in omni passim nunc accidit Germania,  
In Italia, Gallia & Hispania, Sarmatia & Dania:  
Vbi indocti Typographi, pictores, scribae, statuarij,  
Et quicunque illorum manibus in literarum sacrarium  
Irrumpunt: innumeras mihi plagas inferunt quotidie.  
Sed omnium miserrime iam excrucior in Gracia,  
Aegypto & Asia, quibus in locis propemodum occidor nunc  
miser.

**Ia.** Tu non rectè sanus es: isthac qui præsumis sic dicere:  
Quasi Corporeitas tua sit actu infinita. **Pr.** ab manus absine.  
**Ia.** At est impossibile: & contra Thdm & contra Scotti via,  
Aliquam substantiam vel magnitudinem esse actualiter  
Infinitam, & simul in multis locis. Discordat enim à via  
Philosophi & positionibus Aristotelis, atq; interpretum.  
**Pr.** Sed non à veritate rei, nam nullus est terra angulus,  
In quo docentur literæ, ubi non millies uno die  
Vapulem. **Ia.** homo hic ebrius est. **Pr.** utinam ita essem,  
non indigerem ope

**Medici.** **Ia.** imo opus est tibi helleboro. **Pr.** miserrima est viro  
Bono miseria, qui vera loquitur, si verum spernitur.

**Fr.** Dic obsecro, quomodo potes hic esse & alibi, & in multi  
locis?

**Pr.**

Pr. Quomodo? ubi vis locoru vapulando. Fr. quis te vapulat?  
 Pr. Franciscus, Iamellus & horū similes Philosophi Barbari.  
 Nam modō, modō inquam, prius quam hūc retulisse mīserum pedem,

Penē ad necem deverbastis me miserum, & nibil malis  
 De vobis unquam promeritum senem. Fr. Mentiriis pergitā.  
 Pr. Vt ināmē mentirer. nam sic non ferirer in omnibus locis  
 Italia, Hispania, Sarmatia, Gallia, Germania.

Ia. At tale subiectum non est dabile, in hac natura: & quia  
 Subiectum non est dabile, nec proprietas sua: quod, sic probo.

Pr. Ab obsecro, lavelle, ne quid danno cum meo probes.

Vide Iauel. in

Ia. Impossibile est actu infinitum corpus simpliciter dari. Phyl. pag. 610,  
 Nam corpora naturalia simplicia, ut elementa, sunt ad in- & 162,  
 vicem.

Contraria: & se mutuò alterant & corrumpunt: & id  
 Probatum est alibi. Et quando unum contrarium totaliter  
 Super alterum obtinet, aut dominatur alteri: ex tunc alte-  
 rat

Et corrumpit. ad hoc autem quod non corrumpit, id ipsum  
 prius

Debet proportionatum esse secundum virtutem suam.

Nam virtus infiniti excedit impropotionaliter

Cuiusq; finis virtutem: sicut magnitudinem

Finitam finita etiam excedit impropotionaliter.

Pr. Proh Iupiter, quod secedam, quod fugiam ab his tot ictibus?

Ia. Iam factis his suppositionibus sic formatur mea

Ratio ad conclusionem. Pr. per Deum te oro, lavelle mi,

Concludas oxyus: ne cum ratione tua vitam mihi

Intercludas. Ia. Tace tu. Pr. Satius multò erat, tacere te,

Qui cum danno meo loqueris. Ia. si corpus naturale bū

datur

*Simpliciter actu infinitum, esset aut elementum scilicet,  
Aut elementatum. si elementatum, aut erit ex componenti-  
tibus*

*Simplicibus unum infinitum & alia finita: aut certè ex eis  
Erunt plura infinita non primum: quoniam corrumperet  
Omnia alia simplicia componentia finita, & sic statim  
Destrueretur compositum. Ad hoc quod compositum per-  
maneat,*

*Proportionata esse oportet omnia componentia.*

*Non secundum: quoniam plura infinita corpora non erant  
Simul in hac natura. quoniam unumquodque, tale cum sit  
Infinitum, secundum omnem divisionem (aliter enim  
Non esset infinitum simpliciter) omnem occupat locum,  
Et sic non compatitur extra se aliud infinitum, neq;  
Finite corpus. Nam si extra se compateretur aliud  
Corpus, tunc terminaretur ex ea parte, qua corpus aliud  
Compatetur. & ita ex ea parte esset finitum quippiam:  
Quod implicat contradictionem. Et hoc est ratio philosophi  
Ad destruendum corpus infinitum. Nam nunc sufficit  
Contra trufatorem istum sustinere: quod nullum datur  
Infinitum corpus. Pr. *Va nubi misero, lauelle, quād fētis  
Me duriter: quād misere saucias? nam uno iētu omnes mihi  
Dentes labefecisti. Ia. Es dignus verberibus. Pr. Quare?**

*Ia. quia mihi*

*Dicis, quod ego te verbero, & ego te non tetigi: & dicis,  
quod in*

*Multis locis simul es: quod est impossibile. Pr. *Va mihi iterū.  
Iauel. p. 183. Ex. Aduerte Iauelle, quod hic trueller fortasse argueret,  
lin, 31 &c., potest,**

*Ex multis famosis sermonibus: & prout communiter*

*Tracta-*

Tractabant veteres de loco, & tractabant de loco magis  
 Mathematicè, quām Physicè. Pr. Quid tu cornicaris de loco,  
 Personatc Philosophaster, qui nondum didicisti literas?  
 Fr. At qui tu aliter intendis, quām Scotista & Thomista  
 tenent.

Pr. Pereas cum istis tuis intentionibus, quas perperam  
 Tenes. Fr. Iauelle, proponamus illi unum dubium. Ia. placet.  
 Fr. Heus tu, quia præsumis arguere de loco: queritur, utrū Scœ pag. 38.  
 Locus entitas sit respectiva, vel absoluta quidditas, col. 1.  
 In quantitatris prædicamento, vel ubi reponibilis? ·  
 Quid dicas ad hanc Questionem? Pr. dico tibi, ut male pe-  
 reas

Cum barbaris tuis respectiuis entitatis omnibus.

Ia. Sic nunquam deveniemus ad resolutionem simplicem.

Fr. Quid tu ergo dicas ad hoc intentum Iauelle? Ia. secun-  
 dum viam

Scoti aduerte, quod est duplex locus, ut ad propositū sufficit:  
 Potentialis & diffinitius: qui nihil aliud.

Est, quam potentialitas quadam, qua aliquid formaliter  
 Alicui præsens. Et sic nullibi loquitur Philosophus de loco.

Alius est circumscriptivus, qui non est aliud quiddam, nisi  
 Formalis circumscriptio: & potest dupliciter accipi.

Pr. Ah. obsecro te, mi Iauelle, desinas distinguere.

Nam tot tuis divisionibus, mihi caput diuidis.

Ia. Vno modo fundamentaliter, & sic est nihil aliud,  
 Nisi superficies circumscribens rem locatam: alio mode

Formaliter: & sic actualis est relatio locus:

Vel potius aptitudinibus: existens realiter.

In conscribente locatum superficie. Hac relatio

Appellatur localitas. Pr. hei mihi! quam duriter iterum

Vapulo? totum caput verberibus tuber est: tenebra & oculis.  
Oboriuntur: quod fugiam, aut quem medicum adhibebo tibi  
malis?

Ia. Hens truffator mane: quod fugis? Pr. obsecro, medicum  
ostendas mihi,

In hac urbe habitantem: qui vulneribus meis det remedium,  
Et dentes excusos restituat. Ia. hic unus quidam bonus  
Habitat Chirurgicus. Pr. Chirurgi bac non sanabunt vul-  
nera.

Ia. Habitant & duo medici hic Doctores: Lilius & Philo-  
nius.

Pr. Nihil mihi proderunt medici qui tantum vulnera cor-  
poris

Possunt sanare: aut aegritudinem amouere pharmacis.

Ia. Quinam igitur? Pr. Grammatici & boni Logici. Ia.  
Grammatici vulnera

Tua non curant. Pr. Qualis quidem tu Grammaticus aut  
Logicus es.

Sed mea vulnera longè sunt alia, quam tu reris. Ia. qualia.  
Sunt ergo, aut a quo & ubi data? Pr. a vobis & vestris si-  
milibus,

In omnibus scholis. Ia. fortasse non es unus Realium,  
Sed Nominarium. Pr. Quin imò unus sum Verberalium.  
Fr. Quanam ista nova secta obsecro? Pr. quæ pañim loco-  
rum vapulat.

Nam literas dum doceo, hanc mercedem à discipulis an-  
fero.

Fr. Vbi doces literas? Pr. in omnibus scholis Academicis.

Fr. Es ne unus de Regentia Magister noster? Pr. non sum  
ego.

Fr.

**Fr.** Quare? **Pr.** quia multi verberibus à vobis excusus sum foras

**Longè** indignissime, nullo meo merito. **Fr.** à quibus obsecros?

**Pr.** Nempe à Magistris his Regentie, & cum primis à tua

*Andrea philosophastro physiologo, homine nugacissimo,*

*Maledicentissimo, vanissimo.* Sed quid sto sauciis?

**Quid** cesso pergere ad medicos? Aut cur verba cum his hominibus

Commato: qui tot iactus inferunt mihi, quot verba efferunt.

**Ia.** Retineamus hominem. **Fr.** Quamobrem? **Ia.** ut prius sciamus quis sit, quam binc eat:

**Heus tu.** **Pr.** quid est? **Ia.** dic mihi nomen tuum. **Pr.** mihi nomen est novum.

**Ia.** Novitate Moderni plurimum gaudent: dic quale sit tibi

**Namen?** **Pr.** ego rex Onoctonos, nam Afinos occido, & ab afinis

Vicissim occidor. **Fr.** sine abeat in patibulum ad carnifices suos:

Ego nunc revertor in domum meam, ut rescribam ei, qui studet

**Parisius.** **Ia.** & ego hodie disputabo quodlibetaric.

## ACTVS II. SCENA I.

Priscianus.

**P**ROH Decum, quanunc via infistam? quod remedium Septenari⁹  
    *hui malis* Trochaici,  
Inveniam? nisi enim in medici⁹, qui hic habitant, spes  
refrat mihi,



*Nusquam hodie tutum à verberibus inuenero locum: usq;  
adeo*

*Fœda loquendi barbaries inolevit paſsim in omnibus  
Doctrinarum studijs. Nam temporibus hiſe barbaris  
Solus prop̄e Auicenna, ſolus Mesue in Academij  
Loquitur: at q; uni plus tribuitur Rasi, quām ceteris  
Omnibus. Tacet Galenus: ſilet Hippocrates: Plinius.  
Planè obmutuit: Celsus ſitu perijt: vocem libri,  
Quos ego Cosroiscripsi, Regi Persarum maximo,  
Omnem iamdudum amiferunt: penitus q; ſuppreſſi iacent.  
Quod ſi in tales medicos incida, quales ſunt barbari  
Arabes; quid reſtat mihi, niſi ut porrò ſiam miſer?  
Verū enim vero quia Doctores ſunt: haud dubie hiſ erunt  
Philofophis Magiftris multo doctiores: & ſimul  
Culti oriſ ſermone q; ſdem loquentur elegantiū.  
Ibo adeo: & Deo auſpice conveniam monſtratum Lilium,*

*Sed*

Sed videón aliquem ante ipsum ostium cum vase vitro?

## ACTVS II. SCENA II.

Corydon, Lilius, Priscianus.

**H**olla, boschaho. Li. qui clamat ante ostium? Co. Octonarij  
ubi est Doctor Lilius? Iarabici,

Li. Quid riu? Co. estis vos Doctor Lilius? Pr. nisi  
ego fallor oculus,

Aliquem hac domo egressum video. Li. Quid stas? quid ver-  
ticem scabis?

Ante mordent pediculi, aut pessolata, aut lendes, Rustice?

Co. Vestro consilio opus est mihi. Pr. certè hunc esse cre-  
do Lilium;

Nam rubeū gestat pileum, & barbam mulcet Philosophicā.

Li. Argentum vivum extinctum cum lithargyro & aceto  
& oleo.

Permitteatur, & ungatur caput. Aut corrigia caput  
Corpuq mundetur: & interficiuntur omnes pediculi.

Pr. Hic est profecto Lilius, quantum ex sermone colligo.

Huc concessero, ut in occulto subauscultem loco:

Ne quā in periculum me conīciam fortè voluntarium.

Co. Nullos ego habeo pediculos. Li. quid ergo brachium  
fricas?

Num scabies te vexat? Co. non per Faunum. Li. quid er-  
go vi tibi?

Co. Lotium fero. Li. cuius hominis existit? Co. agroti.  
Li. quod nomen ille habet?

Co. Tam scies, ubi urinam inspicies, quam meū. Li. neu-  
trum scio, dictuum.

Vide Lilium  
Medicinale  
p. 161. lin. 6.  
edit: Lugdu-  
nens. Anno  
1559.

**Co.** Duo iugera longum existit. **Li.** decurta. **Co.** ten-  
tabo, an possem:

Ego Menalcamynthathyrſidamœtacorydonis vocor.

**Pr.** Olim fuere longa nomina Regibus, hodie sunt rusticis.

**Li.** Corydon, porrige mihi lotium. **Co.** quæso inspicite lo-  
tium probè.

**Pr.** Quæ hec illatina rusticitas, aliquæ unum multitudinis.

Numero alloqui? **Li.** Muliebre existit lotium. **Co.** Boz-  
tauset: quis hoc

Tibi indicat? **Li.** qualis nā existit illa mulier egrota: an tua  
Filia? an uxor? an aliqua cognata? **Co.** hoc ex urina  
videris.

**Lili.** p. 12. lin. **Li.** Aliud urina significat. **Co.** quidnam? **Li.** febrim &  
26. quidem brevis

Omnino terminationis: quæ propter nimiam suam.

Subtilitatem prolongari non potest: neq; patitur

Prolixitatem, neq; molestationes accidentium:

Quoniam agitudo hac est cum terribilibus accidentibus.

**Pr.** Malo hercle auspicio in bunc medicum incidi infelix,  
nam nisi mihi

Mature prospexero: mala omnia ingeminabit sat scio.

**Li.** Nónne inflammatio est in toto corpore cū inquietudine?

**Co.** Sanè. **Li.** malitia tolerādi, phrenesis, vigilie instantia?

Vide Phileni **Co.** Sanè. **Li.** aliquādo somnietas est, atq; timorosa somnia.  
um Medicinæ Nigredo eī ariditas lingue, sitis, stupor, ventrū etiam  
p. 16. col. 1. E- Stipticitas, ictericia, sincopis, horripilatio.  
dit, Lug. 1535. **Pr.** Quid hoc? siccine agitur? enim uero scuto aut clypeo o-  
pus est mihi.

Nisi enim sermo sit elegantior & purior, ego impetu  
lambelli, & iam ante saucio corpore minime sustinuero.

**Co.**

**C.** Qui nobis dicit omnia? **L.** urina indicat. sed inter ipsius  
De hoc certiorari volo; an habet etiam ventos? **C.** plurimos.  
Nam, mea domus parietes ventis per vios habet undique.

**L.** Non hoc volo. **C.** quid ergo? **L.** an tu suscit etiam ex imo  
gustures? **C.** supra.

Et infra, Nam acetosae eructationes valde habet.

**P.** Et vos ambo oidas voces; quibus hunc mihi librū ter sifimū.

**C.** Consputui. **L.** an etiam habet sedes? **C.** imo queretas &c. **L.** p. 31. lin. 23.  
faginas.

Nam filius meus est scrinarius; qui sedes plurimas  
Mihi fecit. **L.** non hoc rogo; sed an assellare quoq; solet tua  
Patiens? **C.** Eia etiam sellas domi habemus. **L.** tu nim-  
mum stupidus es:

An fluxus adest ventris; an aliqua stipticitas, & retentio  
Egestionum? **P.** è sterquilino fœdae voces advolant,  
**Q.** Quod optimum erit: capiam hanc Grammaticam, & his  
opponam sordibus.

**C.** Urinam inspice. nam si alia vidisti ex illa, forsitan etiam  
Istud videbis. **L.** nihil ago, dic hoc primum mihi, Corydon.  
Vbi patiens agrotat plurimum? **C.** isthic in domo mea.  
**L.** Aliud respondes, ac ego volo **C.** quid ergo vnu? **L.** quo-  
nam loco

Se pessimè habet? **C.** In lecto. **L.** nihil ait; an non in ca-  
pite est dolor?

**C.** Sanè. **L.** Gravatus? **C.** sanè. **L.** intrinseca, an  
extrinseca passio?

**C.** Vtraz, **L.** nihil dolorosum in tergo? **C.** nihil scio.  
Li. nihil

Vel mordacivum, vel pungitivum? **C.** nihil equidē scio.  
**P.** At ego scio, meam quid pungat Grammaticā, & quid  
mordeat. **L.** An

Et. An nullus alius habuit eam in sua cura. & CO. Chlinitus  
ruryscus  
Noster phlebotomauit. Li. modo non nimis: ut unus Chi-  
rurgicus  
Quendam Magistrum nostrum Phlebotomauit: & inni-  
mia quidem.

Extraxit quantitate in rancu, quod mortuus est: & erat is.  
annorum quadraginta. Pr. hoc exemplū diphtheræ iudico.  
Fuisse inscriptum. Li. sed, Corydon, nemo illi præterea dedit  
Medicinam? CO. Vicini mei uxor cum herbis plurimis bonis.  
Li. Magnū est periculum, cum remediare mulieres volunt.

Philon. p. 95, Et ponam in alia passione tibi exemplum: quod in meo  
vol. 3. lin. 9. Tempore alibi accidit. Vnus quidam mihi notus clibanarius  
kc. Multum in radice molarium patiebatur: cui quæpiam  
Indocita medica, cum multis herbis in vino feruido  
Coctis, aliquam euaporationem fecit, ponendo caput.  
Et faciem super os olle: circumquaq, eum linteamine  
Cooperiendo, & in principio aliquid inueniens remedium  
A medica. sed dictam euaporationem continuans bonus  
Clibanarius, tantum de materia ad collum & guttur fibi  
Fluxit: quod est factus squinticus, & mortuus est postea.  
Pr. Hac verba Carmentam credo suo locutam esse olim filio.  
CO. At hoc faciendo, quod consuluerat mulier, se bene ba-  
buit.

Li. Pro tanto est peius: & exemplis cabotibi in casu quopiam  
Phil. p. ad. col. 1. lin. 38. Quem Collega meus accidisse ait valenti cuiquam  
8c. Magistro in Medicina: qui aliquando habuit ex quodam  
rheumate

Inflationem circa auris radicem cum rubore, cum  
Calore & cum tumore: cui tumori is moeu proprio  
Apponens

Apponens cum modico aceto quassatum oleum rosaceum: q  
Vnus suis. Baccarius dixit: Materia talis à  
Tali loco non est reperienda: cur rursum ipse agit:  
Hoc faciendo frequenter me benè habui. quodam tempore  
Illud continuare volens, materia est repercussa à loco  
Extrinsecò ad intra. et mortuus est squinanticus. qd accidit  
Resolutio, & pro tanto de materia ad subiectas fluit  
Partes, quòd interdum causat squinantiam. Pr. pro Iupi-  
piter!

Scutum propemodum perforatū est mihi: adeò palidus fuit  
Hic impetus. Li. ita sapè indocta deteriorant mulieres,  
Non meliorant. Co. nimium diu de passione disputat;  
Morietur patiens an sequam redeo domum. Li. atq. ante.  
omnia

Lil. p. 13. li. 27

Sciendum est ingenium dietandi. dic ergo, quos cibos  
Hac mulier accipit. Co. eos, quos habet. Li. an valde  
nutribiles,

Et digestiōs, an contrà? Co. ego nescio: quoniam non  
sum cocūs.

Lil. ibid. lin.

Li. Certe hoc primum opus est; quòd regimen accedat &  
decur sibi

19. &amp;c. &amp; li. 4

Cibus iuxta morborum particularium conuenientiam:  
Ut brodum cicerum, brodum parue pulla. Nam ingre-  
fiantia.

Subtilibus competere contra maleficiatos arbitror.

Pr. Et ego mihi elegantiam competere aduersus barbaros  
Opinor. Li. non subtilierur, neq; minoretur cibus.

Et quia adest stipticitas, clysterizetur, & cum electuaris  
Confortetur: Nam valde sunt iuvativa, & habent ibi suum  
Hac fortitudinem: & actualiter & virtualiter iuvant.

PR. Vti-

Pr. Utinam electuarium è Donato nunc de promatur mībū!  
Nam barbara & voces propemodum cor totum exenterant.

Li. Si forte veneris sincopis, ex tunc panis intinctus in aqua

Lil. p. 15. li. 10. Rosarum, aut vino, vel acetositate curri detur sibi.

Pr. At mībi Syrupus è Cicerone si detur, salvus siem.

Li. Hac etiā lardetur & affetur gallina: & patiens eam  
Odoret modicum post modicū. Px. at mīhi flores è Salustio  
Primitur: & prius admoveantur male pertusis naribus,  
Quām animus me deficiat. Li. si somni adfīt nimetas &  
stuſor;

Lil. p. 18. 4. li. 10. Pro tunc trahantur vares & pīli: & digitī fortissimā

Ligaturā dupliciti, stringantur in extremitatibus,  
Sme omni misericordia: & fricentur cum sale, & suet  
Habentur cum porcellis coram facie eius quotidie:

Et cogantur clamare fortiter: & tuba sonent ibi, & (tidēe  
Campana magna, & tympanum, & fera magna: que quo  
Percutiantur cum martello, & vasa aenea terribiles sonos  
Edentia. Pr. prōb Deum, quid opīus est suibūs, quid fera aut  
tubis

Ad excitandos somnolentos? Tua vox, sermo tuus, tua  
Oratio barbara & dura, veternum excutiat lethargico.

Lil. p. 18. li. 26, Nam tu mīhi non verba, sed lapides videris proloqui.

Li. Sūn autem vigilia adfīt, pro tunc capiatur papaveris  
Albifarina: & ovorum distemperetur cum albumine:  
Et applicetur temporibus. nam cum narcoticitate sua  
Domesticus est papaver, ut dicit Aucenna, maximus  
Medicina discussor, & ante alios autor practicabilis.

Aus emplastretur cum rubea trochiscata inter tempora.

Pr. Aut mīhi Cataplasma detur è Terentio: aut Pliniū oleū  
Fronti illuminari, ante quam me factor hic prorsum eneret.

Li. Ca-

Li. Caput purgio in hac aegritudine haud opus est: contra  
sitim

Confert mundare linguā, & os cum canula et manutergys:  
Et abluatur cum melle & aceti paucō, et cum multa aqua:  
Infrigidetur etiam aēr, et humectetur sibi cum aqua.

Et adverendum, quod frigiā aqua potest mirabilissime  
Competere. His te basibus appodia Corydon. nam satis tibi  
Iam fabulaui: modo tu etiam, qua dixi, satis intelligas.

Co. Vix partem unam centesimam. Li. quid ergo narrari  
vitibi?

Co. Surdo narrasti fabulam. Nam quomodo possum iste  
hac omnia

Servare solus? opus est mihi mille capitibus. Li. scribam tibi  
Igitur apropriatas, purgatiuas, solutiua bonas

Aliquot receptas: et curam ordinabo secundum tempora.

Co. At ego, neq; legere literas, neq; scribere possum. Li.  
ergo tibi

Pronanc, si vis, puerum addam, qui potest. Co. Volo maxi-  
mē. Li. prius (bacum,

Pecunia numerā. Co. quantum? Li. pro inspectione unū  
Pro consilio decem, pro scriptura totidem: puer a duos

Co. Scribe itur: ego pecuniam queram interim. Pr.  
prob' Jupiter!

Vt fæde mihi contaminatus est Grammaticus hic liber?

Vt fædatus, ut confusata omnia, ut nihil integrum,

Nihil purum remansit: en participia Nominalia,

Vt Grammatici vocant, quam fœda & barbara, quam lu-  
tulentas sunt?

En, pungitiuus, en illud grauatiuus, squinanticus,

Iuuatiuus, timorofus, dolorofus, nutritibilius,

Extrim-

*Extrinseca, intrinseca. tum substantia hac barbara,  
Grossities somnietas, nimietas, stipicitas, aquositas,  
Recepta, brodium, nartellum : ut spurca, ut modò natavos  
cabula?*

*En evulsum Pronomen tu, tuus, & vos, vester sordidum.*

*En barbaricum suus, ut foedis contaminatum fecibus.*

*En, sibi, quam turpiter confusuratum. Quid hac verba? ut  
faretur male:*

*Odoro, causo, fabulo, remedio, assello & embrocō,  
Emplastro, clysterizo, conforto, minoro, infrigido,  
Subtilo, certioro. Ecce Adverbia prepositionibus  
Fœdata: protanto, intantum, protunc, extunc, pronunc:*

*Item*

*Ad extra, ad intra, defacili, actualiter, virtualiter.*

*Vbi Pliniana & usitata participia nunc vigent?*

*En vibicem Prepositioni, Cum, inflectam plus millies.*

*Li. Cape has scedula, & porta ad Apotecarium: sequere  
puer,*

*Et applica medicinalia. Co. numerata est iam pecunia.*

*Li. Da mihi, & abi, & vide, quod omnia recte iam fiant.*

*Co. co.*

*Pt. Sed ne coniunctio quide permanxit, integrè. en Quod, ut*

*Est sordidatum: ut male pro particula, Vt, posatum? & qua,  
per Deum*

*Immortalem, est orationis pars reliqua, quam barbarus*

*Isthic non desiderauit? sola mihi nunc misero manet*

*Integra interieccio: qua vulnera lamentari queam:*

*Heu me miserum, in quos casus, quam sortem reseruor ego  
miser? (dolor!)*

*Ab, ah, hei mihi, va mihi! quid querar, aut quò fugiam, prole*

*ACTVS*

## ACTVS II. SCENA III,

Lilius, Priscianus, Philonius.

**Q**uis clamor hic est, qui planctus, quæ lamentatio  
miserabilis? Eiusdem ges  
(ris: heris.)

Pr. Ab his ne medicis implores opem fœdis et barba-  
• Quite ad scopulos è tranquillo inferant, et vulne-  
ra innoverant?

Li. Bone Deus! qualis hic vir est? Pr. Dij deaq, pessimis  
Exemplis illū perduint, qui me hodie indignis habuit modis,  
Et librum hunc conspurcauit barbaricæ vocis sermonibus.

Li. Accedam, quid tibi est? quis fecit tibi? Pr. tu: qui me  
verberas:

Et hunc librum meum fœdis sermonibus contaminas.

Li. Egone. Pr. tute ergo. Li. non est verum, quia te non  
antè tetigi,

Neg, te, neg, librum tuum vidi. Pr. Hoc plus me feris, quod  
minus vides.

Li. Tu non es sanus. Pr. fateor, & tu culpa potissimum,  
Qui me innocentem et immerentem pulsasti durissime:  
Et vulnera dedisti innumera. Li. Vulnera? Pr. In crude-  
lissima. (inditad)

Li. Ostende mihi: Pr. non eavides, casim et punctum mihè

Li. Nulla video. Pr. adeon' cœcuses? Li. fine, collegam  
euocabo. age

Philoni, Domine Doctor exite. Pr. ecce autem iterum me feris.

Li. Non est verum. Ph. quis me vocat? Li. hic homo se pla-  
gatum à me ait,

Et ego nunquam illum tetigi: et dicit, quod habet multa  
vulnera,

*Et ego nulla video. Ph. quid ali? Pr. ab obsecro fer opē mihi.  
Et si medicus es, huic, quod patior agerrimè, fac medici-  
nam malo.*

*Ph. Quid est tibi? Pr. animo meo male est: toto corpore  
sum saucius,*

*Et vulneratus undiqz. Ph. Vulneratus? ubinam? Pr. non  
vides?*

*Ph. Non, per Iovem. Pr. at ecce hoc atrox vulnus in fron-  
tispicio SVVS,*

*Pro cùa, non conspicis? Ph. nihil. Pr. quid hoc? SIBI, pro  
ei, non vides? (cranium?)*

*Ph. Nihil. Pr. quid tu viden' verbo EXISTO fractum*

*Li. Nihil. Pr. at hoc ulcus in humero, QVOD pro ut vi-  
den? Li. prorsum nihil. (fluam?)*

*Pr. Sed hanc uibicem in capite, CVM præpositionem super-*

*Ph. Si dicendum hic sit, credo quod patitur melancholiā  
hic homo.*

*Nam signa paſſionis huius habet multa. Li. equidē: sed sine,*

*Volumus videre, an signa manifestò detecta sint. Ph. placet.*

*Li. An uniuersalia sint quedam, an particularia. Ph. per-  
placet.*

*Li. Audi tu: an non videtur tibi, quod in ſomno uides nigros*

*Monachos, & demones, aut fures ſuſpenſos, aut mortuos:*

*Et cum hoc habes phantasma diuersa & terribilia. Pr.  
non. Sed hic*

*Video mihi duos occurſare carnifices, qui me male*

*Crucient. Li. audis, quid dicit? Ph. habet melancholiā  
bona fide.*

*Li. An nō uidetur tibi, quod es Gallus, et ita moues brachia?*

*Pr. Non bercle, ſed tu mibi videre eſſe Cuculus: qui male  
Et in-*

Et ineptè multa garrias. Li. an non riederis tibi uitrum  
 Quid frangereris si te tangerem? Pr. quid ultra frangeres?  
 Qui crura, qui pedes, qui brachia, qui manus mihi fregeris?  
 Li. Futura mania sunt hec signa, cū aliquis imaginatur, aut  
 Cogitat ea, quæ non debet cogitare. Pr. Vah, quid cogitem?  
 Quid imaginer: qui tot plagas, tot abs te accepi vulnera?  
 Ph. Atrabilarius est. Nam ego nulla video vulnera. Pr.  
 non uides?

At ecce, quæ mihi inflixerit hic, ante quam tu huc accesseris:  
 Pronunc, exturic, paſſio pro morbo: cura pro curatio:  
 Ad extra, adintra, defacili, locus extrinsecus, intrinsecus,  
 Squinanticus, timorofus, clysteria, caput purgia,  
 Squinantia, nihil conspicis: non excussum mihi cerebrum  
 Cum martello tuo? non cernis hanc vibicem turgidam  
 Inflictam hac præpositione CVM? quam occœcatus es?  
 Enfaniem verborum è meis vulneribus profluentium:  
 Appodiare, assellare, remediare, appropriari: viden  
 Istud tuum prolongare, dietari. quid quoſo stupeſ?  
 En pectus mihi transſoſſum verbo cauſo procauſor? quid Lil. p. 204.  
 fremuſ?

lin. 28, &c.

Li. Philoni, iam signa manifesta sunt mihi: quando dicitur  
 Cum ore, quod in corde concepit: & ita loquitur, quod initio  
 Habet stoliditatem infantilem: & profert ita uerba fatua:  
 Quæ nō habet cauſa, negat caput: nec prosequitur uerba, nec  
 Reddit rationem de eis: modo superius aberrando, modo  
 Inferius: sicut Cucubuth facit: quod vadit super aquas  
 Fontium, & habet prælongas tibias: & quando ire incipit  
 Aduersus unam partem, antequam motus sit perfectus statim  
 Incipit alterum: & ita de secundo, & ita de omnibus. Ph.  
 Euge! elegans

T D

*Similitudo, melior dari non possit: sed vide obsecro  
Mi Domine Doctor, signa melancholie ostendunt plurima:  
Superflua cogitatio, et assiduatio solicitudinis,  
Profundatio oculorum. Li. & somnietas. Ph. et tene-  
brofitas*

(fitas.

*Cutis. Li. ructuum acetositas. Ph. & ventris quoq; aquo-  
Pr. Et sermonis vestri nimis illatina fatuitas. Li. sine  
Quaso, curam aggredi volumus. Nam Aviceanna noster pra-  
cipit,*

*Quod in agritudine hac debemus prævenire ab initio:  
Quia agritudo confirmata est difficilis cura. Ph. modo  
Iste melancholicus admittat curam. Li. rogabimus. an cupi-  
sanari? Pr. nihil est, quod malum. Ph. etiam purgari?  
Pr. volo maxime:*

*Nam sanie concreta est facies: caput fied & vocabulis  
Conspurcatum est. Ph. videtur, quod stomachus partici-  
pat in mala*

*Phil. p. 27. fac.  
3. col. 1. lin. 43. Malignitate: prouocetur cum vomitiu*s* (sicut est  
Ellebori virtus) vomitus sibi. Pr. nihil opus elleboro est mihi.  
Nam quotiens barbaras tuas voces deglutio, nausea.  
Vomitum excitat. Li. huic homini non satis in cura erunt  
duo iugera*

*Ellebori. Pr. tibi opus ellebore est, qui recte sapientem vocas  
Melancholicum. Li. Atqui talis es per Phæbum & Aescu-  
lapium.*

*Pr. Ab me miserum, quod nunc me uertam; aut quem me-  
dicum queram? Ph. age. Li. quid est?*

*Ph. Cornemusæ instrumentum percutiamus, ut fiat hilariu.  
Li. Imò, prius erit phlebotomandus de mediana. Ph. Ego  
arguo*

*Quod*

Quod non. Li. quare? Ph. quia viſus eſt maniacus, qui  
ſolummodo

Philon. p. 256  
col. 2. lin. 23.

Vana loquebatur, & flebotomatus per indectum, statim

Insaniuit, & in tantum factus eſt rabiosus, quod eum

Ligari oportuit: et noluit aliquid per os inſumere,

Neg, cibale, neq, medicinale: et finaliter eſt mortuus.

Li. Num ergo diatandum erit prius? Ph. cenſeo. ſed prius  
interroga,

Qualem habeat nunc dietam. Li. quale bibis vinum: gros-  
ſum an tenueris?

Pr. Meram barbariem auribus imbibo. Li. ſine tangam  
pulſum. Ph. non erit

(dit)

Conducibile, ut prop̄e accedas. Aduerte ad casum, qui acci- Gatinar. p. 208

Matthæo Gradi, qui cum unum visitaret atrabiliarium

col. 2. li. 12. &c.

Per cameram deambulantem: & cum eſſet ipſe in pontili,  
ſibi.

Exiuit obuiam: et oſtendens eum amplecti, complexus eſt:

Et voluit eum proiecere extra pontile, ut ait Gatinarias

Vltra Ticinū

Medicus quondam probatissimus, Almansorius in Academia

non transibit.

Ticinenſi nouum exponens, veluti Tully eloquentia.

iste latinum.

Pr. Heu me miferum, qua iſta eſt verborum crassities?  
qua barbara

Vocum ſartago? nam hi mihi non Latina. ſed Oſca proloqui

Videntur. Li. ecce ſolus ſecum loquitur. Ph. quid ſi ſang- uinem

Philon. p. 29.  
col. 3. lin. 6.

Enare provocemus cum ſetone? nam curabam ego

Vnum, qui continuo ridebat: et feci ipſum flebotomarier:

Et post euenit ſibi fluxus ſanguinis: et e naribus quaſi librā

Emiſit unam: & gratia Dei bene curatus fuit.

Pr. Malè pereas cuſ flebotoma tua. Ph. Et dicit Auicenna,  
quod

Bonum est, quod semel in mense euacuentur cū hiera picra:  
Et cum fortis medicina, et semel in septimana cum leui.  
Et in hoc concordant Auicenna, Serapio et Haly. Li. valet  
quidem (lam,

*Ibid. lin. 33.*

Medicina vestra, ubi melancholia est propter materiam ma-  
Existentem in cerebro. sed si quid prouenit totius à  
Communitate corporis. Pr. mihi certè totum est saucium.  
Ph. Protunc stude in melancholicæ complexionis sedula  
Rectificatione, & in euacuatione melancholia: oculum  
Semper habendo ad cor & cerebrum. Pr. Dū superi, dū cœ-  
lites!

Quid hoc malum est? haccine ego causa medicos fugi barbaros:  
Ut hic essent, qui me in Academia regali occiderent?  
An non hoc est Charybdi vitata Scyllā incidere? Ph. graue  
Paroxysmum patitur. Pr. ab me miserum, & quando huins

*Gatinar. p. 20.*

*lin. 16. col. 2.*

Optatus finis occurret? Li. Philoni nouisti, quod vi  
Melancholici secundum uarietatem fantasiarum, opus  
Habent uaria medicorum industria in cura, quandoq; enim  
Oportet verberare eos, & eis minari. Pr. Id iam ante à  
Facitis. Li. quandoq; eos applaudere, & confirmare insuper  
Opiniones illorum: & ea dicere, que dicunt: velut  
Magistro Marliano contigit: qui cum esset proxime  
Mediolani, quidam melancholicus ranas se habere in corpore  
Existimabat, & medici aiebant, non esse verum. Ita  
Nondum ipse voluit liberari, neq; eis obedire voluit.  
Vnde vocatus Marlianus, postquam interrogasset cum quid  
Haberet: respondit se habere ranas in suo corpore.  
Et ipse dixit, verum dicis: & scio te in corpore  
Multas habere ranas, sed si obedies mihi, extraham

Eas

Eas, & multum congaudens curare assenserat:  
 Et Marlianus cum purgare eum intenderet astantibus  
 Precepit: ut cum ostenderent egestiones, ponerent  
 Ranas viuas in vase, ut ipse videret: & factum fuit  
 Et sic bono cum regimine liberatus est. Censeo  
 Idem pronunc faciendum nobis: & ne falsa verbera  
 Imaginetur sibi, veris deuerberandum eum iictibus.

Pr. Fugiam hinc quantum possum, ne gemino vapule modo.  
 Erit, ubi vos ulciscar: nam nunc huius illico ad loci  
 Pratorem & caudicos vos deferam: scribam vobis dicam:  
 Capitis reos agam. Ph. non suadeo tibi, ut ad illos eas:  
 Nisi vis, quod ibi flagelletur cum verberibus culus tuus: Phil. 4. col. 2.  
 Et mox ponaris in fundo turris, cum pane & modica aqua: lin. 10.  
 Donec ueniam ab insania tua petas. Pr. fugiam ocyus,  
 Ne prorsum occidat. Nam in carnifices incidere praefat  
 mihi

Quam in medicos istos, quo quis Arabe barbariores barba.  
 Ph. Vnde est melancholicus iste homo Lili? Li. ego nescio  
 bona fide,

Vnde est. nam prius eum nunquam vidi. Ph. sine ire, quod  
 ei placet:

Inueniet curatorem. ego redibo intrè ad patientes meos.  
 Li. Quales habetis patientes pronunc in cura? Ph. unū senē  
 Legistam, & unum phlegmaticū magistrum nostrū: similitr  
 Vnum cornutū baccalaureū. Li. sed quale morbum habent?  
 Ph. Legista habet capitis vertiginē: quam Scotomia uocant:  
 Magister noster habet lethargiam, ut uocas tu in Lilio.  
 Li. Recte. dicitur enim à lethe, obliuio & targos quod est  
 Morbus: sicut Scotomia à scotos, id est uidere dicitur,  
 Et mia, id est, musca: quia sit muscarum quedam visio.

Vcrūm habeo & ego pronunc patientes in cura. Ph. quales? Li. duos

Aegrotos aulicos. Ph. quam passionem habent? Li. quam? colicam

Et Hydropisin: quos causauit morbos intemperantia.

Sed properandū est, priusquam colicus ex pūctura clamitet.

Ph. Et mihi eundū, priusquam Legistā vertigo circumagat.

## ACTVS III. SCENA I.

Neuisanus, Corydon.



**Q**uid tu Corydon habes agere in hac sylua: ubi nulla ligna sunt?

**C.** Ab mi Domine Doctor, queso nihil habeatis mihi pro malo:

**Quòd**

Octonarij  
Vide syluam  
nuptiale Ne-

Quod in hanc syluam ad vos venio. Ne. omnino nihil: dic uisani Lugdu-  
mihī modō, quid cupis?

Co. Audiui, quod magnam vos experientiam habetis in locis <sup>1556 p.59.l.15.</sup>  
Sylvestribus: unde sienda sunt sagittæ, duriq; baculi. <sup>p.173.lin.1.p.</sup>

Ne. Quales sagittæ, aut quales baculi? Co. pro bacu- <sup>360.l.25.p.56.</sup>  
lando mulieres <sup>1.19.p.28.l.4.</sup>

Et Clericos, & plebanos. Ne. quos nglm? Co. quibus vi-  
ta laicorum

Est passio, mors consolatio. Ne. quibus ait? Co. qui <sup>p.311.lin.16.</sup>

Sunt multum in colloquio uxoris meae: et iam si nihil habent

Cum ea agere. Ne. dic illos. Co. est hic unus plebanus,  
qui mihi

Adulterat uxorem. Ne. quomodo vocatur? Co. Quid-  
libetarius

Nequam. Ne. maritus non debet suspectiosus esse: ita

Vi sunt Itali, qui mulieres pro thesauris custodiunt.

<sup>p.303.lin.27.</sup>

<sup>p.302, lin.30</sup>

Co. Qui non volunt esse in suspicione, hi non debent dare  
Occasionem ad suspicandum: sicut mea fecit modō.

Ne. Quid fecit? Co. infirmam se finxit, & ego iui quan-  
tocys

Ad unum medicum aromatarium siue herbolarium,

Et attuli sibi lotium: pro tunc vocauit Clericum

Ad se mea uxor: et ab eo deosculata est, et statim

Sanata. Ne. ibi uide & cogita, si ita est, et quisnam viderit.

Co. Ancilla, que notificauit mihi. Ne. or vide an illud.  
fecerit,

Dando benedictionem. nam potest presumi Clericus,

<sup>Alexan.4.vo-</sup>

Quod faciat ex zelo pietatis, ut Alexander limitat.

<sup>lum.conf.117.</sup>

Co. At tali caritate libera nos Domine. Ne. cur. Co.  
quia <sup>col.3.ver.&</sup>  
<sup>propterea.</sup>

*Ex hoc non præsumuntur dicere Pater noster. Ne. est benè  
Verum, sed tales non præsumuntur plebani & Clerici  
Tam incontinentes osculatores vestiarum mulierum.*

*Co. Deus meus, hoc nō est verum, qui ipsi uxoribus carent;  
Et sunt luxuriosi. Ne. istuc dicit Papiensis Practicus,  
Qui more laicorum contra clericos paſsim inuehit:  
Et facit unam artem de lasciuio obloquendi clericis.  
Cuius dicta recitare pudet: licet per hoc tanquam merus  
Relator reprobandi non possem. Co. sunt alij etiam viri:  
Qui longam linguam habent contra omnes Clericos. Ne.  
male faciunt.*

*Co. Quare? Ne. quia Dantes post mortem damnatus fuit  
quasi de hereſi:*

*Quia ſic teneret contra Ecclesiā: refert Bartholus. Co. age,  
Cum pauci inueniantur sine uitio carnis, nonne melius.  
Effet, quod nuberent, quam scandalifare de lasciuia?  
Ne. Benē fateor: sed quia cultrix iustitiae ecclesia nō potest  
Errare: Practicus melius fecisset defendere Papam*

*Ab his, qui dicunt eum facere hoc, ut inpinguet suam curiā.  
Vnde his attentis, forte non inconueniens fuerit, ita  
Dicere: quod lingua transiens super terram, non debet os  
In cœlum ponere; dicit Baldus. Co. hoc est derisorie  
Dictum. Ne. Or aduerte, cum ſunt scandalosi quidā Clerici,  
Si ſit etiam iſte Quodlibetarius: ne fiat clerico  
Iniuria. Co. ſi non meam uxorem adulterauit, certe eam  
Cucurbitauit. Ne. unde hoc ſcis? Co. qui a mentionatus  
clericus*

*Sapè ante personaliter cum ea loqui repertus eſt.*

*Ne. Scis autem, quid ſibi dixit? Co. ego poſſum admotum  
labiorū eos*

*Intellis.*

p.69.lin.27.

p.7.lin.16.

p.69.lin.29.

p.71.li.306

Bald. in li. re-  
ſcripta. C. de  
prec. imperat.  
offerend.

p.281.lin.1.

pag 59.

**I**ntelligere. Ne. Extunc tu similis esse potes Doctori Nelo  
De Gabrielibus, quem Bartolus refert & Baueria  
Resumit. Co. ita sum. Ne. Or iterum cogita, si uxor tua  
est nocens.

**C**o. Ego non dubito de hoc. Ne. at ego. **C**o. cur? Ne.  
quia rusticanae simplices

**S**unt, & habitu incedunt vili, non ut madonnae nobiles  
Aut Cortisane Venetæ. **C**o. nihil refert: nam Celestina itē  
Cum mantello incedebat beguinarum & longa filzia p. 309. lin. 15.  
Pater nostrorum. Ne. sed tua mihi videtur esse antiquior.

**C**o. quid tum? Ne. quia antiquæ minus ad uenerem ascen-  
duntur fœmina. p. 69. lin. 15.

**C**o. Vetus corium multò maior i indiget adipē: & capra  
iuvenis

Comedit sal, antiqua vorat sal & sacculum. Ne. at defor-  
mis est.

**C**o. Quid tum? Ne. quia macellariorum tabulis similes  
sunt ita

Deformes, ut tua est: qua nocte atq; die sine custodia,  
Et absq; ablationis ullius periculo, in suis

Plateis remanent: dicit Bustus in suo Rosario.

Et clericū querunt meliorem panem, quam triticeus est.

**C**o. Etiam miles frequentius curtaldum equitat, quam  
sonipedem, (Corydon,

Et noctū sunt omnes vaccae nigrae. Ne. Or iterum adverte

Ne tu sis in culpa, quod querat alium. quia si mulier

Satis non sit de vestibus & carnibus, cornibus ulciscitur,

Et adibit alium, qui format in una calida, ut aiunt, duos

Clauos. **C**o. haec verba habent aliquam secretatam intelli-  
gentiam.

Ne. Ha-

**Ne.** Habent. Nam aliqualiter excusantur, si exercente peculium

**Suum.** **Co.** benè fateor. sed ego adimplevi omnia mihi incumbentia,

p. 347. li. 9. Et taliter, quod nihil adscribi mihi potest, et si voluerit esse meretrix. **Ne.** quid si ambo iurent per suam conscientiam?

**Co.** An clericorum conscientia, à disputationibus

Medicorum, à cetera notariorum, ab audentibus

Duas missas omni manè, à iurante per fidem meam,  
Per conscientiam meam, tu libera me Domine, Amen.

**Ne.** Est una pulcra precula. **Co.** sic oro ferè quotidie.

**Ne.** Mi Corydon, queso te, vide, aduerte, atq; cogita amplius,

*Si sit melius tacere aliquo tempore, quam sic famam tuam  
In alterius manu ponere. Nam sèpè melius est, benè*

*Tractare talem uxore: prout medici faciunt, quando vident  
Non posse curari sine magno persona periculo.*

*Quia protunc curant sustentari naturam: ne latius  
Procedat agritudo: donec natura seipsam adiuuat.*

**Co.** Quid? vultin' quod Parisius ducar ab uxore mea adultera,

Per vicos super asinum retrogradus? **Ne.** nequaquam: sed censeo

*In istis delictis carnalibus esse agendum mitius:*

*Quoniam mulier propter suam imbecillitatem faciliter*

*Potest corrumpi: & de facili per drogas hominis decipi.*

**Co.** Aliam ego inueni medicinam. Nam ut primùm ad notitiam meam

Res devenit, statim improperavi uxori: et baculaui in super.  
Sed

Sed vapulata ad sanguinem, nihil fateri ipsa voluit.

Et dixi sibi: si te magis cum eo video stare aut loqui,

Tum Diabolus te & clericum mecum permerdabit. Ne.  
nimis

Incogit anter. Co. quare? Ne. quia si uxor cognouit te de

Aduertere, peccabit licentius. Co. retinebo illam domi. p. 937 l. 15.

Ne. Catenatam tenere vix poteris: nisi facias eam

Gestare ferreum braccherium, ut uidi fieri Venetüs.

Co. Ne sitis de hac re curiosus: sed consilium mihi date:

Quomodo nunc ulcisci ar plebanum. Nam postquam mulier  
mea

Reportauit verbera, pronunc nihil magis expeto, nihil

Opto amplius, nisi ulcisci nebulonem Quodlibetarium.

Ne. Hac igitur practica utere: cogi tuam uxorem, unam  
boram dare

p. 956 lin. 18.

Adultero, quem habes suspectum, ut veniat: et tu conuoca

Affines cum baculis pro eum baculando. Co. imo occiden-  
do eum.

Nam consultius est occidere, quam verberare Clericum.

Ne. Hic ponā tibi aliquot aduentias. Primum facias ei  
Denuntiationem aut protestationem per aliquem

Nuntium: ut abstineat clericus ab uxore tua, & domo tua;

Deinde facias scribi per unum publicum notarium

Denuntiationem, et ab eodem in scriptis poni roges,

Et in fine facias tres testes subscribi: et denunciet

Notarius loquendo: prout debemus stare in terminis;

Co. Ego sum laicus, qui non potest statuere super his casibus.

Ne. Ecce hūc accedit commode Barberius cū sua Practica,

Et aureo Viatorio Iuris, ubi libelli insunt quam plurimi..

Hunc consulas: hic te iuuabit optimè. Co. nisi me oculi

Fallunt

Fallunt, dicit aliquem secum. Ne. agè paulum hic eum  
expectabimus.

## ACTVS III. SCENA II.

Barberius, Priscianus, Neuisanus, Corydon.

uldem ge-  
ris.

ge passim  
rb. in Via-  
io Iuris.

**D**icis mihi Onoctone, quod Philonius atq; Lilius modò  
In tantū vulnera tua non sanauerunt, quòd insuper  
Te colaphizārunt. Pr. admodum. Ba. & realibus  
ac verbalibus

Iniurijs affecerunt. Pr. Vae mihi! Ba. tum pluribus insuper  
Percussionibus cum maxima cruentis sanguinis  
Effusione percusserunt cum gladijs? Pr. hei mihi! Ba. ita  
quòd mala

Et ictus etiamnum senti? Pr. Videlicet, cùm te audio.  
Nam ad quodlibet verbū tuū mibi omnia propemodū mala.  
Recrudescunt subito. Ba. & dixisti, quòd præsumis male-  
volos

Percussores accusare apud hunc præsidem: quòd pro suis  
Percussionibus nunc puniantur? Pr. ah me miserū! Ba. et es.  
Acturus criminaliter? Pr. imò lamentabiliter. Ba. age  
Libellum iniuriarum, quem super hoc casu in scriptis tibi  
Formauī, nunc legam. Pr. obsecro te Barberi, ne mihi legas.  
Ba. Quamobrem? Pr. quia metuo, ne me prorsum eneces.

Ba. quomodo? Pr. quia

Tu non scripsisti, ut iussi. Ba. imò iuxta Practicabilem &  
Modernum curiae stylum: qui vult nos stare in terminis.  
Pr. Omitte me. Ba. quæso audias saltem. Pr. non audid  
hercule.

Nem walo ego ius meum amittere, quam maiorem à te  
perpetui

Iniuriam

Iniuriam Ba. quam obsecro iniuriam? Pr. vah! quid me interrogas?

Quando tu me non minus indignè tractas, quā medici Philiōnius

Et Lilius? Ba. nequaquam. Pr. at ecce vibices & vulnera,  
Qua tu mihi modò inflixisti. Ba. hoc falso sum est: quia te non attigi. (es.)

Pr. Fateor, prout attingere me debuisses. Ba. tu truffator Ne. Eamus obuiam. Co. sequor. Ba. sed ecce Neuifas num obuiam:

Apud hunc oportebit te dicere, si te verberauerim.

Pr. Certè si vir bonus est, & veritatis amans, testabitur

Id, quod dico, esse vero verius. Ba. tute videbis. Pr. utinam.

Pr. Habet timoratam ille conscientiam: & veritatē amat.

Nam conscientiam qui non habet, bonus haud dici potest:

Nevil. p. 561.

Prout nec ille frater, si quis habet Diabolum sub capa.

lin. 20.

Ne. Benē ueniat, qui lux mundi cognominatus est: tuba

Mandag. ch.

Iuris Canonici, doctor super omnes consummatissimus,

4. col. L.

Et optimus Legista, cum aurea sua ista Practica:

Cuius lecturam apostillant moderni. Ba. bene sit etiam ei,

Qui mens est legam, & vas electionis, qui totidem citat

Autoritates doctorum, quot verba ponit: & inter hos

Omnis glossatores obtinuit principatum. Ne. ô nobilis

Et verè nobilis advocate: Cuius nobilitas bona

Circa caput est. Nam aliorum declinat propemodum ad

caudam: uti

Nevil. p. 568

Ille aiebat. Ba. salvus sit Doctor, qui bona adducit loca,

Et experientiam habet totius practicæ. Pr. iam mihi caput,

Mihi os, mihi mala trepidant, nam video et mihi videre alicum:

Qui

*Qui pugnum sex librarum stringat, quem nunc illicet mihi  
In buccam impingat. Ne. qualem habetis hic in comiti-  
ua virum?*

*Ba. Onoctonus vocatur, sicut mihi modò indicauit, et  
Habet causam aduersus medicos : à quibus ait non rectè,  
& ut*

*Natura morbi ac vulnerum requisiuit, sanatum: adhuc  
Ab illis verberatum iniuriosè et appensatè. Ne. age,*

*Nevis p. 675. li. 370. Dic hoc mihi primum, si causa hac coram ordinario  
Iam ad ius apunctuata sit. Ba. nondum: sed nunc libellū eis  
Benè circumstantionatum, iuxta parlamenti stylum*

*Feci: & volui ipsi legere: sed non vult audire, dum lego.*

*Ne. Quare? Pr. Quia uitiosè scriptus est. Ba. rogo vos  
clarissime*

*Doctor Neuisane, inspicite saltem, si bonus tenor  
Sit. nam debitè peritia excusat, deponens iuxta suum  
Ingenium, informatum ex rebus aliqualiter apparentibus.  
Cum discursu mentis. Ne. igitur auscultate: ego legam.*

*Pr. ve mihi.*

*Vide Barb. in Viator. Iuris, tract. de iudic. p. 518. edit: Co lon: An. 1576. Ne. Corā vobis Clarissimo; magno & potenti viro agit, et*

*Dicit, ponit & afferit: & citra onus quoduis superflua*

*Neq, necessariae probationis, quatenus est opus,*

*Intendit iustificare Lilium & Philonium,*

*Duos medicos, Onoctonus actor, quod prælibati Rei*

*Prædictū Onoctionum, male verberatū ab usinī philosophis,  
Et sauciatum non rectè curauerunt: & insuper*

*In publico loco apud Templum Sophia, praterito tertio*

*Die Ianuarij, in comitiua multorum hominum: ubi Ono-  
ctonus*

*Pacifice seretinebat, nec cuiquam dabant injuriam,*

*Super-*

Superuenerunt ambo præfati Rei, Philonius  
 Et Lilius: et prædictum actorem per rixosas plurimas,  
 Iniurias q̄, allocutiones verbis pessimis  
 Iniuriarunt in tantum: quod & bonorum nominis,  
 Et fama ipsius actoris, quedam denigratoria  
 Et infamatoria dixerunt. Pr. hominum fidē? quale hoc chaos  
 Verborum? quod sermonis lenocinium? Ba. quam tu mi-  
 bi facis

Guerram? tace: aut os tibi claudam. Ne. finite me legere.  
 Ba. pergit.

Ne. Neg, isti verbalibus iniurias tunc contenti Rei,  
 Etiam ad iniurias facti venere: & in ipsius Onoctoni  
 Personam irruerunt: & prælibatum actorem cum pluribus  
 Buffis percussere in faciem: & contusiones insuper  
 Dedere, & alias iniurias permultas fecerunt sibi.  
 Pr. Va mihi! Ba. tace. Pr. heu, heu! accipiunda est &  
 missit anda iniuria.

Ne. Quas sane omnes iniurias præfatus actor illid  
 Et mox in continentia ad animum reuocauit: & iterū vocat.  
 Nolens tales, & tam atroces iniurias, illatas sibi  
 Fuisse, pro summa mille librarum auri pueri. Pr. va tibi,  
 Qui contumelias mihi illatas auro estimas. Ba. tace.  
 Ne. Quin imò malit tantum perdidisse, quām has iniurias  
 Prædictas sustinuisse, vel passus fuisse. ad quam quidem  
 Taxitionem dictas has iniurias existimat. (quibus

Pr. Proh Iuppiter, qua fronte hac ansus es inserere: de  
 Ne somnians quidem unquam cogitavi! Ne. Si mihi obloqui  
 Sic vultis, desistam legere. Ba. quin tu concludis os tuum?  
 Pr. Occluderē lubens, si aut vos muti aut ego surdus essem.

Ba. age.

Z

Face. nam superiori præsenti raceat inferior: interim  
 Vos pergit. Ne. quare ex his & alijs ex iure resultantibus,  
 Præfatus actor agit contra prælibatos duos reos:  
 Et petit an. vos condemnari iuris vijs & remedij:  
 Et alias sibi ius & iustitiam fieri vult: in omnibus  
 Vestrum benignum quod, quale & quantum officium vobis  
 decet,

*Etiam loco actionis, si fuerit opus, implorando.* Ba. age,  
*Quid amplius requiritis in tenore huius libelli?* Ne. ego

**Nevil. p. 470.** Nihil desidero: quoniam eleganter informatus est.

**Id. p. 459,**

Pr. Imò faciliter, inepte, barbarè. Ba. quis hoc tibi dicerei?  
*Qui nihil unquam gustasti de brodio iuris.* Ne. fortassis hic  
*Aliquantisper stetit in studio iuri.* Ba. non, per treugā meā  
*Sed unus asinus plumbeus est, differratus: qui curiam*  
*Intelligit, in quantum mula.* Pr. οὐδὲ σχετλιάζειν τρέπεται  
*υαέθνς.*

Ba. Hæc Graica sunt, non possunt legi. Ne. or vide, mi  
 Onoctone,

*Ne quid temerè arguas: quia nos loquimur intelligentibus*  
*Leges, non hominibus grossi capitibus: qui non intelligunt*  
*Subtilia.* Ba. incapaces aures non capiunt, que de apicibus

**Nevil. p. 47.**

**n. 11.** *Iuris sunt: quia de Speculatiis & subtilibus asiniis*  
*Non gustat.* Pr. ab me miserum, quam malo fato in vos  
 incidi!

Ne. Quid vociferat? Pr. hei mihi, trucidor infelix. Ne.  
 quid brachia

**Iaf. 141.** Cons. Iactitat? Ba. exemplum valde conforme actus & gestis senis  
 circa prim. *Huius truelleri Iason ponit de eo, qui brachia*  
**num. 7. vo.** *Hinc inde iactat: & facit clamores in vico, in domo,*  
**num. 4;** *Et in plateis, & in ecclesia: & passim vadit ululans,*

Et

*Ex proiect lapides contra primum obuiantem, qui nihil  
Eis fecit. Pr. prob Deum quò aufugiam? Ba. quò, nisi in  
unum patibulum?*

*Pr. Ibi sum quidē, quando te audio loqui de iure & iustitia,  
Afinum de cithara: Itaq, malo fugere, quām ius adspicere tuū.  
Ne. Fortasse cogitat de compositione & concordia.*

Neui. p. 503.

*Quia non necessitat̄ litigare: & ideo ius suum*

*Vult indiscretum dimittere: ne presumatur tanquam homo*

*Calumniosus. Ba. imò dicit, quòd ego non minus malei.*

*Se tractarim, quām medici. Ne. or cogita, ne te accuset itidē.*

*Ba. In quantum fatuus est, ad accusandū inadmissibilis est.*

*Pr. Sed tu ad me verberandum admissibilissimus. Ne. sine  
ampliem:*

*Onoctone, possumus ne regulariter negocium*

*Tuum transfigere? Pr. etiam, secundum regulas artis meae.*

*Ne. In propria causa nemo potest esse index. Pr. scilicet.*

*Ne. Facite compromissum. Pr. ab obsecro, fac tu me mis-  
sum, qui quis es.*

*Ne. Istuc facio. Nam nihil habeo tecum agere. Pr. Imò  
plus quām volo.*

*Nam verberando me nimium agis: vapulando ego nimium*

*Patior. Ba. Audis, quid dicit hic stultus? Pr. Prob flagitia  
hominum,*

*Ex quid pudet vos saucium senem ferire fustibus*

*Et vulnera infligere? Ne. vulnera? Pr. videlicet. Ne. ubi  
ea sunt? mihi*

*Ostende. Pr. en vibices, en plagas: en cruento per genas*

*Manantem. Ne. heus Corydon? Co. quid vultis h̄ & x̄ x̄  
Doctor? Ne. vidēsne vulnera (nihil.*

*aut sanguinem e vulneribus profluentem in hac facie? Co.*

Pr. Me miserum, quid rūdis & illiteratus videat Rusticus?  
 Quandoquidem doctiores nō animadvertisunt mea vulnera?  
 Ne. Quid opus est eruditione aut arte, in fluxu sanguinis  
 Aut vulneribus tuis cognoscendis? Pr. certè hoc artis opus  
 est.

Nam vulnera mea non oculis, sed solerti mentis acie  
 L. i. p. apud. & Dignosci solummodo possunt. Ne. hic homo deridenda lo-  
 l. 4. ff. de cedi- quitur,

lit. edict. More insanorum, ut ait legista. Ba. Certè aliqualis est  
 Presumptio, quod homo est tali accidente perculsus: quia  
 Si quis derisoria verba loquitur, fatius presumitur,  
 Ead. leg. 4. Ut marginalis glossa notat. Co. at mihi videtur, quopiam  
 Alio accidente correptus. Ne. qualinam mi Corydon, cedo?  
 Co. Defectuositate cerebri: & herbolarius in malo

Neuif. p. 512. Cognoscendo errauit, ut in agitudine uxoris meæ.

Ne. Videtur, quod verum est, loqui Corydon, nam nostro  
 tempore

Mediolanensi tot medici errarunt, adhibendo remedia  
 Ad hydropis in unius mulieris, que tamen prægnans erat:  
 Et alibi cuidam principi, qui erat spleneticus, prout  
 Compertum est ex inspectione cacaueris: & medici tamen  
 Credebant hydropticum: & Galenus ad Iliacam de colica  
 Errauit. Ba. idem in hoc accidisse Onocthono iurauerim.

Ne. Noui ego Doctorem nescientem ibi Latinè loqui: &  
 tamen

Plures & varios curasse, à peritis medicis antea &  
 Sacerdotibus in urbe derelictos. Pr. atqui à talibus  
 Latinitatis ignarus propemodum sum occisus hodie.

Ne. Et ipsis soli urinæ plures portabantur, quam tribus  
 Ex medicis doctis, quanquam ipse imperiti more, in omnibus  
 Morbis

Morbis eandem purgationem indistinctè patientibus  
Praberet. Ba. audiui & ego quendam medicum aroma-  
tarium,

Qui dicebat, quòd ex urina olfaceret agritudinem.

Ne. Olfaciunt illi empirici secundum glossam in lege, qua  
incipit

Agaso, ad ipsum verbum olfecit, Digestus, si quadrupes      Olfecit, i.e.  
Fecisse pauperiem dicatur. Ba. age, quo si interroget eum nasum ad cu-  
Vestra Dominatio, si medici Lilius & Pbilonius      lum posuit.  
Errarint in cognitione agritudinis. Ne. quid dicas? an      gloss. in d.l.  
Dixerunt tibi qualēm habeas passionem? Pr. diuersissimā agaso.  
Ab ea, quam ego suffero. Ne. qualia igitur dederunt phar-  
maca:

Aut quam curam adhibuerunt? Pr. nullam prorsus, qua  
esset idonea.

Ne. Frequenter ab herbolarijs agri decipiuntur per drogas,  
Et medicamina vetera & sophistica vel misculata: ut refert  
Angelus in lege Annonam, Codice de cognitionum ordine.  
Et protunc, qua per imperitiam medici commissa sunt  
Et imputari possunt, ut legislator determinat:

Et communis fermè Doctorum opinio tenet, alias

Casus humanæ fragilitatis imputari non solet      1. Illicitas, d.  
Medico: ut glossa interlinearis appensatè annotat.  
ne potentio-  
Ba. Certè evidentialiter apparet, quòd male caratus est:      res ff. de off.  
Nam adhuc insanus cest. Ne. ego non insanū sed fatuū reor. præsidis.

Nam consuetudinariè ponunt hanc differentiam:

Quòd fatuus est: ut plurimum quieta cum dementia:

Furiosus autem cum impetu & rabie, pro ut doctrinaliter      Bald. in l. huz  
Baldus loquitur. Pr. ec quando vapulaui à robis hic satis? manitatis nū.  
Ba. Quis plagat te? Pr. Barberius, Neuisanus & alij glossarij 15, C. de Im-

pubes & alijs  
substitut.

Ba. Cauē, ne fortis imaginatio tandem faciat tibi  
Casum. Pr. fugiam hinc, priusquam occidar, aut animam  
penitus agam:

Nam propior morti nunquam mea vita fuit. Ba. heus tu,  
prius mihi

Exbursa debitum salarium pro curiae stylo:

Aut faciam te arrestari nunc coram praeside, re & corpore.

Pr. At nihil habeo, quod dem. Ba. quid ad me? Pr. sum  
Codro mendicior.

Ba. At debes. nam ego mihi propterea emi banchū notariae.

Ne. Hic est unus possus notabilis, & lucratius hodie.

Ba. Redde oxyus, quod debes, mihi. Ne. facias eum promis-  
tere,

Quod tibi dabit, cum habebit. Ba. nolo eum quicquam pro-  
mittere,

Sed exbursare. Ne. at est miserabilis: cui debes infero  
Patrocinari sine salario, ut dicit Iason. quia

Fatui, furiosi & maniaci sunt personae miserabiles.

Ba. Sed tamen illis sauere non debemus ita, quod ceteris  
Iniustitiam faciamus. Ne. est bene verum: sed lex praecepit  
Ut in dubijs, viam hanc teneamus in reo miserabili.

Quoniam talem tuetur infelicitas fati: ut notat

Glossa. Ba. oh, vos partialis estis. Ne. minimè, sed tantum-  
modo

Compassionem habeo cum eo. Pr. male pereas cum tuis  
Compassionibus, & personis miserabilibus omnibus,  
Quisquis es, homo insanissime. Ba. hem tibi personamise-  
rabilem!

Ne. Maniacus est manifestò. iam nō compatior ei amplius.

Pr. Quouis cum alio sic compatere, dum modo me nō deuer-  
beres.

Ne. In-

Neuf. 173.  
lin. 32. Idem  
p. 387.

Iason. in lege  
z. inf 1. col. ff.  
de offic. Pro-  
conf.

Neuf. p. 322.  
l. 25.

**N**e. Incarceretur. nam bac remedio furiosis ire obviam  
**P**er Praesidem expressus textus iubet. **P**r. obsecro dimittere: **Congratul.**, **fr.**  
**N**e<sup>g</sup>. prorsus occidite miserū. **B**a. aliud mihi consiliū incidit. **de off. presb.**  
**N**e. **Q**uodnam? **B**a. ducatur ad diuum hunc Anastasium:

qui plurima

Miracula fecit in aliquot talibus hominibus maniacis:  
**P**er virgatores & ribaldos, qui percutiunt hos maniacos  
**Q**uotidie ab initio Miserere usq<sup>z</sup> ad Vitulos. **P**r. dimittite  
**M**e obsecro. **B**a. Guardiani, rapite hunc truffatorē ad Ana-

stasium ocyus,

Eumq<sup>z</sup> ligate duobus vinculis. **N**e. recte: optimè: quia  
**D**uo fortiora sunt uno, ut notatur in Authentica, itaq<sup>z</sup>.

**P**r. Hei mihi quò rapior? quò trahor exanimis, inops, aeger,  
 miser

Et saucius? **B**a. pergit, quid statis? **N**e. **C**arydon, i, iuva  
 Ba. hunc virum

In conspectu meo ferre haud possum. **N**e. **N**e<sup>g</sup>, ego, perge  
 Corydon.

**C**o. Non habeo iam otium. **N**e. quare? **C**o. quia meum  
 quoq<sup>z</sup> negotium

Fiendum est, ut baculetur aut interficiatur clericus.

**N**e. Iuva hos prius. **C**o. illorum sunt satis, & nunc abdu-  
 xerunt eum.

**B**a. Quale hic habet negotium? **N**e. graue. **B**a. est ne opu-  
 lentus Rusticus?

**N**e. Excellentur. **B**a. dic mihi, mi Rustice, quale est hoc ne-  
 gotium?

**N**e. Ego dicā vobis: habet unam mulierē veteranā & malā.  
 Quām duxit olim viduam. **B**a. quid habet contra eā? **N**e.  
 dicit, quod est

**E**i rebellis: & obloquitur: nec retinet linguam maledicam,  
**E**tiam si verbera reportet. Ba. si me habuisset consulere: ego  
**S**uasissim ei unam pulcrum virginem. nam vidua ista suis  
**M**aritellis de rebus obloquuntur, & improperant sibi  
**P**rimos maritos. Nam et si primus unus fuerit Diabolus,  
**T**u unus sanctus, tamen obijcet tibi semper primi sui bona  
**T**ractamenta. Ne. audiui & ego unum ex antiquis quod  
 habuit duas:

**E**t quod, si tertio sibi nubendum foret, adhuc virginem  
**C**apere vellet. quoniam docere hanc mores posset facilius.  
**N**am tritam & veteranam uxore male est reformare. Co-  
 at scias.

**Q**uod domus est construenda de lapidibus, qui se offerunt:  
**E**t sienda sagitta ex eo nemore, quod habemus in manu.  
**V**erum interim de clero, quid agendum erit? Ba. que  
 clerico?

**N**e. Habet suspectum Quodlibetarium de adulterio: dedi  
**C**onsilium, quod domi obseruet, & affines omnes conuocet  
**C**um baculis pro baculando eum. Ba. consilium hoc mihi  
 valde placet.

**N**e. Sed ipse non contentus baculis, intendit eum occideri.  
**A**it enim melius esse occidere, quam baculare clericum.

**B**a. Non est mentitus. Ne. & propterea viam iuris que-  
 rit: & ego

Dixi sibi: quod per publicum notarium in scriptis ei  
 Faciat denunciationem. Ba. prudenter. Ne. nunc for-  
 mulam

In scriptis poni cupit. ego unam monstravi in sylua mea,  
 Quam describere iam non possum, quia properandum erit  
 mihi.

**Ba. Quo**

Ba. Quò properabis? Ne. eundum ad choreas. Ba. etiam in carnis priuio?

Ne. Cur non? Ba. quia edictum est prohibitorium per Episcopum:

Per quod prohibentur laici & clerici chorifare hoc tempore.

Ne. Licet hoc est terrible contrarium, quod doctorando etiam

In examine rigoroso pro puncto propomni potest:

Ego tamen dico secundum opinionem, cum reuerentia,

Quòd non licet tale edictum facere Episcopo irrationalibile,

Tanquam non conueniens huic temporis vel consuetudini.

Ba. Quamobrè? Ne. quia talis chorea fit ad exercitiū fidei  
Et religionis, tempore imminentis quadragesima:

Prout latè in sanctis Decretis pontificum deciditur.

Ba. Non etiā potabitis apud mulieres? Ne. imò, quia bonū

Vinum latifacit cor hominis, ut ait glossa. Ba. ita certè.

Dist. 44.

c. convivia &

de consecr.

Dist. 5. cap. nō

mediocriter,

Ne. amplia,

Quod vasa euacuanda, ante quam necessaria sint ad aliud

Vinum ponendum, ut eadem glossa monet. Co. ha glossa

mihi magis

Placent, quām clericorum prædications quindecim.

Ba. Benè fateor; vinum non est effundendū per corbem, ait

Eadem glossa; sed hoc tempore tamen melius est ire in domū

Luctus, quām conuiuū. Ne. verum dicis; sed properandum

est mihi ocyus:

Nam fistulator utricularius iam facit unum chorūm.

Ba. At ego tecū ibo Corydon in domū tuā. Co. quid statuit is

Illit agere? Ba. ibi libellum protestationis tibi dabo

Aduersus Clericum: & simul obseruabo, si iterum veniat, ut

Possim contestari. Co. benè. nam nimis illū cupio occidere:

*Et scio, quod hodie adhuc ad minimū semel est venturus mibi*

## ACTVS IIII. SCENA I.

Quodlibetarius, Breuiarius.

Septenarij  
Trochaici.  
Lege Felicem  
Malleolum de  
plebanis & re-  
ligiosis mens  
dicantibus.

**H**ora tertiarum est : sacrista in campanili supra  
Templum sancti Anastasij campanauit: nunc hic eo;  
Ut confessiones audiam, isto Quadragesima  
Tempore: & parrochianis pro veteri more predicem.  
Nam huius ordinationis usus & obseruantia  
Regulariter & religiosè patenter omnibus  
Temporibus, benigniter & pacifice continuata fuit:  
Nisi quod religiosi quidam cappati, fallaciter,  
Sumentes scapulare, curatos Ecclesiasticos,  
In collatione prædicationis impediunt:  
Et longaæ consuetudinis ritum ordinarium,  
Venerabiliter introductum, obedient maligniter.



Qualis

Qualis est Breviarius hic, qui per dies propè singulos,  
Horæ tertiarum accurrit ad istum paenitentia  
Forum. & ecce video pronunc ipsum ante Templi hoc ostium,  
Br. Benedictus dominus, quid hoc? quod nemo hodie in Tem-  
plum venit

Confitens mihi, aut Anastasio? Qu. voce altisona alloquar:  
I proficiat venerabilem patrem, dominum Breviarium:  
Proficiat. Br. Beneueneritis. Qu. Deo gratia, quid statis hic?  
Br. Imo quid vos huc venitis? Qu. haec mea est Ecclesia  
Parochialis: hic iam predicabo parochialibus  
Subditis meis ad horam tertiarum. Br. largiter  
Prædicas alijs diebus, & plus, quam possunt pati,  
Si benignitas gracia tibi fueret: nos quidem  
Per nouitatum talium inusitatam disuetudinem  
Non perturbares: nec nostra quies pro cupiditatibus  
Clerici inquietaretur. Qu. qui sic? Br. Quia vos cle-  
rici

Curati, si ipsimet nolletis, vos non compelleret  
Superioris ulla authoritas, & vos defenderet  
Disuetudinis hodie immunitas, & actus raritas.  
Quia constat, quam haec hora penitus tibi discernitur,  
Prædicanti extraordinaria, sed tu cum tuatis  
Et tuis sodalibus patenter lucrari tibi:  
Quia quod nobis auferitur, de illa tu percipis, & tui.  
Et igitur non possumus vos ferre in hoc. Qu. ah mi bone  
Frater, ne insultes mihi turbaliter; Nam clerici  
Seculares iure hoc faciunt, quia oves pascuae sue  
Debent pascere, ex sua fidelitatis vinculo,  
Consolationis, & compassionis optimo  
Vix potentatu. Et igitur tibi antrorsum respondeo,

Pex

*Per distinctionem: quod duplex est officium meum:*

*Vnum proprium, alterum tecum commune & qualiter*

*Curatus sacramenta dabit parochiano subdito:*

*Quem non nouit dispositum, tum precipue in mortalibus?*

**Verba cuius-  
dam Monachi** Br. Pfy. Qu. salus. Br. Deo gratia. Qu. quod si cupiditatem arguis:

**Eislingensis  
in Suevia ad  
suos conuen-  
tuales.** Ex proprio ore iudicabo te. Nam cupiditas tua  
Tanta est ut maior non possit esse. Br. quomodo? Qu. quia  
Vos fratres parum oratis, multum potatis, plurimum  
Scortatis: non faciet in longum bonum. Br. hæc ad me  
nihil.

**Nam ego sum religiosus regularis in habitu, pro ut vides  
Fortalia Fidei. Male cappatus & scapulariatus: nihil habeo, nisi  
Hanc cappam vnicam, quam continuè duco. Qu. quid  
audio?**

**Felix Malleol.** Vos fratres nihil estis habentes, sed tamen omnia  
Possidentes, quia contrarium patet ipsa in practica.

Ant tibi per Spiritus sancti pinguedinem tuus

Venter impinguatus, incrassatus, dilatatus est?

Br. Ne proicias sermones meos retrorsum Clerice,

Nam quod sum dilatatus, dat mihi Deus: & ego usq; nunc  
Atq; in perpetuum pronunciabo sua mirabilia.

Qu. Scriptum est: in sudore vultus tui vesceris pane tuo.

Br. Et tibi dictum est: labores manuum tuarum domi

Manducabis, & bene tibi erit. Qu. Parochianis hoc meus.

Atq; hominibus Laicis dictum est: at ego sum Clericus

Secularis, & beneficiatus: & habeo meam

Præbendam bonam pro in officiatione Ecclesie.

Br. Allegare inconveniens non est soluere. veruntamen

Si dicendum est hic, quod ipsa postulat necessitas,

Non

Non est differentia magna inter me & te, nisi quod mihi  
Saccus apportatur in domum: tu verò cursitas

Cum sacco per ciuitatem. Qu. an etiam saccus ducitur  
Ad te, qui tecum cubet? Br. nolite iudicare me:

Et non iudicabimini. Qu. tantummodo te interrogo.

Verùm idem tibi accidit, quod cuidam Moniali probæ:

Nam quadam Monialis præteriens domum cuiuspiam

Burgensis, qui habuit unam Monedula in caue sua

Ante fenestras, que communiter mulierem quamlibet

Præterientem ibidem acclamauit meretricem: & ipsa runc

Su sum aspexit, & inquit: quis Diabolorum tibi

Secretum meum reuelauit? Br. trahem gestas, mi Clerice

In oculis, & vis educere festucam meam. Qu. quamobrem?

Br. Quia tu concubinarius es, & coquinatus (ut

Te Vincentius ordinis Sancti Dominici in Gallia

Prædicator arguit specialiter) procedis ad

Aram Domini confiendo corpus Christi, vas habens

Omnis iniquitatis. Qu. non est contra natura modum

Concubinam habere: quando etiam ancillam hero licet

Cognoscere carnaliter. facit huc exemplum de Abraham,

Qui ad petitionem Saræ cognovit Agar. Br. optimè.

Qu. Quin & Episcopus hoc permittit. Nam si dedero E-  
piscopo

Annuatum centum oves, tum concubinam mihi finit.

Br. Quid? oves annuatim das, an ova Episcopo tuo?

Qu. Inter ves & va non est ita magna differentia.

Br. Certe auaritia tua vix oves dabit. nam hac propria

Est vobis plebanis in quarto modo. Qu. dic parcus.

Br. Vberioris informationis causa largius.

Nam meum & tuum, fecit hodie Evangelicum clericum.

Qu. Om-

Felix Mallool

Idem de An-  
no Iubilæo.

**Qu.** Omnia in nostrum rostrum, per Christum Dominum nostrum: & hoc

7. Malleolus.

Nunc olim fecit statum Monasticum. Br. audi me amplius.

Nonne tibi datur pecunia in Sacramento annua.

Penitentie aut confessionis, itemq; in ultima  
Unctione? Qu. cur non detur? Br. nonne pro lachrymabili  
Vigilarum septimarum, item tricesimarum, item  
Missarum celebratione gaudes tot specialibus

Præbendis & donis? nec te aliter excusat clericus,

Nisi in antiquæ consuetudinis conseruamento, habens

Vas iniquitatis? Qu. sum contentus his solutionibus:

Et habeo vestra reverentia pro honore gratias.

Br. Et igitur, domine plebane, volo te scire, quod hoc die

Hæc potestas confitentem audire, competit mihi

In solidum: & cum frater impleuit cum persona sua:

Non potest curatus super eodem aliquid cum eadem. Qu. at hoc

Soluit secundum eum, ubi duo dati essent, cum fuit

Ecclesia fundata ab initio. Sed unde nam licet

Confitentes quoscumq; recipere, prout libet tibi?

Br. Est concessio gratiæsa priuilegiariter

Data, per bullas pontificum, atq; indulta aliquot specialitas.

Qu. Curatus datus est ab antiquo, sicut habens liberam

Hanc potestatem: sed tu frater modò aduenis mihi:

Qui dari præsumeris, non ut potestas Clerici

Curati auferatur, sed iuuetur. Vnde ius vetus,

Et commune fortius pro curato est, iure eiusmodi

Priuilegiato. Nam Papa non auferit mihi clericu-

Seculari, ius meum, prout prædictum est. Br. scilicet.

Qu. Et igitur iure communis nos prædicabimus.

Br. Non notabiliter perpendis, sed superficialiter

Tangis.

Tangis. Nam habeo ego alia multa, multum etiam subtilia  
 Argumenta, pro & contra: cum copiosis admodum  
 Allegationibus pronunc brevitatis gratia  
 Posterganda. Qu. sum contentus de praesenti hoc modo:  
 Quod usq; fuero per peritiores de his sincerius  
 Informatus. Br. per meam treugam, altricationibus  
 Nunquam ad simplicitatem veritatis peruenies. Qu. Ita est.  
 Pr. Quia adinuenta inaudit e novitatis curialitas  
 Generat zyzaniam discordie. Qu. hanc horam in tuis  
 Gratiam intermittā, atq; aliò pronunc divertar. Br. Mane.

## ACTVS IIII. SCENA II.

Priscianus, Breuiarius, Quodlibetarius.

**Q**uod meritis miserum? quod trahitis? Br. peregrinatores eunt  
 Huc, & ducunt ligatum. Qu. ubi nam? Br. hic  
 in occurso nostro, vides?

Qu. Vide. Pr. dimittite me obsecro, & ad heros redite  
 seruvi.

Qu. Ligatus est cum vinculis. Br. erit maniacus, qui sacre  
 Anastasio curandus committetur. Qu. eamus obviam.

Pr. O populares ferte mihi opem misero atq; inopi. Br.  
 consistite,

State parum: volo querere aliqua ex ipso. Pr. ah quaj; te  
 Me ab his hominibus. Br. dic mihi prius, qui vir es. Pr. ego  
 sum miser.

Br. Quod tibi nomen! Pr. onoctonus. Br. es ne imbitarius,  
 an polyparius.

An

- An currifex, an funifex an abigeus, agellarius,  
Ex Malleolo & Lucarius, Marscallus, an coriger, an scutellarus?  
alijs petita no Pr. Nihil horū sum: neg, tales audiui unquam nominarier,  
mina horum artificij. Vide Br. An verò balmus, an scultetus, an scabinus quispiam?  
Malleol. de Pr. Hei mihi! Br. num secularis es, anne regularis? Pr.  
nego. Mo- hei mihi!  
nach.*
- Br. Quomodo tibi est? Pr. ab pessimè! va mihi! Br. habet  
quæso cor bonum.*
- Pr. Nemini ego credo plura acerba unquam esse oblata,  
quàm mihi.*
- Br. Quis te ligari sic ius sit? Pr. duo rabula glossarij,  
Barberius & Neuisanus. Br. quamobrem? Pr. quia me  
saucium*
- Et vulneratum dixeram. Br. quid cum? Pr. nam ubi nul-  
la vulnera*
- Apparuerunt, infanire me dixerunt: & suis  
Mandarunt seruulis, ut pro insano in locum hunc produce-  
rent:*
- Et Divo Anastasio sanandum traderent. Br. in quantū ego  
Aduerto, non rectè illi de tuis vulneribus sentiuunt.*
- Pr. Minimè. Nam meas sunt occulta, & latent hic intus  
vulnera.*
- Br. Ego melius video, quàm Iurista. Pr. quomodo? Br.  
Theologicis*
- Oculis. nam video, quod anxiatus es in tot peccatis tuis.  
Et vermis conscientiae tribulat. Qu. & ego video idem.*
- Pr. Ab ab Phalaridis aneo tauro inclusus mihi videor:  
Ita torqueor, ita maceror: cum tua verba & vocem hanc  
audio. (ant,*
- Br. Compunctiones cordis suni, que vehementer te angusti-  
Et si*

*Et si mihi confiteri vis, absoluam te. Pr. ex his vinculis?*  
*Br. Non ex his tantum, sed te eripiā ex alijs etiam angustijs.*  
*Pr. Oh gestio! sed quid vis confitear tibi? Br. primum hoc  
mibi*

*Dices: an habeas seriam contritionem? Pr. imò, mihi  
Attrita sunt omnia membra, attrita omnes ossium mihi  
Medulla: cor mihi contritum & iecur. Br. non male dicis;  
quia*

*Cor contritum & humiliatum non despiciet Deus. Pr. ita  
ego quidem*

*Spero. Br. age igitur, peccata tua mihi confitere, aut clero.  
Nam si cupis exbanniri à Satanae vinculis, ante omnia  
Oportet te peccata confiteri nobis singula.*

*Qu. Omnidò oportet, & totaliter: atq; hoc si tu feceris  
Protuncego te oleo ungam, & te communicabo protinus,  
Et prouidebo te viatico, & dabo Eucharistiam,  
Ut proficiat anima tua in vitam aeternam. Pr. quinam  
obsecro (chus*

*Vos estis barbari? Br. qui? duo Theologi sumus: ego Mona-  
Breuiarius dictus. Qu. & ego sum sacerdos Quodlibetarius.  
Pr. Me miserum, haccine de causa in hunc productus sum  
locum,*

*Ut etiam à Theologis prius discrucier, quam morte oppetā?  
Nonne satius erat in manibus Philonij aut Barberij  
Perire, quam plagas in ipsis extremis sic perpeti?  
Hei mihi, nam quid sum, nisi verbere a statua, aut stimulo-  
rum seges?*

*Qu. Vlulatu angoris penitus angustiatus est. Br. age,  
Ego confessor tuus ero. Pr. confitere ergo sceleratua.  
Br. Non ego tibi, sed tu mihi confiteri debes. Pr. attamen*

Aa

Modò niescas, quod confessor tute esse velles. Br. tu male  
Intelligis vocabulum. Pr. imò tu nihil prorsus intelligis.  
Br. Certè confessor est idem, qui pœnitentiarius.  
Pr. Vterq; barbarus. Br. Domine Quodlibetarie, rogate vos  
Eum, & iubete confiteri vobis. Qu. age dicas mihi,  
An etiam audis Missas? Pr. fac tu me obsecro missum Cle-  
rice.

**Verba Bonae  
uenturæ.**

Qu. Grossum hoc peccatum existit: quod animam ad pec-  
cata inhabilitat:

Voluntatem deordinat: & à sanitate quod magis  
Elongat. Pr. certè à me quam longissimè abest sanitas.

Qu. Nunquam edisti carnes in quadragesima? Pr. imò  
ne quidem

Intra annum quadragesimum. Br. probus hic vir est. dic  
unum mihi

Pater noster, quatuor Ave Maria, & tres Credo: & statim  
Te absoluam. Pr. vescapulis, va lumbis! vatergo & cor-  
di meo!

Qu. Velleis vos illi imponere tam facilem pœnitentiam?  
Br. Idem fecit sanctissimus Dominus noster. Qu. quis?  
Br. Pontifex.

Qu. Quomodo? Br. mulier quedam remotis partibus e-  
gressa ad Papam

Venit, qui asinabat per Romam: puerulū in brachij habens,  
Et voce magna incipit ter clamare, Pater sancte, ô pater  
Sancte, miserere peccatricis, & da pœnitentiam  
Mibi grandem: quia puerulum, quem hic porto, habeo à fi-  
lio meo. (sibi)

Et protunc Papa coram omnibus absoluit eam, & imposuit  
Hanc pœnitentiam, quod iciunaret sextas ferias

Per

**Narratio petis  
a sexfortali.  
io Fidei.**

Per annum in pane & aqua. Qu. non grossa pœnitentia  
hæc fuit.

Pr. Lapi des loquuntur hi homines, quibus excutiunt mihi  
cerebrum.

Br. Recedens tum mulier, secumq; reuoluens gravitatem rei,  
Et paruitatem pœnitentia: putauit quod Papa  
Non recte intellexisset eam: & in crastinum accessit iterum:  
Et Papa confessa est sicut prius: & Papa imposuit sibi  
Hanc pœnitentiam, quod ter diceret Pater noster. Qu. ni-  
mis

Leuis hæc & scandalosa pœnitentia fuit. Pr. hei,  
Hei mihi! Br. recedens mulier, & reuoluens pœnitentiam,  
Iteratè ad Papam venit: & confessa est publicè, ut prius:  
Extunc Papa absoluit: & imposuit quod diceret unum pater  
Noster. Qu. quamobrem hoc fecit? Br. quia cum post ro-  
gitaretur Papa,

Quare ita modicam sibi pœnitentiā imponeret: ex tunc ait,  
Plus ascendet dolor & verecundia, quam passa est publicè  
In confitendo peccatum suum, quam si omnibus sue  
Vite diebus ieunasset in aqua & pane. ha pfy. Qu. salus.  
Br. Tu quoq; dic unum mihi tantum Pater noster: & ego  
iam volo

Contentus esse, sicut olim Papa contentus fuit.

Pr. Ab me miserum! Br. quomodo tibi est? dic cruminas  
tuas: quia

Bonus confessor facit, ut medicus ad infirmum lethaliter,  
Quia medicus non superficialiter de urina iudicat:  
Sed dicit: faciamus ita omnes cautelas diligentiae  
Et tangit pulsus: & plus percudit, & perpendit sanguinis  
Corruptionem: & sentialiter ab infirmo discutit

Similitudo  
sumpta ex F.  
Malleolo,

Omnem distemperationem totius agri corporis:  
 Sic confitens fidelis ad sacerdotem ait, ostende mihi  
Quantas iniurias habeo: & tunc confessor suum  
 Ad confitentem dicit: in quantum in te est, fac quanto cyus  
 Confessione profundissimam. Qu. dictum notabile est.  
 Br. Contritionem habeas amarissimam. Qu. & hoc ratio-  
 nabile est.

Br. Injunctionem pœnitentiae imple sincerijsimam.  
 Qu. Hoc correlarium est. Br. Compensabis cuiuslibet in-  
 super

Offensionem & indulgentiarum inquires omnium  
 Similiter dispensationem. Qu. hic punctus radicalis est.

Pr. Mibi vero cordis radices rumpuntur. Br. utinam ergo

Deus

Adhuc sanaret animam tuam, ut purgatorijs amarissimam  
 Pœnam euadas. Pr. ab cur non morior, qui in pœnam viuo  
 mibi.

Holcot in le- Br. Confide in Domino: Dominus petra mea & robur me-  
 ctione prima. um, canit

Psalmista: quibus verbis dicuntur quatuor, primò quidem  
Quod Deus est munimentum Maiestatis. Qu. & hoc na-  
 tabile est.

Br. Secundò fundamentum firmitatis. Qu. & hoc nota-  
 bile est.

Br. Et tertio complementum potestatis. Qu. notabile est.

Br. Tandem emolumenatum proprietatis. Qu. & hoc no-  
 tabilissimum est. (ficit,

Pr. Disrumpor. Br. primum magnificat, secundum rati-  
 Tertium fortificat, quartum dignificat. Pr. Iugulor, peri-  
 mor, necor.

Qu. Re-

**Qu.** Recommitte Beatæ te virginis, quatenus ea ab hoc male  
Te liberare dignetur. **Pr.** ab hac ærumna nemo, nisi  
Bonus Grammaticus me eripiet. **Qu.** Diabolus tribulat  
hunc virum.

**Br.** Videamus quid responderet: an vitam æternam expeti?  
**Pr.** utiq<sub>3</sub>.

**Br.** Oportebit te igitur abrenunciare Sathanæ & omnibus  
Pompis suis. **Pr.** male pereas cum pompis omnibus tuis,  
Et ab renunciatione tua Sathanica? **Br.** quid tu ais?

**Pr.** Dico tibi, ut male pereas. **Qu.** Daemonium manifestè  
hic habet.

**Br.** An non vis abrenunciare Sathanæ? **Pr.** male pereas.  
**Qu.** homo

**Ab** immundo tribulatur spiritu. **Br.** ita certè: exorcisa es.  
**Qu.** Aquam benedictā non habeo. **Br.** signate cum signo  
crucis.

**Qu.** Age, signabo meter. age nunc, veni exterius male  
spiritu. (tus?)

**Pr.** Ah, ah! trucidor. **Br.** audis, quid dicit malus iste spiritu.  
**Qu.** Exorciso te spirite immunde. **Pr.** hei mihi! **Br.** per-  
ge ocyus.

**Qu.** Exorciso te per Deum verum. **Pr.** hei misero mihi!  
**Qu.** per Deum

**Vivum.** **Pr.** heu, heu! **Qu.** per Deum sanctum. **Pr.** ah, ah,  
nunc vita eripitur mihi. (& filia.)

**Qu.** Adhuc te exorciso in nomine Patria. **Pr.** perij. **Qu.**  
**Pr.** Interij. **Qu.** & Spiritua sancta. **Pr.** occidi. **Br.** Dia-  
bolus iam exijt,

Sacrificare portate illum in templum intus, & finite iacere ibi,  
Donec recipiat rursus anima. **Qu.** modo non sit planè mor-  
tam,

Vide Canon.  
Retulerunt di-  
stinct. 4. de  
consecrat.

Bebelius in  
facetijis.

374 N I C O D . F R I S C H L I N I  
Quod nolim. Br. cur? Qu. quia neq; ælatus est, neq; chris-  
matus, neq;  
Yndus. Br. redibit, ut spero, ad se. Qu. ego interim ibo a-  
liam viam.

Br. Q u ò n a m i b i s D o m i n e Q u o d l i b e t a r i e ? Qu. in h u i s v i-  
cini domum. (gite.)

Br. Q u i d h a b e t i s i l l i c a g e r e ? Qu. visitabo agrotū. Br. per-  
Bene proficiat. Qu. proficiat & venerabilem Patrem. Br.  
ego interim

Pro misero isto homine, donec ad se redeat, collectam legam.

## A C T V S IIII. S C E N A III.

Breuiarius

Senarij Iam-  
bici.  
Ex Breuiario  
Romano An-  
no 1569. Ant-  
werpiae edito.

O Remus. Praesta quæsumus omnipotens Deus,  
Ut familia tua per salutis commodam  
Viam incedat: & hortamenta beati tui  
Præcursoris sequendo ad eum, quem iugiter  
Prædixit, secura veniat, per propitium  
Dominum nostrum: qui viuit & regnat Deus  
In secula seculorum, Amen. Procedimus  
In pace, in nomine Domini: iugiter, Amen.  
Comitetur Angelus nobiscum in hac via:  
Ut cum pace, salute atq; gaudio bono  
Reuertamur, nunc ad propria. Kyrieleison.

## A C T V S IIII. S C E N A IIII.

Barberius, Corydon, Quodlibetarius,  
Hic

**H**IC Clericus plebanus, qui modò in banc subintravit domum,  
Sollicitat huius rustici mulierem ad matrimonium  
Infringendū, ut corrumpat extraordinariè. Et quia  
Suspectum habuit de adulterio Corydon, dedit tabulam sibi  
Denunciationis. nunc deprehensum in domo sua  
Luxuriantem istum clericum cum baculis trahere incipit.  
Oritur clamor. Qu. Sinite me ire. Co. Hem, cape tibi.  
Hem tibi. Qu. Dimittite.  
Co. Baculate illum serui, baculate. Qu. Vamibi! Co.  
in totum occidite.  
Qu. Vamibi! Co. Baculate magis atq; magis. Qu. Va  
mibi! Co. In totum occidite.  
Qu. Accusabo te apud meum episcopum: quod baculus me  
verberas,  
Personam ecclesiasticam. Co. Merito te baculauituo.  
Qu. Quid feci? Co. Quid rogas? qui luxuriosè viuis publicè  
In scandalum parochianorum Ecclesiastuc. Qu. probas?  
Co. Domine Barberi, ubi estis vos? Ba. Adsum. Co. Ple-  
banus iste Clericus  
Vult, quod probetur sibi, quod viuit luxuriosè in scandalum  
Ecclesiae notorium. legite libellum ei modo  
Quem scriptis; tu nebulō ausculta nunc. Ba. In nomine  
Domini  
Amen: Anno millesimo atq; quingentesimo  
Et decimo septimo: indictione quinta. septimo die  
Februarij: Ego Corydon in his meis scriptis denuncio  
Et protestor tibi: Quodlibetario facellano meo:  
Sicut habeo te suspectum de adulterio cum muliere (ne  
Mea: Et quia planè nihil habes cù ea agere, me inuito: absti-

Octonarij  
Iambici.  
Vide Barb. p. 22  
te 3. Rub. 3,

Neuf p. 594

In posterum, ne secum conuenias, néue loquaris cum ea.  
 Quod si fueris ausus tentare: denuntio, contestor &  
 Protestor in his scriptis, quod contrate utar remedio & via  
 Et execuzione mihi concessis à iure. Et ut huic  
 Denunciationi adhibeas maiorem fidem: hanc ego  
 Denuntiationem & protestationem in his scriptis ita  
 Ponи rogaui, & per testes infra scriptos fideliter  
 Subsignari. Co. nunc antequam abcas, verberator amplius.  
 Ba. Ne puniatur ultrà corporaliter. Co. quomo do igitur?  
 Ba. Pecunialiter. Qu. nihil ad me isthac denuntiatio.  
 Ba. Si incorrigibilis efficeris propter scandalum notiorum,  
 Quod ex tua fornicatione causatur notoria:  
 Aut degradaberis ab episcopo, aut occideris à meo  
 Cliente. nunc elige quod vis. Qu. neutrum volo. Co. bac-  
 culate eum.  
 Qu. Sinite me. Ba. nisi pecuniam dabis, quam petimus,  
 villici  
 Huius te occident. Qu. quid petitis? Co. ego peto pro la-  
 sciua  
 Tua & suspicione mea centum florenos. Ba. atq; ego  
 Viginti pro libello, quem scripsi. Qu. nimium est. Ba. at  
 nisi tu dabis,  
 Continuò apud tuum te episcopum accusabo. Qu. sumite  
 Dimidiā partem: & omnem rem tenete cum silentio.  
 Ba. Promittis te daturum? Qu. primitto. Ba. & hoc die.  
 Qu. ita. sequimini  
 Modo. Ba. veni mecum Corydon: subsequamur Clericum.  
 Co. sequor,  
 Tu Alexi una mecum veni: vos pueri este interim domi.

Erasmus,

## ACTVS V. SCENA I.

Erasmus, Philippus.

Senari  
lambici.

**A** In tu? Ph. sic est. Er. Priscianum tam male  
 Tractatum à philosophastris? Ph. admodum male:  
 Ut quem Thomas, & Scotus, & Iauellus, &  
 Similes quidam Scriptorculi insulsiſmi,  
 Alapis & colaphis penè dederunt ad necem.  
 Er. Etiam male curatum à Medicis? Ph. ah pefſimè.  
 Quoniam à Philonio & medicorum Lilio,



Propemodum enectus, occisus, peremptus est.

Er. Tum indignè defensum à nostris gloſſarijs?

Ph. Certè indignissimè. Nam Barberius inops

Latinitatis, & Neufianus ludibrio

Habitum conſtrinxere. Er. etiam iniquè à Theologis

Eluſum? Ph. iniquissimè. Er. & adhuc in vinculis

Pro insano distineri. Ph. sic Erasme, Er. age

Aa 5

*Philippe, suppetias feramus huic viro:*

*Et quantum in nobis est, demamus vincula.*

*Ph. In me nihil est moræ. quanquam mihi timeo*

*Aliquantulum. Er Quamobrem? Ph. Quia non est ita*

*Tutum aliquid machinari contra Theologos,*

*Iurisperitos, & Medicos: qui plurimum*

*Hodie in aulis Magnatum possunt. Er. possent*

*Sanè: an tu opterea amicum, in extremis malis*

*Et vita discrimine versantem deserces?*

*Ph. Non deseram: si opem ferre liceat mihi.*

*Er. Imò licet, modo libeat. Ph. Libet quidem:*

*Sed metuo, ut possum. Ex. Quare non possum? Ph. quia*

*Iurisperiti & Theologi hodie prævalent*

*Ludimagistris: & pluris fit unus hoc*

*Tempore ruditus medicus, quam Grammatici decem.*

*Ex. Nihil interest. nam sic de Doctoribus*

*Omnes indocti iudicant: quorum ego mihi*

*Fauorem omnem uno non redimam teruncio.*

*Ph. At barbarie accusare tam doctos viros:*

*Vt sibi videntur: fuerit quasi piaculum.*

*Tum praesertim, si quis redarguere velit*

*Theologos, aut Latinitatem carpere.*

*Ex. Quamobrem obsecro sic metuis fœdos Theologos?*

*Ph. Quia priuilegium à summo Pontifice habent.*

*Ex. Quod illud? Ph. Quod, licet per ignorantiam*

*Grammaticæ artis aliquid vitiosum proferant;*

*Non ideo despiciendi sint à ceteris*

*Scholafticis: quia morum vitia clerico*

*Magis, quam orationis præcauenda sint.*

*Et alio Canone, Romanus ait Pontifex:*

*Monendi*

Monendi sedulò sunt & Scholastici:  
 Ut Christiana humilitate induiti, viros  
 Non contemnant: quos vitia morum propè magù,  
Quām verborum deuitantes cognouerint.  
 Nam sic non riserint, si quos antistites  
 Ecclesia aut ministros audiant Deum  
 Cūn barbarismus & solœcismus suis  
 Creare: vel verba eadem, qua pronunciant,  
 Minus intelligere, aut etiam male distinguere.  
 Et. Nihil hoc te priuilegium perterreat.  
 Nam commune id habent cum asinis indoctissimis  
 Innocti antistites. Ph. Certè quid Pontifex  
 Zacharias cuidam Episcopo olim scripsit,  
 Distinctionis quartæ verba nos docent:  
 De consecrationibus, Canone sacro  
 Retulerunt. Quare Theologos offendere,  
 Graue est: cum præsertim Priscianus vapulans  
 Adhuc in illorum potestate sit. Er. Age:  
 Quia facinus magnum & memorabile, non fit sine  
 Periculo, relinque Theologos mihi  
 Docendos Tullianas elegantias:  
 Tu Philosophos primum aggredere: quicq; Logicas  
 Artes & disciplinas tractant barbarè.  
 Horum ex manibus nunc Priscianum vindica.  
 Ph. Ita faciam: & nunc iam mecum habeo tres libros,  
 De dicendi artibus, quas pueris tradidi.  
 Er. Et ego librum describendis Epistolis:  
 Et de Verborum & Rerum Copijs: item  
 Ecclesiastem, & similes libros bonos.  
 Pergamus modò ad illum locum: ubi miser & inops

Animi;

*Animi compedibus vincitus etiam nunc iacet.*

*Ph. Nisi me fallunt oculi, locum illum conspicor:*

*Qui mihi monstratus est. Er. properemus ocyus.*

*Ph. Ego Filium Dei, λόγος αὐτοῦ πατρὸς  
in ētūνη μεστήν generis humani inuoco:*

*Et toto pectore ac votis ardentibus*

*Precor, ut det prosperos successus, protegat*

*Scholas: quae sunt hodie sedes discentium:*

*Pariterq; docentium: colligat Ecclesiam*

*In genere humano: & artes conseruet bonas:*

*In quibus famam de se sparsit, ut inquit Plato.*

## ACTVS V. SCENA II.

Priscianus, Erasmus, Philippus.

Otonarij

**O** Me infelicem hominem! cui melius fuerat nunquam nascier: (perpeti.

Quām tot miseras, tot mala, tot in vita ærumnas

Nam quid mihi vita prodest, ubi sic viuendum, ut penè omnibus

Momentis supremum diem optes, optatum non impetres?

Er. Clamorem audio Philippe. Ph. vocem hominis & ego auribus (ser,

Miki percepisse videor. Pr. nam modò intus iacui inops. mi-

Desertus, examinus: nego, hominum quisquam est, qui me vinculis

Hus eximat: aut agrum restituat, aut à morbo liberet.

Er. Quis isthic est Philippe? Ph. ubinam? Er. qui illuc in atrio ambulat.

Ph. Ip-

Ph. *Ipsus erit, nisi me omnes sensus fallunt. Nam adhuc constrictus est.*

Pr. *Sed eccos obvios mihi alios homines. Er. misera huic est viro*

Facies. Ph. *quid mirum, si miserrimus sit: qui tot accipit Colaphos: tot alapas quolibet die patitur? nam quot putas illum quotidie accipere vulnera ab indoctis Typographis?*  
*Quot à Statuarijs? quot ab Amanuensibus & Pictoribus?*

Er. *Innumerabilia profecto, ut mirer qui possit perpeti.*

Ph. *Ita ut vides. nam caput ei verberibus totum tuber est.*

Pr. *Ah quinam isti tam lerido vultu homines? specie tam amabili?*

Reviuiscere mihi videor, cum illos intueor. nam ceteri,  
*Quos aspexi hodie, ex antro prodylle videbantur mihi Trophonio.* Er. *atq; culpa hac est ludimagratorum, qui suos*

Meliora non docent discipulos. Ph. consentia. Er. *Nam pro bona*

Grammatica Prisciani, mala Alexandri pueris traditur.

Ph. *Ita fit: nam & hodie cum ego mea Grammatica Prisciano opem*

*Ferre aggredior, eandem aliqui mihi referunt nunc gratia:*  
*Quam Prisciano Alexander retulit. Pr. Ah, quales na viros Iste credam?* Ph. *nain quid ludimagrifros dicam aliquos nouitios?*

*Qui præcepta cumulant Grammatica Graeca atq; Latina,*  
*& libros*

*Meos è puerorum excutiunt manibus, & substituunt Suos: ut melius scilicet videantur sapere, quam ego sapui.*  
*Er. Idem mihi accidit. Sed committenda res hac est Deo:*

*Qui*

*Qui ingratos cuculos & plagiarios iratus puniet.*

Pr. Ibo obviam. Ph. Ad nos accedit. Er. Eamus nos itidem illi obviam.

Pr. Saluete amabiles viri. Ph. Salve reverende mi senex.

Er. Salve Grammatice. Pr. Habeo gratiam. Sed unde tu, mi homo,

*Me nosti Grammaticū?* Er. *Quia tibi perforatū est palliū,*

*Fenestrata toga, & ventis peruvia, subcula perflabilis,*

*Et profectò vetustior quām sunt lena pellenicae:*

*Caligæ depiles, attriti sunt calcei: tum macra tibi*

*Facies, genæ suppallidae, os liuens, & ceruix debilis.*

Pr. Facile est miserum irridere. Er. Pol ego isthuc haud facio, senex:

*Sed ex animo condoleo, cupioq; afferre remedium tibi.*

Ph. Et ego consimiliter. Pr. Non me ludetis? Ph. Egōne te rideam?

*Tel ludam? inter mori me malim letho pessimo: cedo*

*Manus tuas. Pr. Quid cum ȳs ages? Ph. Demam has manicas tibi ocyus.*

Nam Priscianum liberum esse oportet, non his vinculis

Ligatum. Pr. Obscro dic mihi nomen tuum. Ph. Dicam ad eopol;

Ego sum Philippus ille Melanthon: & hic est ille maximus

Erasinus Roterodamus. Pr. Ah tu sustine me, sustine.

Nam præletitia concido. Er. Philippe Grammaticā tuam

Illius naribus admoue: ut animales redeant spiritus.

Ph. Ita faciam. Pr. Proh Iupiter quām iucundus nidor

meas

Nares ferit! Er. Haverborum & rerum copia, ut placent

tibi?

Pr. Eu-

Pr. Eugè optimè! nam vitam erectam à Breuiario reddune  
mihā.

Ph. Hac Rhetorica quomodo te reficit? Pr. Optimè. Ph.  
Certè calor.

Antiquus ille redit in faciem. vin' etiam aliquid cibi?

Pr. Volo maximè: nam vestras elegantias & Tullij

Phrasin diu nunc esurio: sed vereor, ut nausea mei

Stomachi cibos admittat. Er. Quamobrem? Pr. Qui at tam deglutij

Barbariem, ut nisi prius euacuetur, omnes ego fastidiam

Cibos: nam intentionibus & vijs Iauellicis,

Prognosticationibus atque clarificationibus

Philonicus, ampliationibus insulfissimis

Neuzani, & tribulationibus Breuiarij, meus

Ventriculus ita distentus est, ut nisi purgantibus

Medicamentis per aluum deyitantur, saluus esse non

Possim. Er. Si morem vis gerere, hoc stabulum Augie ex-  
purgabimus.

Pr. Agite ut vobis lubet. Nam me dicto audientē habebitis.

Er. Dic tu prior Philippe, quod remedium nunc tibi aptius  
Videtur ad educendas Philosophastri istius neniae?

Ph. Dic tu prior Erafine. Er. alternis agemus: Deus al-  
terna amat.

Ph. Igitur contra Iauelli intentiones & Thoma vias,

Recipe Ioannis Cæsarei Dialecticorum tractatus decem,

Rodolphi Agricola de Dialecticis inuentionibus

Libros duos: Dialectica nostra volumina quatuor:

Quinq; Peripateticorum Cœsalpini Aretini libros;

Iacobi Scheccy Demonstrationum libros quindecim,

Et Commentarios in Organon, & in Physicam atq; Ethicæ

Aristo-

Aristotelis propè uniuersam : tum eiusdem Compendia.  
His addantur, si placuerit, nostri libelli physiologi  
Et Ethici. Præterea admisce, gratis accari loco,  
Colloquia Erasmi & Chiliades, & quicquid ille unquam  
editit:

Camerarij item de exercitatione Rethorica librum  
Vnum : partitiones Sturmy : Rethorica Valerij  
Et Rami. concoquantur in aqua fontana Terentij:  
Et colentur per Liuum. Colatur et addantur Cato,  
Cicero & Seneca: fiat baustus. an speras te sic saluum fore?  
Pr. Confido maximè. Sed quomodo per alvum egerarudes  
Prognosticationes & clarificationes Lily?

Ph. Tu dic Erasme. Er. perge tu Philippe, quoniam te au-  
diam

Libentius. Ph. igitur cura instituatur ad Methodum &  
modum

Fernelij: adhibetur vene sectio per Vesaliū.  
Pr. Nimiū exuccus sum, ferre vix potero. Ph. igitur caput  
Purgetur per pilulas Brasauolæ. Pr. Isthuc placet. Ph.  
quod reliquum erit

In intestinis, ex herbario Matthioli & Fuchsij  
Curetur: herba utriusq; per Gesneri & Langij epistolas,  
Opera Cratonis colentur: colatur et addas Plinium,  
Columellam, Celsum, Varronem, Mercuriale, Ruellium,  
Et Thomæ Erasti disputationes ad Paracelsicos.

Pr. Euge lepide Melanthon, ut mihi grata & suavia medi-  
camina

Commonstras! Ph. modò tu mature adhibeas: saluum te  
feceris.

Pr. Adhibeo iam nunc illid, si modò prius ex sermonibus  
Tuis

*Tuis cognoscam, quo remedio dein utendum sit mihi  
Aduersus ampliationes Neuisani rudissimas:  
Et contra Practicam Barberij plumbeant, non auream.  
Ph. Hoc melius dicet Erasmus. Pr. dic obsecro, mi Erasme.  
nam lien*

*Adhuc torquetur mihi tot vani limitationibus.*

*Er. Igitur aduersus ampliationes Neuisani, & nigras  
Barberij rubricas, & glossas Accursij ineptissimas,  
Siue ordinariae sint, siue interlineares, ut vocant,  
Seu marginales: contra has omnes recipe Ulrici Zasij  
Censuram in quosdam barbaros Iuris consultos & rudes:  
Qui proprietatem negligentes sermonis, spectare se  
Dicunt rem ipsam: ecquid hoc iuuat remedium? Pr. Sanè  
plurimum.*

*cim.  
Er. Recipe Tiraquelli & Alciati operū manipulos quindecim.  
Ph. Probè. Er. Observationum Cuiacy & Hotomannii  
manipulos*

*Totidem: Paratitlorum Vesebecij libros tertissimos:  
Gulielmi Budae annotationum in Pandectas, item  
Antony cuiusdam Augustini emendationum, ad bac  
Methodorum Gribaldi, Lagai, & variorum Rauardi, item  
Diatribarum Eleni libros quoscunq; Molinai Analyticos  
Tractatus omnes: tum Ferrerij Montani regulas  
Iuris: librorum Vigilij Zuichemi, Corasij, Oldendorpjj,  
Duarenii, Connani, Donelli, Gothofredi, atq; Pacij,  
Forsteri item, & Vultej, quotquot poterunt reperiri. Ph.  
optimè.*

*Er. Item institutionum Calduini, Hoperti, Lignij,  
Mynsingeri, Vigeli. Ph. & Klingij. Er. Manipulos quindecim,*

Bb

*Redigantur in oleo: addatur cera & Pandectis & sacro Codice, quod satis est, fiat unguentum lienare. an putas Dolorem desituru esse? Pr. Imò maximè: dum modo ruditus Breuiary & Quotlibetarij barbaries, mala non innouet.*  
*Ph. Contra hanc antidotum tibi dabo, quo nullum erit presentius.*

*Pr. Quod nam? Ph. Recipe operum Augustini, Hieronymi, Ambrosij libros*

*Omnès: Hilarij & Bernhardi omnes: & niueo Lactantij Lacte aliquantū dilue, permisce & tempera. Er. Lectissime.*  
*Ph. Locos item communes nostros. Er. & meū consimiliter Ecclesiasten, & paraphrasin Euangeliorum omnium.*

*Ph. Rectè: praterea Cyprianum, Tertullianum, Gelasium,*  
*Redige in subtile pulueres. Er. Sed nō in Scotisticos tamen.*

*Ph. De his manè & vesperi, ante & post cibū sumito, quantum lubet.*

*Er. Certè hoc Antidotum etiam contra Serpentis antiqui asperos*

*Morsus & ictus proderit, & aduersus pestilentiam Eiusq; cathedralm: & viscerum dolores mitigabit. Pr. ab Philippe. Ph. quid est? Pr. Vrget me extrema quæpiam necessitas.*

*Ph. Qualis? Pr. Nam quia tot præbui stis purgantia medicamina,*

*Subito nunc vim exercere suam incipiunt. Quare locū mihi Commonstres, in quo ventrem exonerem: si tibi non graue fuerit. (nominant,*

*Ph. Sequere hūc: est quadam publica cloaca hīc, Illyricum Olim Pilatus dicta; in hanc te abducam illicet.*

*Erasme, tu interim hīc opere me: reuertar ocyus.*

ACTVS

## ACTVS V. SCENA III.

Erasmus, Corydon,

**A** Büt ut erg<sub>3</sub> proh Deūm & hominum fidem! Iambicē  
 Quantum interest, mature an agas rem quamlibet, Senarij.  
 An verò cunctanter. Nam paululum modō  
 Cessassimus: iam de viro optimo actum erat.

Co. Vidisti Alexi, quomodo plebanus habeat  
 Multam pecuniam: & tamen nihil pro ea  
 Facit: nihil operatur. Et vidisti item,  
 Quod scriba hic Barberius, pro paruula scheda  
 Decem florenos accipit: & hic Lilius  
 Pro una recepta argentum accepit maximum.

Er. Quis illic est, qui hoc accedit homo Rusticus?

Co. Quia igitur nunc habeo pecuniam; volo  
 Te ducere in scholam: ut stes aliquo tempore  
 In studio: & hos nummos dabo, quod discas mihi  
 Legere & scribere, & huiusmodi pecuniam  
 Mihi lucrifacere: sequere me. Er. Ibo obuiam & alloquar.

Co. Vide, quod hero tuo obedias, & te bene  
 Geras, & sumas urbanum vultum tibi.

Er. Salve mi Rustice. Co. detrahe pileum tuum  
 Tunquam. Gnad Herr. Er. unde aut quod tendis viam?  
 Co. Quero hic virum, qui pueros docet. Er. hic plurimi  
 Sunt tales. Co. nomen eius dictum est, sed mihi  
 Non incidit. Er. quod est principium nominis?

Co. Ille ille vocatus est, ille ille vocatus est:  
 Modo versabatur in labris primoribus,  
 Chididascus. Er. niminem ego novi huius nominis,  
 Co. Chidalascus. Er. neg<sub>3</sub>, talem noui aut vide uspiam.

**Co.** Chidimascus. Er. nihil agis. **Co.** neq<sub>3</sub> curo per Deū:  
 Satis est quod ego modo meum nomen scio.  
**Er.** Fortassis est Didascalus. **Co.** ipse est hercule.  
 Deus illum perdat! Er. quid cum illo negotij est?  
**Co.** Puerum huc affero in scholam. Er. quid ager ibi?  
**Co.** Si vultis auscultare mihi, dicam. Er. prius  
 Nomen volo scire tuum. **Co.** est longum admodum.  
**Er.** Fac breuius. **Co.** non possum: sed tentabo tamen,  
 Sum Thyrfidam et acorydonis Corydon. Er. age,  
 Nunc dic. **Co.** postquam video quod i<sup>g</sup> quiscribere  
 Et legere possunt, bene viuunt, sine manuum  
 Laboribus: & quod nos agricolæ in imbris  
 Et ventis operari nunc soli cogimur;  
**Cæpi** in animo meo, sic mihi proponere:  
Quod filium hunc volo posthac in studio alert,  
 Per annum unum aut duos: si fiat forsitan  
 Plebanus, aut scriba, aut Doctor. Er. nullam prius  
 Scholam frequentauit? **Co.** nullam: sed habet caput,  
 Caput inquam: non credis. Er. imò video caput  
 Pragrande & brassicatum, ut sic appellitem:  
 Sed ingenium non video. **Co.** tentetis igitur.  
 Nam bene cantare potest formosam Amaryllida:  
 Et vulgo dicunt, quod aut è cantu noscitur.  
**Er.** O Corydon, eruditio non ita facile  
 Acquiritur, ut tu censes. Nam quinq<sub>3</sub> aut tribus  
 Annis vix addiscet, quod tu illum mensibus  
 Duobus apprehensurum speras. **Co.** simo  
 Onerare carrum, stabula purgare pecudum,  
 Et stercore agros intra annum didicerat.  
**Er.** Non eadem caloni aptasunt, quæ Musico<sup>3</sup>

Alij

*Alij mores requiruntur in his artibus.*

*Atq[ue] en, ut hiat ore tuus iste filius.*

**Co.** Iam nunc contemp!ari & spentisare incipit.

**Er.** Quot annorum est? **Co.** viginti quatuor: ut mihi  
Sua mater indicat. **Er.** non sunt alijs tibi

Nati? **Co.** imo: sed hic est omnium pulcherrimus.

**Er.** Ridiculus es. **Co.** quare? **Er.** quia non interrogo  
De specie, sed de etate. **Co.** Cur? **Er.** quoniam hic nimis  
Consenuit. **Co.** atqui nunc est robustissimus:

*Et ad labores tolerandos aptissimus.*

**Er.** Labores rusticos: sed caloni tuo

*Sambucam non facile adaptaueris. Co.* quid hoc  
Est dicere? **Er.** filium tuum esse asinum ad lyram.

**Co.** Non intelligo. **Er.** si consilium vis, dabo. **Co.** vole.

**Er.** Quia rusticam artem iam didicit, exerceat:

*Et sorte sua, perinde ut tu pater, sicut*

*Contentus. Co.* an non speratis cum literas  
Doceri posse? **Er.** Asinus citius tangere fides,  
Camelus saltare addiscet. **Co.** veni igitur hinc  
Mecum. hodie duo arabis iugera. **Er.** ita censeo.  
Sed Priscianus ut circò expurgatus est.

## ACTVS V. SCENA III.

Priscianus, Philippus, Erasmus.

**A** Huius Philippe, nunquam in mea vita cacavi largius. Odontarij  
Nam quicquid in me sordium fuit, id omne infœ- lambici,  
dum tuum  
Illyricum egesisti. Ph. mihi certè mi Prisciane, visus es

*Omnia tua intestina effudisse : ut hereticus ille Arrius.*

*Er. quomodo iam nunc habes mi Prisciane? Pr. bene. nam  
fecibus*

*Per aluum deieclis, nibil mali sentio. Er. hem optimè.*

*Nam ego istas tibi purgationes sic euenisce admodum  
Lator, mi Prisciane. Ph. Erasme, dici certè non potest:  
Quot ille sordidos, quot putidos libros egesserit.*

*Er. Dic obsecro. Ph. primò omnium, lauellum cum omni-  
bus suis*

*Intentionibus & vijs excreuit : inde omnes libros  
Parrifiorum Sorbonistarum : tum Mamotrectum & vetus  
Catholicon, Huguitō, Grammaticā Alexandri, Gemmas itē  
Gemmarum, Ex quo. Er. quid postea? Ph. clarificatio-  
nes Lilij,*

*Cū toto Aunicenna & Haly & Rasi, tot barbaris scriptoribus.*

*Er. Nullas dominationes, nullas deiecit reuerentias?*

*Humanitates, Magnificentias? Ph. imò turpiissimas.*

*Nam gratiarum hanc actionem antistitis, seu clerici, ut vo-  
cant,*

*Habitam in cætu Monachorum totā egesit. Er. recita mi-  
hi obsecro. Ph. quod*

*Reuerentia atq; dignitates vestre hodierno prandio*

*Adesse, & reuerenda ac dignissima sua praesentia id*

*Ornare haud sunt grauatae: pro hoc beneficio reuerentiae*

*Et dignitatibus vestris, hi Quotlibetarij noui*

*Cum toto Quotlibetariorum cætu gratias agunt,*

*Quantas animis concipere possunt maximas. Er. hac ultima*

*Vſuparauit. Ph. apparet: sed ausulta. Reuerentium*

*Et dignitates vestras valde orantes, ut reuerentia*

*Et dignitates vestra, tenue hoc prandium, pro temporum*

*Herum*

Horum conditione tenuiter instructum, & equi & boni  
 Velint consulere. Er. & hanc suam latinitatem ex usu habet.  
 Ph. Passim bona se malis admiscent. Er. perge. Ph. quia  
 reuerentia

Et dignitates vestra tractata sunt adeo tenuiter:  
 Iuxta ignorantiam nostram. Er. euge! Ph. quod reliquum  
 est, reuerentia

Et dignitatibus vestris totum collegium, & hi noui  
 Quolibet arij, operam suam omnem vestris dignitatibus  
 Humanitatibusq; quam promptissimam sic deferunt;  
 Reuerentys & dignitatibus vestris sese interim

Commendantes. Er. Philippe, quis Gnatho, aut Colax, aut  
 Gelasinus (hac  
 Vsq; adeo fuit nquam impudens: aut in tantum esurij ut Eras. de con-  
 Verba suo regi in os ausus sit dicere? Ph. haud quisquam scrib. Epistol.  
 arbitror, (gas pati p. 35.)

Neg. ego me his similia unquam legere memini. Er. qui pla-  
 Possunt: qui iure perfundi, qui offe peti, qui commingier  
 Se sustinent: tamen hoc non sustinent: ut sic a ceteris  
 Salutentur, quemadmodum nos Christiani etiam viris  
 Graibus adulamur. Ph. vera profecto memoras. Er. quan-  
 do aut ubi

Licentiosus ille parasitorum effector, Comicus,  
 Talem ausus est in fabula inducere? Ph. nusquam inuenies  
 huic

Consimilem puto. Er. nusquam per Iouem. sed quidnam  
 amplius

Egesit sordium? Ph. Neuisanum cum ampliationibus:  
 Et Barberium cum rubricis suis, & Petrum Ferrerium,  
 Et spurcum Lancelottum. Præterea tot glossas rancidas,

*Tot feuda intra atq; extra curte Domini; tot Feuda Guar-dia,*

*Castaldia, Ligia, illigia, tot consilia, tot barbaras*

*Decisiones: ut dies ad enumerandum non siet*

*Satis. Nam ultra triginta sedes habuit. Er. probsum-mum Deum!* (mos.

*Quid narras? Ph. Theologos verò excreuit plures fœdissi-Bricot, Holcot, Mephret, Gritsch, Biel: Hortulum animæ, Breuiarium,*

*Confessionale & præcordiale Sacerdotum, qui habent Deuotè celebrare: quadragesimale nouum: Lumen animæ:*

*Fortalitium fidei: & quis posset hac percensere omnia?*

*Er. Miror profecto, quomodo tam largæ euacuatione homo Potuerit sustinere. Ph. penè animu deliquium expertus est.*

*Itaq; corroborantibus nunc medicamentis indiget.*

*Pr. Certè post tam largam purgationem vires corporis*

*Instaуari opus est: ut cibos ingestos possim firmiter*

*Retinere & digerere. Er. Philippe, quod factu optimum es-se censeo:*

*Ducamus hominem in pharmacopolium aliquod: atq; ibi floribus*

*Poëtarum corroboremus. Ph. sic equidem iam censeo.*

*Er. Nam melle condita iuuant plurimum. Ph. sed quod potissimum*

*Pharmacopolium intrabimus? Er. Frobenij. Ph. non abnuo:*

*Sed tamè etiam Egenolphus habet in suo Myrothecio bonas Confectiones plurimas. Er. etiam illic promemus aliquas*

*Electaria. Ph. nec non Oporinus, Plantinus, Rihelius,*

*Vvechelus, Vignon, Corynus, Episcopius, Feirabendius,*

Es

*Et in primis Henricus Stephanus babet conseruas optimas:  
Longolios & Bembos in literis humanioribus,  
Item Scaligeros, Sadoletos, Muretos, Lambinos: item  
Manutios. Er. & Stephanos. Ph. Camerarios. Er. &  
Linacros.*

*Ph. Micyllos & Cordos. Er. & Moros. Ph. in medicina  
Fuchfios,*

*Fernelius, Valleriolas, Andernacos, Cornarios.*

*Er. In Iure Zafios, Ramos, Menochios. Ph. ijs*

*Certè ventriculi, iecoris, cordis, reliquorumq; viscerum  
Vires corroborabis optimè. Pr. consentio hercule.*

*Ph. Tum Theologorū, qui nunc eleganter scripit ant, libros  
Innumeratos. Er. sic est. Ph. quin ergo illuc ibimus. Er.  
earnus. Pr. sequor.*

*Vos spectatores, non est, quod nos expectetis hic: apud*

*Frobenium & Oporinum Priscianus roborabitur:*

*Vos autem, quia & ipsi colaphos mihi impiegistis plurimos:  
Nec dum veniam à me petiūstis: tum demum eam impetra-  
bitis:*

*Si & pōst graues à me, atq; iniurias abstinuerit manus:      Duo Senarij.  
Et quod postremum est condimentum fabula:  
Mihiq; gregiq; voletis huic applaudere.*

## AVCTORIS AD LECTOREM

æquum, admonitio.

**N**e quis in hoc Dramate existimet à me re-  
prehendi, aut studia Philosophica, aut  
doctrinam medicam, aut disciplinā iuris  
ciuilis, aut deniq; hanc aliámue religio-

nem: sciat æquus lector, nihil h̄ic taxari, nihil rideri, nihil carpi præter sordidum sermonis genus: quod superioribus seculis, omnia artium & doctrinarum studia, quasi diluuium quoddam inundauit. Evidet Thomas & Scotus, tam profundè fuerunt docti: ut mihi videantur multa in Philosophia vidisse, quæ ipsum Aristotelem latere potuissent: sed genus sermonis, quo utuntur, tam ineptum est, tamque insulsum, ut nihil possit dici ineptius, nihilq; insulsius. Quod autem mores Quotlibetarij sacerdotis è Malleolo carpuntur id boni & innocentes, non ad se, sed ad malos pertinere sciant. Nam horum luxuriæ, Næuisanus in sylua Nuptiale eandem, quam nos, medicinam adhibet. Neq; Philippus aut Erasmus in hoc drame de negotio religionis, aut de articulis fidei disputatione: sed tantum de studijs agunt humanioribus, & de rebus, quæ pertinent ad uniuersos. Qua quidem de re breuiter te admonendum esse putauimus, ne quis calumniator, aut sycophanta mentem & nostram, & nostrorum verborum temerario ausu possit inuertere. Vale & Priscanum saucium pro tua virili sana & cura. Argentorati, Anno &c. 8. 8. Calen.

Januarij.

— 60. —



VENVS



V E N V S.

TRAGOEDIA NOVA: EX LI  
bro primo Aeneidos Virgilij.

GENEROSIS ET VERE ILLVSTIBVS  
Dominis: D. Conrado, D. Adeluuico, & D.

Hermanno: Comitibus à Tübingen: Dominis  
in Lichtenecck, &c. suis Dominis obseruan-  
dis, S. P. D. Nicodemus  
Frischlinus.

**C**VM adhuc Tübingæ, in mea Patria, prælegerem stu-  
diosis literarum adolescentibus, Virgilij Aeneida: id  
negotij credebam mihi datum: ut studijs discentium  
prodeisset, quem tunc in prælegendo suscipiebam, la-  
bor. Nam & de rebus, quæ in eo opere tractantur, & de ver-  
bis, quibus istæ res à Poëta exprimuntur, tum ipsem et cogi-  
tabam diligenter, tum auditores quoq; meos diligentissimè  
coœitare iubebam. Et si enim res quæ ibi tractantur, magna  
ex parte sunt fictæ & fabulosæ: tamen ita fictæ sunt, ut aliquæ  
veri habeant similitudinem: & ut moneant lectorum de rebus  
veris, maximeq; arduis Sed quia nos iam olim, de varie-  
tate rerum optimarum & maximarum, quæ in Aeneide pro-  
ponuntur, peculiarem orationem scripsimus: ideo lectorum  
eò remittimus Iam enim de verbis, eorumq; imitatione dun-  
taxat aliquid hoc loco præfari constituimus. Nam in hac re  
omnis virtus oratoris perfecti consistit, ut aptè possit verba &  
Phrasin veterum auctorum imitari: & quasi consimilia quæ  
dam opera antiquis operibus efforinare. Quare in explica-  
tione

tionē verborum primā dābam hanc operam: ut ostendere, quid esset propriè dictum, quid figuratè, quid usitatè, quid Poëticè. Deinde paraphrasin dictabā. cuiusmodi edita est à nobis, in Bucolica & Georgica Virgilij, & in Satyras Persij. & cuiusmodi habemus scriptā à nobis, in Epistolarū libros Horatij. Postremò etiā hoc agebamus: ut absolutus liber in formā Tragœdiæ redigeretur: ita ut à me prælecta & à pueris percepta, possent in scenam produci. Nam hac ratio ne putauimus, etiā memoriaz adolescentium exercenda, & aptæ actioni comprande, non male consultum iri. Etsi autē eam grandiloquentiam non sumus consecuti, quam Seneca in suis Tragœdijs, & quam Buchananus noster, in suo Iephthe: id tamen operæ à nobis datum fuit: ut Phrasin Virgilij retineremus: & quoad eius fieri posset, nullum aliunde verbum quereremus. Hoc studium nostrum, cum amicis nostris probari videremus: pas si sumus annis superioribus, unam illarum Tragœdiarum in lucem prodire: quæ Dido inscribitur: & ex quarto Virgilij operis libro petita est. Hanc autem Venerem, ex primo eiusdem operis libro conscriptam Comœdiā, ut vobis, generosi atque illustres Comites, potissimum dedicare, in causæ fuerunt non omnino nullæ. Nam Iulium meum, cùm is Tübinger ageretur, me adhuc extra patriam apud Carniolanos com̄morante, vos applausu vestro mirificè approbastis: cumq; is in lucem iam prodeat: volui hanc Venerem ei esse comitem; quando Venerem Poëtæ aliás dicunt gentis Iuliæ, ab Aenea ortæ, primam parentem extitisse. Accedit huc, quod vos me, meamq; familiam, è peregrinis locis in patriā reversos, summa humanitate exceperitis, & tantis affecitis beneficijs, quanto nos nullo unquam tempore compensare poterimus. Atq; utinam cœptā in explicatione Dialecticæ meæ telam, licuisse mihi pertexere: quandoquidem vestram diligentiam, & studium discendi, tam ardens in vobis animadverti. Sed quia typographorum inopia factum est, ut huc proficisceret, librorum edendorum causa, dabitis vos absentiæ meæ veniam; & hac

hac Venere mea desideriū mei interim exatiabitis. Vbi Ari-  
stophanem & Callimachum meum uidero in lucem editos,  
cum Paraphraſtica interpretatione Virgilij, Horatij & Perſij;  
nec non meam utramq; Grammaticen, & meum Nomen-  
clatorem, & meas oīnes Comedias, uno comprehensas vo-  
lumine: ibi demum constitui meam reuisere familiā. Nam  
hiſce operibus meis extremam volo addere manum: & eam,  
quæ in corrigendis Typographorum erratis insumitur opera,  
ipſemet mihi ſumere: ut libri mei, quoad eius fieri potest, e-  
mendatissimi in lucem prodeant. Ante omnia autem huic  
impulit splendor familiæ & virtutum vestrarum, ut hanc Ve-  
nērem vobis consecrarem. Nati enim eftis ex ea familia, quæ  
cūm oīm ampliſſimā teneret ditiones in omni Suevia, plae-  
rasq; poffeſſiones suas, ad cultum religionis & ad ſtudia pie-  
tatis contulit. Nam Rudolphus, Palatinus Tubingensis, circa  
annum Christi millesimum octogesimum, nobile illud & o-  
pulentū monaſteriū fundauit Bebenhusium; Et Mangoldus  
atq; Anſhelmuſ, Palatini Tubingenſis, Blaubiriam, ad fontes  
Blaui, & Anhuſium, in valle Brentiana duo ampliſſima mona-  
ſteria poffuerunt. Marquardus item, ſi nomen recte memini,   
comes Tubingenſis, minorem Augiam, in lacu Brigantini in-  
ſula ædificauit. Quid dicā de Hugone, Palatino Tubingenſi,  
comite Brigantiae, Domino Ruggae & Gerenuſij, qui aduer-  
ſus Guelfum Bauariae ducem potentissimum, arma geffit, &  
vim ſibi inferentem, in campis Tubingenib⁹, ingenti prælio  
superauit. Habetis, ni fallor, præcipuos familiæ vestræ heros-  
ēs, à ſexcentis annis ad hunc uisque diem repetitos, atq; à me  
conſignatos: quorum viuitates, tanquam domesti. ūm exem-  
plum, vobis quotidie versantur ob oculos. Sed cum inanis sit  
illa gloria, quæ in veterum imaginibus poſta eſt: niſi propria  
virtus ad illam accedat: vos certe omne punctum aufertis, qui  
acceptam à maioriibus vestrī lucem, vitæ vestræ actionibus  
adeo non obsuratis, ut eam longè, quām fuit unquā, illuſtrio-  
tem tēdatis. Quæ enim hæc eſt pietas vestræ? qui amodo,

Etinæ

Etrinæ coelestis? quod vos sacras conciones non auditis tantum, sed etiam calamo excipitis? Quæ ista humanitas vestra, quod viros doctos & literatos, tanto amore prosequimini? ut maiore prosequi non possitis? Quæ isthæc discendi cupiditas, quod non modò publicas lectiones frequentatis, sed etiam priuatæ exercitationibus domi intra vestros parietes quotidie operam datis? Et quid ego te laudem, Conrade, aut quid te prædicem? Vereor certè, ne si in os te laudem, videar iuricis meis adulari tibi velle. Sed siue ita illis videar, siue non: dicā quod me Θυμὸς γῆθεσι μελένει. Etsi enim tacere vellem de tuis laudibus, tamen non sineret me tacete illa virtus tua, quæ nuper admodum declinavit oratio tua, tam docta, tam polita, tam sapiens, tam grauitate te dicta: cùm tu in cœtu scholastico abdicares te magistratu Academico: quem præterito hoc semestri, fun. ma cum dignitate & summa cum laude, gessisti. Quid dicam de meo Adeluioco, de meo Hermanno: duobus illustrissimis animis? Nam quoties illius conuersationis uox, tam suavis recordor: quoties nostræ Musice: quoties colloquiorum: toties mihi refricatur summum illud, & vix effabile desiderium, vos reuilendi. DEVS optimus Maximus vos cum vestro piissimo, & doctissimo præceptore Caspero Kanter giesser: viro integerrimo & amico meo suauissimo, nō modò ad redditum meum, sed deinceps quoq; per omnem vitam, diutissimè seruet incolores: idemque studia vestra dirigat, ad Ecclesiæ suæ, Reiq; publ. utilitatem, ad ciuium vestrum salutem, ad nominis vestri decus & ornamentum. Argentinæ, Idibus Nouemb. Anno 84.



VENVS: TRAGOEDIA NOVA  
 ex primo Libro Aeneidos,

## P E R S O N A E.

IVNO Dea	VENVS,Dea.
AEQLVS, Deus	IVPITER,Deus.
CHORVS,Nereidum.	ILIONEVS.
AENEAS,Rex.	DIDO,Regina
ACHATES.	CVPIDO,Deus.

## ACTVS I.

## IVNO.

**M**ENEigitur incepto meo desistere?  
 Nec posse Regem Troicum solo Italie  
 Auertere? an fatis prohibeor cælitum?  
 Pallásne classem exurere potuit hostium:  
 Pontoq; Græcos turbido submergere:  
 Vnius ob noxam & furorem Oilei  
 Aiaci? ipsa Iouis coruscam è nubibus  
 Iaculata flamمام: dispulit quassas rates:  
 Ventisq; pelagus eruit rapidissimis.  
 Illum euomentem pectore ignes, turbine  
 Corripuit: & scopulo improbum affixit virum.  
 Ego verò, quæ regina divisorum, & lovis  
 Incedo soror & uxor, uno cum Phrygum  
 Populo tot annos(proh nefas!) bellum gero.  
 Et quisquam adoret numen hinc Iunonium?  
 Arisue supplex post honores inferat?

## AEOLVS, IVNO.

**V**IX carcere Aeolio Notorum murmura,  
 Ventosq; nauifragos premo: vix nubilos  
 Refreno nimbos: vix domant Eurum iuga  
 Imposita

*Imposita montis, cum parietum vinculis:  
 Mihī molliendi sunt animi: & irā furor  
 Attemperandus vocis est dulcedine:  
 Sceptroq; moderandus furoris impetus.  
 Nisi faciam: terras, mariaq; & sydera,  
 Secum ferant rapidi, & per auras distrahant.  
 Hoc pertimens, sator ille rerum Iupiter,  
 Molemq; montesq; insuper celsissimos  
 Imposuit: & Rēgem dedit: qui fēdere  
 Aequabilis ciat premere, laxasq; eis  
 Dare, iussus à Dijs, habenas cœlicis.  
 Iu. Hec Aeolia: ubi vētus est furentibus  
 Austris locus: video Aeolum, regem leci.  
 Supplex ad isthunc utar equis vocibus.  
 Aeo. Quid mœsta vultum, Iuno, molire buc gradum?  
 Iu. Aeole, tibi nāq; Deūm & hominum rex pater  
 Mulcere fluctus: ac Notis attollere  
 Pelagus dedit. Gens mihi inimica nauigat  
 Thuscum aquor, Ilium & penates Troicos  
 In Italiam portans. Age Austris incute  
 Vim turbis: puppesq; submersas aquis  
 Obrue marinis: aut virorum corpora  
 Nauesq; disjice pelago. Sunt Aeole,  
 Mihi quatuordecim puellæ virgines:  
 Quarum venustate omnium pulcherrimam,  
 Tibi dicabo Deiopeam propriam:  
 Stabiliq; iungam coniugem connubio:  
 Omnes ut annos pro hisce meritis maximis  
 Tecum exigat: pulchraq; prole te patrem  
 Faciat. Aeo. Tuus, regina cœli, quid velis,*

Disqui-

Disquirere labor: mihi capessere iussa fas  
 Est: tu mihi hoc, quodcunq; regni, tu Iouem,  
 Tu sceptra concilia maris latissimi:  
 Tu me Deorum epul: dedisti accumbere:  
 Tu me potentem Aquilonij nimbi facis.  
 Atq; en: cauum Regina montem cuspide  
 Impello conuersa, in latus. Iu. Proh Iuppiter,  
 Quam celeriter, quam porta data, venti ruunt?  
 Quanto agmine erumpunt? maria quo turbine  
 Terrasq; perflant? quot procellis Africus  
 Crebescit: & quos excitat fluctus mari?  
 Aeo. Regina cœli, nata Saturno, aspice,  
 Nubes ut eripiant diem, & nitidum iubar  
 Solis, Phrygum ex oculus: ut intonent poli:  
 Ut promicent ignes: ut attra nox mari  
 Vasto incubet. Iu. Voces virorum exaudio.  
 Aeo. Et iam rudentum stridulorum murmura.  
 Iu. aduersa velum istud procella concutit.  
 Aeo. Et remus illuc frangitur, Iuno viden?  
 Iu. Auertit hic se prora, & undis dat latus.  
 Aeo. Montes aquarum prospicio subito, Dea:  
 Aestus furit arenis: aperit fundum maris  
 His cens aqua inter fluctuum voragini.  
 Iu. In nunc genus Veneris: pete per undas solum  
 Agri Latini: pete negatas Dardano  
 Sedes. Beatum ô ter quaterq; filium  
 Veneris: patrum si ante ora sub celso Ilio  
 Oppetere contigisset: ubi savus iacet  
 Hector, ubi Sarpedon: ubi Simois rapax,  
 Tot arma, tot galeas, sub undis contegit?

C

Tot fortia virorum volutat corpora.  
 Aeo. En Iuno, habes, quod me rogasti: tres Notus  
 In cæca saxa torquet abreptas rates:  
 Itali vocant aras medijs in fluctibus:  
 Immane dorsum: tres ab alto marmore  
 In brevia, Syrtesq; urget Eurus: & vadis  
 Illidit: unam, que vehit Lycium ducem,  
 Auertice ingens pontus in puppim ferit.  
 Pronus Magister in caput deuoluitur.  
 Illam rapidus ividem agit fluctus maris  
 Circumrotatam: & naufragus vortex vorat,  
 Rari natantes in mari vasto procul  
 Visuntur, & virum arma, tabulaq; & Phrygum  
 Gaze per vndas, & ruina Troicae.  
 Iam fortis Ilionei ratem, iam prouidi  
 Carinam Achatæ: & qua senior Abas venit  
 Inuectus, & qua venit Alethes grandior,  
 Omnes hyems aduersa vicit: omnium  
 Latera faticunt, dirutis compagibus:  
 Imbremq; rimis hauriunt latissimus,  
 Sed ecce turba moesta adest Nereidum.

## CHORVS NEREIDVM.

Choriambici.

**M**ISCIERI pelagus murmure naufrago,  
 Emissamq; hyemem rex maris inclitus,  
 Imis stagna vadis eruta peruidet:  
 Commotus grauiter, coerulea maris  
 Ex vnda placidum iam caput extulit:

Diflectam

Disiectam tumido prospicit aquore  
 Classem Dardanidum: fluctibus obrutos  
 Troas: nec violens ira Deum latet,  
 Iunonisq; dolus plurimus aspera.  
 Ergo aequor tumidum non male temperat:  
 Iamq; ad se Zephyrum conuocat & Notum:  
 Atque illas rigidis vocibus increpat.  
 An vestri generis vos, ait, hac tenet  
 Confidentialia: iam terram ut & athera  
 Permisere, meo sic sine numine,  
 Aufis tumidiq; quos ego! sed mare  
 Commotum satius nunc mihi sistere.  
 Maturate fugam flabra Aquilonia,  
 Regi q; Aeolio hac dicite nuncia:  
 Non illi imperium forte datum maris,  
 Nec sceptrum trifidum, sed mihi contigit,  
 Immanes scopulos, saxa q; grandia,  
 Vestras, Eure, domos, iste habet arbiter.  
 Hac se aula tumidus iactiter Aeolus.  
 His dictis Zephyros placat & aquora:  
 Et collecta fugat nubila ab athere.  
 Triton cœruleus, Cymothoe simul  
 Detrudunt scopulo Dardanias rates:  
 Rex Syrites aperit ipse tridentiger:  
 Et sceptris validis aquora temperat:  
 Ac summas leuibus currit aquas rotis.  
 Ut magno in populo cum subito extitit  
 Ingens seditio: plebs animis furit  
 Suis. Iamq; faces saxa q; prouolant.  
 Ira hic arma facit: tela parit furor.

Tum si quem merit is fortè grauem virum  
 Conspexere, silent: & simul auribus  
 Adstant morigeris. Ille animos regit  
 Dictis, ille leuat turbida pectora.  
 Sic cunctus pelagi iam cecidit fragor:  
 Postquam prospiciens aequora rex mari,  
 Cœlo flectit equos, laxaque provolans  
 Curru lora dedit, numine prospero.  
 Defessi Aeneada proxima littora  
 Contendunt petere: & iam Libyam tener:  
 Quâ perstat resonis littoribus locus:  
 Portumque acta fretis efficit insula  
 Obiectu laterum: quis aqua frangitur.  
 Hinc atque hinc scopuli, saxaque prominent:  
 Quorum sub latebris aequora confident.  
 Tum syluis nigricans scena virentibus,  
 Umbrosumque nemus desuper imminet.  
 Dulces intus aqua, viua sedilia,  
 Nymphaeum domus. hic vincula non tenent  
 Naues, non cohicens alligat anchora.  
 Huc septem ratibus Dardanidum nepos  
 Aeneas subiit: turbaque remigum,  
 Optatae potitur littoribus plaga.  
 Atque artus madidos aequore, recreat.  
 Sed rex Troius adest cum comite optimo.

## ACTVS II,

Aeneas, Chorus, Achates.

Por-

**P**ortum petamus iterum Achate: inq<sub>3</sub> socios  
 Hac partiamur: vina que cadis  
 Onerauerat Acestes, in ora littoris  
 Trinacrij: dederat q<sub>3</sub> ituris: diuidam  
 Socijs egomet: animosq<sub>3</sub> tristes erigam.  
 Ch. Profare, quid rerum geratis in his locis?  
 Aen. Heu triste passi naufragium, in hac littora  
 Appulimus, ignari locorum, nesciū  
 Hominum. Ch. viæ comites ubi? memora mihi.  
 Aen. Corruptam aquis Cererem: armaq<sub>3</sub> cerealia  
 Torrere flammis apparant, & frangere  
 Saxo. Ch. Vnde tu tenes iter? an à littore?  
 Aen. Scopulum modò huius littoris celsissimum  
 Conscendi, & omnem penè conspectum maris  
 Lati petui: si biremes Dardanas,  
 Et nauitas Phrygios viderem: sed ratem  
 Nullam uspiam. Ch. Præda unde venit hæc tibi?  
 Aen. Tres fortè ceruos littore errantes procul  
 Aspicio: quos armenta tota in vallibus  
 Sequuntur: & longum agmen una paseitur.  
 Hic constitui, atq<sub>3</sub> arcum manu Cortynium;  
 Celeresq<sub>3</sub> corripi sagittas illico:  
 Quæ tela sidus hic gerebat armiger:  
 Iposq<sub>3</sub> ductores, capita sublimia  
 Altè ferentes cornibus latissimis,  
 Consterno: tum reliquum omne vulgus misceo,  
 Telis agendo, frondeum inter hoc nemus.  
 Sed iam revisendi: ocyus sunt milites.  
 Tu sequere me celeri gradu. Ach. sequor illico.  
 Ch. Exprome, quod prius rogabo. Ach. non vacat.

Morare: dum reuertar buc, tum dixero.  
 Aen. O milites socij (haud enim ignari sumus  
 Vita malorum) o duriora pericula  
 Pasq; dabit Deus etiam his finem malis.  
 Vos & Charybdis barathra: vos Trinacriae  
 Scyllæ latebras: vos Cyclopea littora  
 Accedit. Eia animos resumite, & procul  
 Mæstum timorem mittite: hoc quoq; forsitan  
 Meminisse nunc olim iuuabit. Aspera  
 Per lubricas sortis vias: per plurima  
 Discrimina imus ad petitos limites:  
 Vbi si fatigatus offerunt accommodas.  
 Ilic resurget Ilium: & Trois domus  
 Aeterna. durate interim, & vosmet bonis  
 Seruare rebas. Ach. præda adest: iam diuide.

## VENVS, IVPITER.

**O** Qui Deumq; hominumq; res cœlestibus  
 Regis Imperij: saeuoq; terres fulmine:  
 Quid potuit Aeneas meus? quid exules  
 Potuere tantum in te Phryges committere?  
 Quibus tot arumnas, tot atra funera  
 Sine fine passi, cunctus ob Italiae solum  
 Orbis plagarum clauditur? certè hinc duces  
 Fore Romulos pollicitus es: voluentibus  
 Annis, Phrygum à stirpe reuocata: qui mare  
 Terrasq; sub iugo tenerent perpetim.  
 Quæ te, pater, vertit animi sententia?  
 Evidem ruinas Pergami, & casum Ily

Solabar

1

Dum tertia Latio sedentem viderit,  
 Sceptrumq; gestantem Italæ astas: ternaq;  
 Rutulis subactis bruma iam trasuerit.  
 At Ascanius Iulus, ut iam nomen est:  
 Ilus erat, Ilia dum stetit regno salus:  
 Explebit annos ter decem imperio nouo:  
 Regnumq; transferet à Lauinis sedibus:  
 Albamq; longam muniet ui plurima.  
 Hic iam trecentas evolutis mensibus  
 Regnabitur hyemes, sub Hectoreo poplo:  
 Regina donec Ilia Sacerdos Rhea,  
 Prolem gemellam, Marte gravis partu dabit.  
 Exinde fuluo tegmine altricis lupæ  
 Latus paternam Romulus gentem, bonis  
 Excipiet auspicijs, & urbis Martia  
 Nova ponet in solo Latino moenia:  
 Suoq; Romanos vocabit nomine.  
 H. ego, Venus, nec terminos, nec tempora  
 Pono: imperium sine fine do: quin aspera  
 Mea Iuno: qua mare nunc fatigat & polum,  
 Omniaq; territat metu: mox omnia  
 Consilia referet in melius: & Romuli  
 Gentem togatam, atq; Dominam rerum omnium,  
 Mecum fovebit. sic placet. Labentibus  
 Adueniet etas temporum lustris: domus  
 Cum Dardani, Phthiam & Mycenas sub iugo  
 Premet: subactisq; Danais dominabitur.  
 Nasceretur bac Troianus ex origine  
 Julius: Iulo ex Troico nomen gerens  
 Cesar: suum Imperium polo qui terminet,

Famamq;

Famamq; terra finibus non finiat.  
 Hunc tu virum secura quondam, ditibus  
 Spolijs onustum Orientis accipies, Venus,  
 Cœliq; regnis inferes sublimibus.  
 Votis quoq; hic, ut calites, vocabitur.  
 Tum seculum mitescit asperum, Venus:  
 Pax orbe toto, bella composita omnia  
 Vesta & Fides, pio Quirinus cum Remo,  
 Iura populis dabunt: repagulis ferae  
 Claudentur armorum fores: furor impius  
 Sæva super arma intus sedens, & aneis  
 Post terga nodis vincitus, horrido fremet  
 Cruentus ore. Ve. bius acquiesco luppiter  
 Oraculis: animumq; venturis meum  
 Nunc erigo fatis: tibiq; grates ago.  
 Ju. Atq; ecce nata: filium Maia editum  
 Demittam ab alto: ut lliensibus nova  
 Carthaginis pateant domus: ne nescia  
 Fatorum Elisa, finibus procul arceat.

## C H O R V S.

## Choriambici,

**Q**uem vultu patrio Iuppiter aspicit,  
 Sortis despiciet tela volubilis.  
 Non illum pelagi vis Aquilonia:  
 Non flamma & rapidi magna Iouis manus  
 Syncerum solida mente quatit: neq;  
 Auster, dux tumidi turbidus Adriae.  
 Si confracta poli machina corruat

Terraq; impavidum concutiet fragor.  
 Arte hac Tyndarides, & vagus Hercules  
 Innixus, nitidum contigit athera.  
 Hac te Bacche Pater, promeritum tua  
 Subuexere Tygres, indocili iugum  
 Collo suppositæ: hac arte Acherontia  
 Aeneas fugiet cœna voraginis.  
 Tunc tantum, ô generis Dardanij sator,  
 Pollens horrisco fulmine Iuppiter:  
 Problem haud degenerem, respice Troicam.  
 Dum busto Priami, dum Paridis pecus  
 Insultet cineri, stet Capitolium  
 Quondam, resq; Asia Roma ferox premat:  
 Medis Romapotens iura det Itala:  
 Et latè horrificum nomen in ultimos  
 Extendat populos: quæ medius liquor  
 Europam à Libyco littore diuidit:  
 Quæ Nilus restuo prata rigat lacu.

At tu progenies vera Deum, sacer  
 Aenea, hunc animum rebus in asperis,  
 Serua: quodq; facs, perfice sedulò:  
 Ne te deicant dura pericula,  
 Conturbentq; animum fatam minantia.  
 Informes hyemes Iuppiter aduehit,  
 Atq; idem remouet: si male nunc erit:  
 Non sic semper erit: quondam etiam pater  
 Musam, quæ tacuit, pectine suscitat:  
 Nec semper iaculum dirigit hosticum.  
 Rebus tu dubijs esto animosior:  
 Idem vela nimis turgida contrahesi.

Cùm

Cūm venti nimium flant tibi commodi.

## ACTVS III.

Aeneas, Achates, Venus.

**L**Vx alma cœlo reddit a est: Achate ades.

Ac. Assum pater, classemq; nemorum rupibus  
Sub excavatis abdidi, clausam arborum  
Vmbris. Aen. locos spectarier libet nouos.

Ventoq; quas accessimus terras. Ach. utrum  
Homines ferane locum colant, ego nescio.

Aen. Inculta video hic omnia. Ac. gradum reprime.

Hic virgo venatrix it obuiam, gerens  
Habitu Lacane, namq; suspendit humeris  
Arcum: & comas ventu dedit diffundere.

Aen. Nuda est genu: collecta nodo amplos sinus.

Ve. Heus vos: mearum si sororum quam piam  
Vidistis errantem via: monstrate eam.

Pharetram gerit: succincta lyncis tegmine?

Apri prementem forsan clamoribus  
Cursum audistis? Aen. nulla mihi visa est: nego

Audita virginum tuarum. Sed quid hoc?

O virgo, quam te esse memorem? namq; haud tibi

Mortalis est vultus: nec hominem vox sonat.

Dea es. an Diana, an Oreadum una sanguinis?

Sis propitia, & nostrum laborem subleues.

Et quo sub axe, quibus in oris exules

Iactemur, edoceas. Locorum nescii

Hominumq; oberramus: Noto huc & fluctibus

Pulsi: tibi ante focos manu nostracader

Melita

**M**ulta hostia. Ve. haud equidem, viri fortissimi,  
Honore me ista dignor: hic puellis Africis  
Mōs est, pharetrā gerere, & altè desuper  
Vincire purpureo Cothurno tibias.

**T** Punicā vides regna, Tyrios, & Agenoris  
Hanc urbem, & oram littoris Libyci: genus  
Hominum potens, & bellicā intractabile  
Virtute. Dido urbe Tyria profecta agrum  
Hunc occupauit: & loci imperium tenet.  
Postquam feroceſ fratriſ effugit manus.  
Longa est, atroxq; iniuria: ambages rei  
Longa. Sed ubi me audire vobis allubet;  
Hic ſumma rerum perſequar fastigia.

**A**e. Imò lubet. Ac. lubet & mihi: modò ediffere,  
Ve. Erat Sicheus huic maritus fœmina,  
Ditifimus Phœnicum agri: ſue intimo  
Amore dilectus marite. Cui pater  
Primo iugārat omine intactam nurum.  
Sed tunc habebat Pygmalio regnum Tyri,  
Germanus huius: qui ſceleribus cateros  
Superabat omnes. Hos medius inter furor  
Venit. Sicheum ille impius fororium,  
Amore cœcū auri: ad aras barbaro  
Clam ſuperat incautum enſe: ſecurus ſue  
Germana amorum. poſt diu nefarium  
Celauit hoc facinus: & agram (plurima  
Simulans malus) ſpe vanā amantem diſtulit.  
Sed imago coniugis inhumati ſe obtulit  
In ſomno Elīsæ: os pallidum attollens modis  
Miris, cruentas fratriſ aras, & truci

*Traiecta ferro pectora, & cæcum domus  
 Scelus retexit omne. tum celerem fugam  
 Arripere suadet, & Tyro decedere.  
 Veteres simul tellure thesauros sua  
 Recludit: auxilium via, quam ceperat:  
 Argenti & auri pondus ignotum prius.  
 His motarebus Elisa, socios & fugam  
 Parabat. Omnes, quibus odium erat, aut metus  
 Aliquis tyranni, exinde conveniunt: rates,  
 Quæ tunc paratae, forte corripiunt: eas  
 Auri opibus onerant. pelago auari regium  
 Portatur aurum parricidae. Fœmina  
 Dux facinoris, demum ad loca hac amplissima  
 Venere: ubi noua nunc videbis mœnia  
 Carthaginis. namq; hic solum terra Africæ  
 (Byrsam vocant de nomine rei, quæ accidit)  
 Mercata Dido Elisa: quantum possiet  
 Circum dare corio bouis: fessos ubi  
 Socios, quo ad profici serentur, reficeret:  
 Corium secari iussit in tenuissimas  
 Partes. Ach. Pape, quæm astuta fuit, hec fœmina?  
 Ve. Sed vos agite, qui tandem? iter quibus è locis,  
 Aut quò tenetis? quas ué ad oras tendit is?  
 Ae. O Diua, si prima repetam ab origine: & yaces  
 Audire commentaria, aut volumina  
 Nostri laboris: antè componet diem  
 Hesperus Olympo. Ve. effare, dum vacat mihi.  
 Ae. Nos Ilio, (si forte vestras Ily  
 Nomen per aures iuit) æquora per mari  
 Diuersa vectos grauis hyems his appulit*

Terrie

*Terris. Ego pius ille sum Aeneas, Dea:*  
*Qui ex hoste raptos veho penates Troicos:*  
*Fama super conuexa cœli cognitus:*  
*Ab Ioue genus summo: Italiam quero patriam:*  
*Phrygium petui bis decem mare nauibus:*  
*Viam Dea monstrante matre commodam:*  
*Superum secutus fata, vix septem rates*  
*De classe tanta, diruta undis ac Notis,*  
*Miserè supersunt. Ipse non notus viris,*  
*Inops, egens deserta Libyæ peruagor:*  
*Europa & Asia pulsus. O fors lubrica,*  
*Vt nemini hac in luce perpetuò es bona!*  
*Ve. Quisquis es homo, haud, credo, Deis cœlestibus*  
*Invisus auras carpis ætherias: novam*  
*Qui tetigeris Carthaginem: perge hinc modò:*  
*Et perfer alta ad tecta Reginæ gradum.*  
*Nam tibi relatam nuncio classem, & viros*  
*Reduces, & in tutum rates Aquilonibus*  
*Versis reductam: ni parentes inscū*  
*Docuere frustra auguria. Cygnos aspice*  
*Duodecim latos, in uno hoc agmine:*  
*Quos lapsa cœlitus Iovis aperto æthere*  
*Turbabat ales: nunc humum longo ordine,*  
*Aut hic capere evidentur: aut captas humi*  
*Despicere: ut illi lusit ant reduces modò,*  
*Stridentibus pennis, & æthera fulgido*  
*Cinxere cœtu: ut cantibus circumsonant:*  
*Haud aliter & puppes tuae, & pubes tua*  
*Aut obtinet portum, aut subit pleno ostia*  
*Nunc carbaso. Perge modò, & hinc, quæ te via*

Ducit

Ducit, gradum dirige. Ach. hominum fidem! quid hoc?  
 Ceruice ut hæc rosea resulget? ut sacro  
 Diuinum odorem vertice ambrosiæ come  
 Spirant? pedes ut vestis imos obruit?  
 Aen. Quid obsecro falsis imaginibus tuum  
 Sic filium ludis, Venus? cur dexteræ  
 Hanc dexteram non iungere datur, ac sonos  
 Audire veros, & tibi it idem reddere?  
 Ach. Euanuit. paremus hinc abitum pater,  
 Gressumq; tendamus noua hæc ad mænia.

## C H O R V S.

Choriambici Glyconij Anapæstici.

**O**scuro Venus hos aëre vestiūt,  
 Et densis nebula sepsit amictibus:  
 Ne quis posbit eos cernere comminus,  
 Moliriue moram, aut precipitus via  
 Causas poscere plurimas.  
 Sedes ipse suas lata reuifere  
 Iam nunc instituit: templa Paphi petens:  
 Centum quâ viridi thure calent foci,  
 GRATISq; ara recens halat odoribus.  
 Illi autem interea viam,  
 Qua monstrat semita, corripiunt:  
 Iamq; tenent collem, qui plurimus  
 Vrbi imminet: adversasq; arces  
 Aspectat. Rex molem Aeneas  
 Miratur: quondam magalia:  
 Miratur portas, & strepitum,

Et strata viarum. Instant Tyrīj  
 Ardentes, pars muros ducere:  
 Moliriqz, arces, & mœnibus  
 Subvoluere saxa: aptare locum  
 Pars tecto, & sulco concludere.  
 Hi iura magistratusqz legunt,  
 Sanctumqz Senatum. Illic portus  
 Alij effodiunt: alijs alta locant  
 Fundamenta theatris: rupibus  
 Excidunt immanes alijs  
 Decora alta columnas. Qualis apes  
 Aestate noua, per florentia  
 Rura exercet sub Sole labor.  
 Cūm gentis adultos educunt  
 Fœtus: aut cum liquida stipant  
 Mella, & dulci nectare cellas  
 Distendunt: aut onera accipiunt  
 Venientum: aut agmine factō pecus  
 Ignorum arcent à præsepibus.  
 Feruecit opus, redolent qz thymo  
 Fragrantia mella. Vrbs Imperij  
 Romani surgit sic emula.  
 Heu quantas olim acies ambæ  
 Gentes miscebunt! dum Scipio  
 Subvertat, qua nunc ponuntur  
 Venturo hic Annibali mœnia.

## ACTVS IIII.

Aeneas, Achates, Chorus.

Oves

**O**ves beatos Africa terra incolas:  
 Quorum secundo Marte surgunt mœnia!  
 Quando illa lux est affutura: qua nouam  
 Genti mea urbem condere liceat mihi?

**A.** Rex Troici sanguinis & inclytum Veneris genus  
 Quid mente versas tacitus? aut quales geris  
 Animo impetus? Aen. fastigia urbi inclytae  
 Suspicio: & hoc umbra nemus letissimum  
 Intueor: in primis trabes has æreas,  
 Hos æreos templi gradus. hac limina  
**A.** Admiror. **A.** ingens & opulentum est nimis  
 Hoc templum, ut apparet. Aen. quid autem hoc est nouis?  
 Videóne pugnas Ilienses, bellaq;  
 Totum per orbem sparsa iam rumoribus?  
 Confido melius rebus afflictis fore.  
**Ach.** Quid gestitas? Aen. Achate, quis locus, queúe regio?  
 Nostri laboris non referta est? En meus  
 Hic Priamus: hic etiam suus honor, & sua  
 Virtutibus sunt præmia, atq; lachrymae  
 Rerum: piosq; commouent mortalia  
 Animos. Metum solue: feret hac aliquam tibi  
 Deinceps salutem fama. **Ach.** sic spero fore:  
 Meumq; pictura animum inanti recreo.  
**Aen.** Atq; en Achate, Pergama ut circumruant  
 In arma Graci: ut hac Phryges capiant fugam:  
 Instetq; Achilles: hac Pelasgi terga dent:  
 Premat iuventus Iliaca. neq; hinc procul  
 Tentorium Rhæsi video: quod proditum  
 Primo sopore, Tydeo satus patre,  
 Multa cruentus cæde vastauit: simul

Dd

Volucres equos auertit in castra, ante quattuor  
 Xanthum bibissent profluentem, & pabula  
 Troiana gustassent. Ach. De a nate, inclytum  
 Iouis genus: quis iste, curru qui has fitat  
 Supinus, & lorum tenet? ceruix viro  
 Comeq[ue] per terram trahuntur: & rota  
 Hastaeq[ue] sulcus tertius tellurem arant.  
 Aen. Hic Troilus, qui disparibus armis pedem  
 Cum duro Achille contulit: demens puer.  
 Ach. Quid agmen hoc muliebre: passus crinibus  
 Peplum ferentum fœminarum? supplices  
 Tristesq[ue] sunt, tunsaq[ue] palmis pectora.  
 Aen. Iliades ha[ec] sunt: haec Minerua Pallas est:  
 Huic supplicant: sed ipsa fixos in solo  
 Auersa tenet oculos. Ach. quid hunc gemitum trahis  
 A pectore imo? Aen. Spolia currusq[ue] Hectoris,  
 Ipsutiq[ue], corpus conspicio, & hosti manus  
 Tendentem inermes Priamum. Hic Hector est meus,  
 Iliaca circum raptus olim mœnia:  
 Hic est Achilles: exanime misero patri  
 Qui corpus auro vendit: arma haec Memnonis:  
 His Gracia Principibus ego mistus fui.  
 Ach. Exprome, quæ peltata sint haec agmina.  
 Aen. Ha[ec] sunt Amazonides, Achate: haec bellica  
 Regina Penthesilea: quæ concurrere  
 Audet viris: subnexa mamma cingulum  
 Exerte. Ach. At istam, quæ gradus hic dirigit  
 Stipante iuvenum grege, viden' rex inclyte?  
 Aen. Reginam opinor huius esse limitis.  
 Instat operi, & regnis futuris Africæ.

Ach. Sub.

Ach. Subnixè folio altè residet. Aen. hem nate mī:  
Quos hūc repente maximis concursibus  
Accedere video? Ach. Cloanthus isthic est:  
Sergestus ille: quos hyems nigra dispulit:  
Et penitus alias huc per oras advehit,  
Metuq; latitiaq; aveo coniungere  
Hanc dexteram. Aen. turbat animos incognita  
Res: qua viris fortuna: quoniam littore  
Classem relinquant: quidue veniant: quos petant.

## ILIONEVS, DIDO.

**R**egina Dido, cui novam Rex Iupiter  
 Dat condere urbem, & legibus iustissimis  
 Frenare gentem Punicam: miseri Phryges  
 Ventis maria vecti omnia, oramus pījs  
 Te precibus, infandas ratibus iniurias  
 Auerte: parce pio generi hominum: aspice  
 Res Iliensium proprias: suscipe inopes.  
 Non nos penates Africos ferro & face  
 Populari venimus, aut opima vertere  
 Hinc spolia: non ea vis animo egeno & inopi:  
 Non ranta vītis est superbia Troib;.  
 Est locus: Italiam nunc minores nominant  
 De nomine Ducas: Hesperia dictus prius.  
 Antiqua terra: armis potens & ubere  
 Gleba: viri coluere quondam Oenotri;  
 Huc nauibus cursus fuit: cum nubilus  
 Tumente surgens fluctu Orion in unda  
 Caca abstulit: penitusq; ventis turbidis,  
 Perq; pelagus superante salo, perq; inuios

Scopulos in equore dispulit. pauci huc tuis  
 Adnavimus terris. Quod hoc genus hominum?  
 Quæque hunc patria, tam barbara admittit, cedo,  
 Morem? hospitio arena & locis communibus  
 Prohibemur, arma mouent: vetantq; littore  
 Confistere. humanum genus si temnitis:  
 Mortalia arma si negligitis: at Deos  
 Sperate memores fandi & infandi simul.  
 Rex fuerat Aeneas, Venere natus Dea:  
 Quo iustior nemo pietate sacra fuit,  
 Nec maior armis. Quem virum fortissimum  
 Si fati seruant: nec is adhuc crudelibus  
 Occubuit umbris, non metus: nec te manu  
 Certasse pœniteat priorem beneficia.  
 Sunt & Sicanis gentibus: quas incolunt  
 Vrbes: & arma & Troici haeres sanguinit  
 Illic Acestes. dirutas liceat rates  
 Subducere, & syluis legere novas trabes:  
 Remosq; ferro stringere. Si Italianam datur,  
 Socijs & Aenea recepto, tendere:  
 Ut Italianam lati petamus. Sin salus  
 Absunta iacet: & te pater Teucrum optime,  
 Libycum habet aquor: nec iam Iuli filij  
 Spes ulla restat: at freta Sicula plaga  
 Saltem petamus: & domus, unde huc modo  
 Advenimus: regemq; Aesten, celeribus  
 Velis remenso, deinde visamus, mari.  
 DI. Prisci nepotes Dardani: secludite  
 Curas graues: metumq; corde soluite,  
 Res dura regniq; nouitas metalia

Moltrier

Molirier cogunt: & Africal littora  
 Finesq; custode posito, tuerier.  
 Quis Troicam urbem resciat? quis calicum  
 Ignoret Aeneae genus, Ioue genit?  
 Virosq; virtutesq;, & omne incendium,  
 Belli nefandi? non adeò hebeti sumus animo  
 Pæni: nec adeò obtusa gerimus pectora,  
 Nec Tyria ab urbe sol equos iungit adeò  
 Auersus: ut nos fama lateat Ily,  
 Seu vos Italiam, & arua nunc Saturnia,  
 Siue Erycis optatis solum: & regem lubet  
 Adire Acestem: opera iuuabo vos bona:  
 Tutosq; dimittam auxilio & opibus meis.  
 Sin vultis his mecum pariter insidere  
 Libya locis: Vrbs vestra erit, quam condimus.  
 Ergò rates subducite: Tyrij mihi  
 Troesq; nullo agentur hic discrimine.  
 Atq; ipse rex utinam Noto compulsus huc  
 Afforet eodem. Evidem per omnia littora  
 Dimittam: & extrema Libya certos viros  
 Iubebo perlustrare: si quis forsitan  
 Eiectus illis littoribus, aut urbibus,  
 Sylvisùe oberreret. Ach. nate Cypria Dea,  
 Quæ nunc tuo animo surgit hic sententia?  
 Omnia vides tuta: socios & Troicas  
 Classes receptas. unus hinc Lycius abest:  
 Quem nosmet ipsi medio in aquore vidimus  
 Submersum aquis: materna vox ratam habet fidem.  
 Aen. Effare verum. IL. Iupiter, pater, quid hoc?  
 Repente quod sic se aperit acher fulgidus?

Aen. O sola Troia dirut & tristissimos  
 Miserata clades: quæ Pelasgum reliquias,  
 Terra marisq; casibus nos omnibus  
 Heu penitus exhaustos: egenos omnium,  
 Urbe & domo socias: vices rependere  
 Gratesq; dignas soluere, haud nostræ est opus:  
 Nec quicquid est ubiq; Dido, Dardanae  
 Gentis, per orbem seminatae. Di tibi  
 ( Si qua modò respectant pios pia numina:  
 Et si qua recti conscientia est mens uspiam)  
 Di digna reddant pramia. ò quæ secula  
 Tam lata te tulere? qui talem obsecro  
 Genuere te tanti parentes? in fretæ  
 Dum fluvij & amnes influent: dum montibus  
 Conuexa lustrabunt nigra umbra: dum polus  
 Vehet astra: semper nomen atq; honestius,  
 Laudesq; florebunt locis in omnibus:  
 Quacunq; me terra vocant superstitem.  
 DI. Nate Venere Dea, quis tam acerbus te ducem?  
 Per tant a casus agit pericula? que, malum,  
 Vis applicat te in manibus Libyæ plagiis?  
 Tun' ille es Aeneas Phrygium rex: quem patri  
 Alma Venus Anchisa genuit ad vitreas  
 Simoentis undas. atq; ego memini equidem  
 Teucrum venire Tyrum, suis è finibus  
 Expulsum: & auxilio patris Beli novum  
 Regnum petentem. Tum pater Belus Cyprum,  
 Vastabat, & victam suis ditionibus  
 Tenebat. Ex illo deinceps tempore  
 Mihi casus urbù cognitus Troia, & decus

Acfa,

Ac fama nominis tui, & Graij duces.  
 Ipse hostis eximij ferebat laudibus  
 Teucros, & antiqua domo Teucrūm lubens  
 Se ortum volebat. Quare agite iuvenes viri  
 Succedite edibus hisce. Me quoq; similis  
 Fortuna, per multos labores improbos  
 Exercitam, hac voluit humo demum Africa  
 Consistere, haud nescia mali disco miseris  
 Succurrere, afflictus q; opem ferre hominibus,  
 Ae. Achate, abi, fer hac Iulo filio:  
 Ipsumq; tecum duc ad urbis moenia.  
 Iube ruinis Illy ereptas opes,  
 Et munera huc afferre: pallam diuite  
 Auro rigentem, & pluribus gemmis gravem,  
 Circumq; textam croceo ac antro cycladem:  
 Vests Achiua Helena: Mycenis quas ea,  
 Cum Pergama peteret, torosq; prohibitos,  
 Secum extulit, monumenta Lædæ manus.  
 Monile prætereà, & coronam duplicem  
 Gemmis & auro: quodq; filia Priami  
 Gestauit Ilione graui sceptrum manu,

## C H O R V S,

Sapphici.

**A**T domus luxu interior refulget:  
 Et parant tectis epulas, torosq;  
 Instruunt pictos: simul arte vestes  
 Huc laborat e veniunt & ostro,  
 Splendet argentum locuplete mensa,

Dd 4

Et patrum celatus honos in auro:  
 Longa factorum series: vetusto  
 Per suos deducta viros ab ortu.  
 Hanc Deus lucem Phrygibus duciq;  
 Annuit: fatis meliora duris  
 Fata compensans, hilaransq; mœstos.  
 Sunt vices rerum: neq; semper idem  
 Vultus est anni. Modò hyems rigenti  
 Asperat terras Aquilonis ala,  
 Et gelu pontus coit alligato:  
 Statq; canenti tunica hirta tellus.  
 Vere mox omnis reuirescit herbas  
 Atq; formatis operitur arbos  
 Frondibus: lato volucresq; cantu  
 Aërem mulcent: Zephyriq; flatu  
 Intepent flores: modò siccâ terrâ  
 Ora fert astas: segetesq; Solis  
 Concoquit feruor, canis inter ignes  
 Post & autumnus temeat, lacusq;  
 Irrigat musto, & sapido liquore,  
 Et grauis pomis & opimus uvis.  
 Sæpè Sol estu nimius sereno,  
 Sæpè nimboſis venit imber austris.  
 Latus interdum movet Eurus auras:  
 Tristis interdum Boreas remugit.  
 Nempe & humani varie per orbem  
 Sunt vices aui: modò res secundæ:  
 Sunt modò aduersæ: modò tristiores:  
 Sunt modò latæ. Phrygia en iuuentus  
 Antea duris agitata fatis:

Sorte

Sorte nunc aqua fruitur, laborum  
 Penè secura. At vereor prioris  
 Ne immemor vite, nimis efferatur:  
 Hoc statu rerum nimium secundo.  
 Nam nouas artes Cytherea versat:  
 Ora commutatus uti Cupido  
 Pro nepote hoc Ascanio subintret:  
 Atq; reginam Phrygij; furentem  
 Incitat donis: & in ossa flammam  
 Intima immittat. Timet illa mentes  
 Africa gentis dubias, fidemq;  
 Punicæ terra, & Tyrios bilingues.  
 Vrit & Iuno Venerem: suisq;  
 Cura sub noctem stimulis recursat.

## ACTVS V.

## Venus, Cupido.

O Nare, yū mea: o potentia tu mea:  
 Nare patris almi, tela qui Typhoëa  
 Contemnis ad te configrio: tua numina  
 Exposco supplex. Cu. fare, qua cura panidum  
 Molester animum? Ve. frater Aeneas uti  
 Circum maria iactetur, odys aspera  
 Iunonis: hoc notum tibi. Cu. noui, ac proin  
 Dolore vestro sepè dolui. Ve. illum tenet  
 Phoenissa Dido, ac vocibus blandissimis  
 Moratur: & subvereor equidem iam dia,  
 Quò se hospitia vertant dein Iunonia.  
 Haud illa rerum isto quiescerat cardine.

Dd s.

Cu. Sic auguror. Ve. quo circa Elisam regiam  
 Capere dolis, & cingere igni cogito:  
 Ne quo maligno mutet animum numinez:  
 Sed amore magno fratriis Aeneæ tui  
 Teneatur. Cu. at quî istuc facere possis, doce.  
 Ve. Nostram igitur accipe mentem. Cu. agè, acci-  
 pio: doce.  
 Ve. Genitoris accitu ille regius puer,  
 Mea maxima, ut scis, cura, ad urbem Punicam  
 Ire parat: ignibus & aquis restantia  
 Munera ferens. Hunc ego sopore alto obrutum:  
 Cythéra super alta, aut super Cyprum sacro  
 Fano recondam: ne dolos resciscere:  
 Neu medius occursare possit lusibus.  
 Tu faciem, agè, illius dolo falle, & sacrum  
 Pueri indue puer vultum & ora. Cu. qua struis,  
 Orsa genitrix? cur hoc agam? quid queritem?  
 Ve. Ut, cum pro Iulo te venusta fœmina  
 Accipiet, intus regias inter dapes:  
 Et Liberi laticem Falernum: cum dabit  
 Amplexum: & oscula tibi figet dulcia;  
 Fallas veneno: ignemq; totis ossibus  
 Didonis inspires. Cu. geram morem tuis  
 Cara genitrix dictis: & alas exuam:  
 Et gressu Iuli incedam. Ve. at ego puero alteri  
 Placidam irrigabo, membra per mollissima,  
 Quietem: & ipsum in alta contollam Cypri  
 Iuga: mollis ubi flatibus in umbret amaracus;  
 Cu. Eo mater, & tuo obsecundo iussi.

DIDO,

DIDO, ACHATES, CV.  
pido, Aeneas.

**D**ate manibus lymphas, canistrisq; Cererem  
Vos expedite: ferte vos mantilia  
Famulae: penumq; struite, & adolete ignibus  
Sacros penates: vos ministri ferculis  
Onerate mensas: ponitote pocula.  
Ach. Pallamne habes Iule? Cu. quietus es.  
Ac. Sceptrumne? Cu. misse istuc Achate, & ocyus  
Profer gradum: ne simus in mora patri.  
Di. Iam Troes & Pænitoris discubere  
Iubentur. Ae. en regina gentis Punica,  
Adest Iulus filius. Di. na pulcher est.  
Ut flagrat oculis? Cu. hac pater fero munera,  
Ut iusseras: pallamq; pictumq; croceo  
Velamen hoc acantho. Di. ut est oratio  
Blanda. Cu. hoc monile: hoc aureum sceptrum tibi,  
Ae. Regina, pauca hec munera hospitalia  
Accipe, boniq; consule. Di. Aenea, Phrygum  
Ductor, Iouis genus inclitum: quo pectore,  
Quoue ore grates tibi feram, protalibus  
Tantisq; donis? Di tibi referant vices.  
Nunc vos ministri pocula fertis cingite:  
Statuite crateras: mibiq; gemmis grauem  
Meroq; pateram date; laticum honorem, ut Ioui  
Libem. Supreme Iupiter, quem ius dare  
Loquantur hospitibus: diem hunc Phœnicibus  
Trouwq; populo sospites: ac posteros

Huius

*Huius: vobis meminisse: ades vini dator  
Iacob: ades bona Iuno: vosq; Punicum  
Celebrate cœtum. Largius bibe Bitia:  
Vixi mī, circumfer. tu Iopa persona  
Cithara, quod olim docuit Atlas maximus.*



**DIDO, TRAGOEDIA NOVA, EX  
QUARTO LIBRO VIRGILIANAE  
Aeneidos.**

**NOBILI, HONESTO, ET ERVDITO**  
*Iuueni, D. Othoni Rosacranzio, Dano; nobilis ac  
strenui viri Georgij filio: S.P.D. Nico-  
demus Frischlinus, P. L. &c.*

**O**MNES Virgilianæ Aeneidis libros esse Tragicos, aut certè instar Tragoediarum, nemo ignorat, qui in hoc auctore paulò diligentius est versatus. Nāquòd suis constent Dialogismis & colloquijs, quòd personis sublimibus, quòd verbis magnificis, quòd denique suis quibusdam actibus, id verò tam est notum, ut ne pueri quidē nesciant. Sed & Tragicas esse catastrophas singulorum librorum, ex his, quæ sequuntur, manifestum fiet omnibus. Nam et si primus liber Comœdia videtur similior, quam Trago-  
diz, (si ad lœtam catastrophen respicias) tamen in alijs omnijs bus tristes sunt magnarum personarum exitus. Igitur secun-  
dus liber in fine, mortem Creusæ continet; tertius Anchisæ;  
quartus Didonis; quintus Palinuri; sextus interitum Mar-  
cellis;

cellis; septimus ante Catalogum, recitat cædem Galesi & Al-  
 monis; octauus interitum Caci; nonus præter occidionem  
 Nisi & Euryali, etiam circa finem Numani casum exponit  
 Decimus verò morte Mezentij; undecimus nece Camillæ,  
 duodecimus cæde Turni finitur. Hæc cogitatio eò me impul-  
 lit, nobilissime Rosecranzi, ut de Virgiliana Aeneide in Tra-  
 goedias redigenda iam olim meditari mecum cœperim. Nam  
 eodem modo Euripidem & Sophoclem, suas ex Homero con-  
 fecisse Tragoedias animaduerto, quo Cæcilius, Aetius, En-  
 nius, & alij sua composuerunt apud Latinos Dramata. Nec  
 dubito, quin hisce initijs cothurnatus Seneca, ad Latinam  
 Tragoediam scribendam nunc olim prodierit. Quorum ego  
 exemplum imitati constituo, & quidem multò, quam illi fe-  
 cerunt, liberiùs: dum istud consequar, quod quærito. Volo  
 enim iuuentutem exercere in mea schola Poëtica, ut primum  
 ediscant Virgilij phrasin, & genus illud dicendi grandiloquū,  
 ac numeris vincitum. Deinde volo illos hæc eadem, quæ edi-  
 dicerunt, in scena recitare; ut non solùm memoria illorū cre-  
 bro usu acuatur; sed etiam decori gestus, & apta pronuncia-  
 rio conduceatur. Volo deniq; animum accendi & excitari in  
 tenera ætate, ut aliquando viri facti, promptiùs & cordatiùs  
 coram alijs, præsertim in cœtibus & conuentibus publicis lo-  
 quantur. Hoc animi mei propositum nulli bono ac sapienti  
 displiciturum esse arbitror. Primum verò nunc edo è quarto  
 libro Tragoediam, in quo explicando, & paraphras reddendo  
 nunc versor. Vbi video hanc operam meam viris bonis pro-  
 bari: & studiosæ iuuentuti non esse inutilem: idem præstabo  
 in cæteris omnibus, quod in hoc quarto libro præfici. Cæ-  
 terum, cur tuo potissimum nomini has Tragoediarum primi-  
 tias voluerim dedicare, causæ sunt varie & multiplices, Pri-  
 mùm enim, cu[m] tu sis ex illorum grege, qui me Cæsaris com-  
 mentarios de bello Gallico explicantem audiunt: volo hunc  
 ingenij mei qualemcunq; fætum, mei in te, tuiq; similes, ani-  
 mi esse pignus, & sempiternum monumentum. Nam meos  
 ego auditores & amo & diligo; ut qui non modò illorum lin-  
 guas

guas eleganti oratione, ex Cæsarib; & Virgilij libris, sed etiam  
vitam & mores eorundem, propositis exemplis virtutū ex ihs-  
dem, informare studeo. Deinde cùm tu sis ortu nobilis satus, &  
antiquis maiorum imaginibus niteas, volo προσφάνησιν meę  
in te, tuiq; similes, obseruantiae publicum esse testimonium.  
Omnes enim, qui genus suum præclarè factis, virtutumq; &  
optimarum artium & linguarum studio condecorant, ex ani-  
mo colo, veneror, & ab omnibus bonis colis atque obleruari  
volo & iubeo. Fuere tales apud nos. supericribus annis, tui po-  
pulares, Biornones; verè nobiles adolescentes : & præceptor  
illorum ipse etiam nobilis, ac vir apprimè doctus: quorū me-  
moriam nulla dies animo meo vñquam eximet. Fuit talis &  
Frissius: næ doctus & modestus è nobilitate Danica iuuenis:  
cuius ego ex ore nunquam culpatam audiui orationem pro-  
manare. Accedit huc, quod patrem tu habes Georgium Ro-  
ſæcrantzium, virum sinceræ religionis studiosissimum, ma-  
gnum pietate, consilio, doctrina, rerumq; vsu : lumen totius  
Danicæ, & Regiæ Maiestati à secretoribus regni cōfilijs. Huius  
te vestigijs insistere & optimarum virtutum studio ad eundē  
scopum, quem ille attigit, tam diligenter collimare, iure opti-  
mo omnes boni lætantur, tibiique prosperum negotiorum  
succesum, & inoffensæ vitæ curriculum ex animo mecum  
optant Accipias igitur æquo animo, quicquid hoc est charta-  
cei mnneris: & libri huius pretium non ex mole, sed ex opere;  
studium verò autoris ex voluntate, non ex facto, iudica. Deus  
te, vñà cum præceptore tuo Nicolao Freitagio Hadelensi, vi-  
ro pietatis, viro pietatis, religionis, & omnium virtutum ser-  
uantissimo, multaque eruditione præstantissimo, tueatur ac  
protegat: saluosque & incolumes ambos in patriam reducat:  
& omnia cœpta vesta d:rigat ad nominis sui gloriæ: ad Ec-  
clesiæ Reique publicæ utilitatem: ad familiæ ornamentum:  
ad salutem animarum sempiternam. Tu-

bingz, 26. Iunij. An-

no 1581.

PER

PERSONAE INTER-  
loquentes.

DIDO, <i>Regina Cartha-</i> <i>ginensem.</i>	IARBAS, <i>Rex. Numidie.</i>
VENVS, <i>Dea.</i>	IVPITER, <i>Deus.</i>
IVNO, <i>Dea.</i>	MERCVRIVS, <i>Deus.</i>
CHORVS <i>Phænissarum.</i>	ANNA, <i>Soror Didonis.</i>
	AENEAS, <i>Rex Troianorum.</i>

## ACTVS I.

## DIDO, ANNA.

REGINA cœli, Iuno, domatrix poli:  
 Quod vulnus alo? quo seu amore saucior?  
 Quo carpor igni? quo feror animi impetus?  
 Non me quies nocturna, non altus sopor  
 Soluere curis. Nam mihi, seu lampade  
 Terras Apollinea auream Solis iubar  
 Lustrat: nigræue nox polum caligine  
 Inuoluit: humentemue amictum roscidis  
 Aurora bigis cœlitus dimouerit:  
 Semper animo virtus viri: semper q̄, honos  
 Gentis recursat: semper infixi obuiant  
 Vultus & ora, nec animo verba excidunt.  
 Sed en, adeſt ſoror, tacebo? an eloquar?  
 O Anna ſoror: insomnia ut me territant?  
 Quis hic nouus ſucceffit hospes ſedibus?  
 Quem ſe ferens vultu virum? quam pectore  
 Forti & alacribus armis. Venere natum Dea  
 Haud dubito, Degenerem animum arguit timor.

Sed

Sed ô quibus iactatus ille est casibus?  
 Qua bella, quas clades canebat? Si mihi  
 Non ita animo fixum hoc, & immotum foret:  
 Ne cui velim annexi iugali vinculo:  
 Postquam Sichei morte primus me viri  
 Amor sefellit: si maritalis tori  
 Non antehac tedaq; pertasum foret:  
 Huic forsitan potuerim succumbere  
 Culpa. O soror (fatebor hoc enim) post coniugium  
 Fatum Sichei, & triste parricidium,  
 Sparsoq; coniugis nece patrios lares,  
 Hic solus inflexit animum, ac sensum impulit:  
 Agnosco veteris flammæ aliqua vestigia.  
 Sed mihi prius vel terra debiscat infima,  
 Vel Iuppiter adigat me ad umbras fulmine,  
 Umbras nigras Erebi, profundum in Tartarum:  
 Quam te pudor ladam, aut modum violem tuum.  
 Qui primus abstulit amores meos, habeat sibi,  
 Seruetq; tumulo. An. Quid iuuat te perpetim  
 Lacrymare mortuum? quid animum questibus  
 Grauas tuum soror? an sepultos iudicas  
 Curare manes, siue nubas, an secus?  
 Quid? solane deinceps perennem lugubri  
 Vultu iuuentam transiges: nec premias  
 Veneris: nec ullos noris ex te liberos?  
 Esto, procorum nullus ante flectere  
 Aegram potuerit: non Tyro, non Africæ  
 Despectus ille Numida Larbas: non duces  
 Alij, triumphi quos honorant Punici:  
 Etiamne placito amoris huic obstes soror?

Di.

**Dominus.** Sententia est. An. annon tibi in mentem venit,  
Quorum solo confederis, qui limites:  
**Hec** Numida in frânis, & inhospita Syrtium  
**Verba** ada: hinc siti deserta regio: hinc aspera  
**Graecia** etula: hinc latè furentes Mazages.

**Dominus.** Pudor innocentem proteget: tutissimum  
**Adversus** hostium arma propugnaculum.

**Annus.** Sapè pudor armis vincitur. sape improbus  
**Mortalium** furor probam lædit fidem.

**Et** ut hostium neminem habeas in his locis:

**Non** bella cogitas Tyro surgentia:

**Fratrisque** Pygmalionis atroces minas?

**Equidem** Deis reor auspiciis, & propitia

**Iunone**, cursum habuisse Phrygiai huc rates:

**Quam** tu de hinc urbem nouam? quæ surgere

**Connubio** tali videbis mœnia?

**Quantis** tuum se rebus attollet decus:

**Si** Punicas urbes Phrygium arma protegant.

**Dominus.** Videre quod verum est loqui, modò Jupiter

**Et** Iuno, cui iugale curæ est vinculum,

**Et** Liber, & Ceres, benignè hic annuant.

**Annus.** Nunc ergo, quod factò est opus, veniam Deos

**Posce,** & sacrum lita, & hospitibus indulgeas,

**Caussamque** nectas hic morandi longius:

**Dum** seu a hyems pelago fremit, dum nubilus

**Minatur** Orion, & intractabile

**Cælum** mari imminet, & Phrygium quassarates

**Pelagi** laborem perpeti non sustinent.

**Dominus.** Rectè mones, dubiamque mentem spe foues

**Certissima.** **Annus.** quin ergo adimus oxyus

*Delubra, pacemq; ibi Deorum exquirimus.*

## V E N V S;

Anapæstici.

**I**gnaræ hominum mentes, dubia  
Rerum: quid vota furentem, quid  
Delubra iuuant: pando mollis  
Est flamma medullas intereas;  
Et tacitum sub pectore vulnus  
Vivit? Dido uritur infelix  
Totaq; vagatur urbe furens:  
Ut cerua sagitta comecta,  
Quam pastor agens telis, inter  
Cressia nemora incautam fixit:  
Liquitq; volatile ferrum in ea  
Nescius: illa fuga saltusq;,  
Sylvasq; per agrat Dictæas:  
Lateri lethalis arundo heret.  
Amor haustus totum hominem penetrat:  
In vultus simul atq; ora redit:  
Nec placidam menti peruigili  
Dat cura quietem. Cùm venit  
Furiosus amor: tranquilla fuit  
Vita. En Reginæ modò Dido  
Aeneam per media secum  
Dedicit mœnia: Sidonias  
Monstrat eidem spectandas opes,  
Urbemq; paratam hospitio. Nunc  
Labente die repetentem eadem  
Coniuicia, & Iliacos iterum

*Audire*

# DIDO TRAGOEDIA

20

*Audire labores exposcit.  
Interea turres non surgunt:  
Non arma iuventus exerceat:  
Non propugnacula tutam parant:  
Non littore portus effodiunt.  
Opera interrupta omnia pendent,  
Ingentesq; minae murorum,  
Aequat agq; machina sideribus.  
In vulgus scilicet exempla  
Manant Regum: ut q; ducum lituos,  
Sic mores sua castra sequuntur.*

## I V N O , V E N V S .

**L***Audem refertis egregiam, & amplissima  
Spolia, Venus, tuq; & puer fallax tuus.  
Ve. Effare, que animi cura te remordeat.  
Iu. Magnum facinus, & nomen est memorabile,  
Si fœmina una malo duorum cœlitum  
Victa est dolo. Ve. non est dolus, cum fœmina  
Virum, ducem cum duce suam coniungere.  
Iu. Animo malo pensatur, haud facto, dolus.  
Nam me nihil fallit Venus, te mœnia  
Nostra noua veritam, habuisse suspectas domos  
Carthaginis. Ve. nimium hostibus confidere  
Dementia est. Iu. sed quis modus tandem hic erit?  
Aut quorundam opus tanto mihi certamine?  
Ve. Tu si remittas taum odium, remittam ego  
Animi mei omnem, Iuno, diffidentiam.  
Iu. Quin igitur eternam fidem paciscimur.*

Ec

*Habes quod omni mente petiūsti Venus.*  
*Ardet mulier, amore sauo saucia:*  
*Traxitq; virus per medullas ossium.*  
*Ve. Quid ergo censes nunc agendum? edissere.*  
*Iu. Ambos eodem copulemus vinculo;*  
*Et paribus auspicijs regamus Punicam*  
*Teucramq; gentem: liceat Aenea Pbrygi*  
*Seruire Tyrios, & tua submittere*  
*Dotale regnum hoc dextera: liceat Venus:*  
*Ve. Quis talia, nisi forte demens, abnuat?*  
*Quis lite tecum exoptet, aut armis velit*  
*Contendere? modo fors sequatur prospera:*  
*Sed dubia feror, an unam Iuppiter*  
*Esse velit hanc urbem his duabus gentibus:*  
*Populōsue misceri: probet: num fædera*  
*Iungi velit: tu cara coniux es Iouis,*  
*Tibi fas precibus animum viri perquirere.*  
*Perge, sequar. Iu. hic mecum dein fuerit labor;*  
*At nunc quod instat, quodq; præsens est, Venus,*  
*Quo possit effici modo, pauciſſimiſ*  
*Docebo. Ve. farè, commodiſſima qua via.*  
*Iu. Aduerte. Venatum misera Dido in nemus*  
*Ire, & simul Troianus Aeneas parant:*  
*Primos ubi extulerit diei crastini*  
*Ortus Apollo, clariori ex æthere:*  
*Totumq; radijs ærem luſtrauerit.*  
*His ego, nemora cum cinixerint indagine,*  
*Subito ingruentem defuper, cum gradine,*  
*Imbrem ciebo: & omne cœlum murmure*  
*Complebo: diffugient manus equeſtres undiq;*

Et

*Et nocte opaca contegentur frondium:  
At Dido & Aeneas eandem protinus  
Specum subibunt. Adero tum: & si mibi tua  
Certa hic voluntas, stabili eos connubio  
Iungam: & tibi propriam dicabo istam nurum:  
Hymeneus hic erit. quid? annuis, an secus?  
Ye. Annuo equidem, pulcrumq; video dolum.*

## CHORVS.

**H**IC dies lethi venit & malorum  
Caussa cunctorum: neq; enim movertur  
Debita fama specieue Dido,  
Impotens mentis. neq; nunc amorem  
Ipsa furtiuum meditatur, & iam  
Coniugem Aeneam vocat: hac pudica  
Voce prætexit male sana culpam.  
Sed nefas istuc odiosa pescit  
Fama per magnam Libyam tacere:  
Fama, qua non est aliud malum ullum  
Uspiam velocius: aut quod aequè  
Mobili passu viget, atq; eundo  
Crescit. Hec primò graditur timore  
Parua. mox se leuat altè in auras:  
Et solo incedens caput inter astra  
Condit: hanc tellus peperit furore  
Acta, postremam Encelado sororem,  
Et citis alis pedibusq; monstrum  
Mobile, horrendum, cui quot nefando  
Corpori insunt (res mibi mira) pluma.

Sapphicj.

Tot patent subter vigiles ocelli:  
 Tot sonant ora hic, simul & tot aures  
 Subigit: noctu volat, & per umbram  
 Occulit sese: neq; lumina alto  
 Turpe declinat male pigra somno.  
 Luce sed custos fedet aut supremo  
 Culmine, aut altas petit usq; turress  
 Tam tenax ficti simul atq; prauis,  
 Quam loquax veri: varioq; gaudens  
 Ore: quo gentem Liby a repleuit:  
 Jamq; & ad regem celeres Iarbam  
 Dirigit cursus, animumq; sauis  
 Asperat dictis, & in ora fundit  
 Hac virum, venisse Phryga Iliensi  
 Stirpe pronatum, cui pulcra Dido  
 Iura dignetur sociare lecti.  
 Nunc diem inter se, potiore luxu  
 Turpiter captos, Veneris vouere.  
 Ecce rex amens animi hoc amaro  
 Nuncio accensus, graditur, louemq;  
 Ante verbenas, mediosq; divos  
 Innocat supplex manibus supinis.

## ACTVS II.

## I A B R A S.

**P**Ro summe Iuppiter, cui Maurusia  
 Pictis toris epulata gens libat sacros  
 Lenei honores, hac vides? an te, pater,  
 Cum fulmen exeris, timemus impotem  
 Ne quicquam? an animos territant in nubibus

Cacci

Ceci furores nūmnam inania murmurā  
 Miscentur? en nostris vagata in finibus:  
 Quæ posuit exiguum modò urbem fæmina:  
 Cui littus hic arandum erat: cùs nos loci  
 Leges dedimus: hac reppulit connubium  
 Nostrum: recepto in regna domino Troico.  
 Et nunc Paris hic, ab semiuir, cinctus grege  
 Effæminato, molle caput Asio peplo  
 Ornatus, & flava madentem verticem  
 Mitra coronatus, potitur fæmina.  
 Nos quippe templis munera tuis mittimus:  
 Famamq, inanem dein fovere cogimur.  
 Ego satus Hammone loue larbas negligor,  
 Cui nymphæ Garamantis pia genitrix, patri  
 Qui templa centum condidi, & centum simul  
 Altaria posui: sacrauiq, vigilem  
 Ignem, Deūm excubias: ubi solum perpetim  
 Pecudum natas cruore pingui, & limina  
 Varijs corollis emitent florentia.

## IVPITER, MERCVRIVS.

**A** Gè nate, vads, voca Notos, & labere  
 Pennis, ducemq, Dardanum, Carthaginę  
 Qui nunc moratur, & das fato Deūm  
 Non respicit sedes Italia: loquere ei,  
 Et dicta mea celeres per auras defer huic.  
 Me. Quid ergo, Iuppiter supreme, huic imperas?  
 Iu. Illum haud mihi genitrix Venus pulcerrima,  
 Cùm bis Pelasgūn vindicaret è manu,  
 Talem futurum profidit. Me. qualem virum

Igitur fore hunc promisit? Iu. imperio grauem  
 Qui regeret Italiam, genusq; à sanguine  
 Teucri vetusto proderet: quiq; in viam  
 Legum suarum duceret terræ omnia  
 Climata. Me. Ratam hæc habere vox debet fidem.  
 Iu. Si nulla tantarum mouebit gloria  
 Rerum, nec ipse sua laborem strenuum  
 Pro laude molitur: paterne filio  
 Arces Latinas inuidet? quidnam struit?  
 Qua spe moratur in inimicis gentibus?  
 Nec prolem Italicam, nec Latinam respicit  
 Sedem? Ergo nauiget, hac rei summa, hic mei  
 Sis nuncius. Me. tuis ego imperijs pater  
 Parere sum paratus, & nunc aurea  
 Talaria innecto pedibus, atq; hanc manu  
 Virgam capiam: quo turbidum tranem aëra.

## AE NE A S , M E R C V R I V S .

**O** Lucis alma parens Venus, tuq; ô bone  
 Cupido frater: quis potentem non amet  
 Hanc fæminam, tot regias quæ construit  
 Domos, tot ampla quæ domorum culmina  
 Nouat? vel hic stellatus ensis iaspide,  
 Tyrioq; murice lœna demissa è meis  
 Humeris, amorem huius fæmine meret.  
 Has illa telas fecit: atq; hac munera  
 Discreuit auro. Sed quis hic est penniger,  
 Qui pedibus alatis repente hic adstitit?  
 Pauet animus, quid hic sibi velit. Me. tu, ô bone,  
 Nunc alta fundamenta Punica locas  
 Carthaginis, pulchramq; sedem uxorius

Struū?

Struis? heu tuarum oblite rerum? heu immemor  
 Regni Latini? Rex Deorum, qui polum  
 Terramq; numine torquet, ipse me tibi  
 Demittit alto clari Olympi vertice:  
 Ipse hac iubet mandata ferre desuper,  
 Celeres per auras. quid struis? qua spe teris  
 Hac ociu[m] terra Africæ: si nullate  
 Rerum tuarum gloria mouet: nec super  
 Tua laborem laude molire, ut decet:  
 At filium surgentem, & heredis tui  
 Spem respice: cui regnum Italia & Romula  
 Debentur arua. Ae. summe Iupiter pater,  
 Vbi sum? quid ago? vbi isthic homo est? euauit,  
 Tremo totus: arrectæ coma horrent: faucibus  
 Vox hæret: ardeo fugam capessere;  
 Dulcesq; terras has procul relinquere.  
 Sed quo furentem ambibo reginam meam  
 Affatu: & hic qua prima sumam exordia?  
 Quid si vocem Mnæsæa, Cloanthumq; socios:  
 Classem taciti ut aptent: Phrygasq; ad litora  
 Agant: parent arma, & nouanda qua rei  
 Sit cauſſa diſſimulent? ego interea loci  
 Quando optima mulier hos amores nesciet  
 Rumpi, viam tentem, modumq; dexterum;  
 Fandiq; tempus quaritem mollissimum?  
 Certe hac potior est omnibus sententia.

## C H O R V S.

**A** TRegina dolis præscia perfidi,  
 Et iam tuta timens omnia: primaq;  
 Motus excipit, & sauit inops sui,

Choriambici,

Qualis Baccha sacris excita conscijs,  
 Auditu stimulat quam Trieterica  
 Lenae Orgia: quam noctiuagus vocat  
 Clamor. namque, loquax fama ita detulit,  
 Armari Phrygias littoribus rates,  
 Et cursum pelago clam repararier.  
 Eheu, quot lacrymas illa dies dabit?  
 Nam quid non scelerum fœdus amor parit?  
 Quid non ille mali conficit? heu nefas.  
 Medeam furor hic tetricus impulit,  
 Natos ut magib⁹ perderet imp̄js.  
 Hic Phœdra stimulos addidit asperos:  
 Insit que innocuum ad stupra laceffere  
 Priuignum, ac thalami rumpere fœdera.  
 Hic Argis Helenam nequiter extulit,  
 Ut lectum peteret turpis adulteria:  
 Et toti Phrygiae damna daret solo.  
 Nam quid Dardanum corruit Ilium,  
 Quod tota in cineres Troia repens yt:  
 Quod letbo Priamus rex cecidit Phrygium,  
 Quod victoris heri ferua Hecube torum  
 Vedit: quod iugulum triste Polixena  
 Submisit rigidus ensibus hostium:  
 Hoc fœde vitium nempe libidinis:  
 Hac merces Veneri debita reprobæ.  
 Hic ignis sacer est: credite saucij:  
 Hac est flamma potens, heu nimium potens.  
 Quà tellus liquido cingitur aëre:  
 Quà formosa pol⁹ sidera promicant:  
 Illuc regnque tenet feruidus ales his.

Ter.

Terrena pecudes, aequoreum genus,  
 Et pictæ volucres, omne adeò genus,  
 Intenta excipiunt tela Cupidinis.  
 Idem quippe feris est amor omnibus:  
 Hos sentit stimulus dente ferox aper,  
 Hos tigres rigidae: hos indomitus leo.  
 Dentes exacuit porca Sabelica:  
Quando hoc igne furens pestifero subat:  
Quid lynxes varia? quid rabidi canes?  
 Infrenig, lupi? nonne vides equos,  
 Ut tori trepident, quando odor attigit  
 Nares? non ibi eos frena virum, neg,  
 Rupes, non scopuli, non vaga flumina,  
 Non montes retinent. Scilicet hic calor  
 Ante omnes agitat verbereas equas.  
 His mentem ipsa Venus largiter indidit:  
Quando Potniades distulerant rota  
 Glauci membra sui hoc axe Cupidinis:  
 Illas dicit amor trans fera Gargara:  
 Trans longum Ascanium: hac vi superant iugas;  
 Tranant flumina. Quid plura canam? Furor  
 Vincit regis cal limina coniugis.

## ACTVS III.

## DIDO, AENEAS.

**D**iam nefas hoc posse dissimulari, homo  
 Perfide, putasti: quid? meis decedere  
 Tu cogitasti sedibus? nec te meus  
 Amor, neg, data ad extra quondam, nec tua  
 Regina crudeli tenet te funere

Mors

*Moritura? quin etiam maligno fidere  
 Molire classem: & turbidis Aquilonibus  
 Properas per altum abire crudelis? cedo,  
 Si non agrum alienum, domosq; Oenotrias  
 Peteres, & antiquum maneret Ilium:  
 An Ilium peteretur vndo so hoc mari?  
 Méne fugis? ego per hasce lacrymas, & tuam  
 Te dexteram oro (quando misera mihi aliud  
 Restat nihil) per iura coniugalia,  
 Per auspicatum matrimonium: bene  
 Si quid merita sum: si fuit quidquam tibi  
 Dulce meum, age, miserere labentis domus:  
 Et (si quis est adhuc locus precibus meis)  
 Hanc pone mente in, hunc animum tetricum.  
 Te propter, odere Africi gentes soli,  
 Te propter, infensi Tyrj: te propter hic  
 Extinctus est pudor mibi, & qua sidera  
 Adire poteram fama prior. Heu me nurum  
 Inauspicatam Veiouis? cui deseror  
 A te hospes? hoc quoniam mibi de coniuge  
 Iam nomen ynum restat inopi. quid moror?  
 An Pygmalio dum moenia mea destruat?  
 An captam larbas ducat in Getuliam?  
 Saltem aliqua de te mibi fuisset, hanc fugam  
 Ante, soboles suscepit: saltem parvulus  
 Mibi ludat Aeneas domi, qui te patrem  
 Tantum ore referat: non viderer vndiq;  
 Deserta. A e. at ego te, que eloquendo plurima  
 Numerare nouisti: haud negauerim bene  
 Regina promeritam: nec vñquam piguerit*

Meminisse Elise: dum memor viuo mei,  
 Dum spiritus regit hos aliquis artus meos.  
 Pro re loquar pauca: nec ego hanc abscondere  
 (Ne finge) speravi fugam, nec coniugis  
 Pratendo tadas: non in hac eo fædera.  
 Me si meis pateretur auspicijs Deus  
 Transfigere vitam, & sponte iam curas meas  
 Componere, urbem Troicam primùm, & Laris  
 Colerem reliquias patrij: & ter maximi  
 Priami manerent alta regis culmina.  
 Rediuiuaq<sub>3</sub>, manu condidissim Pergama.  
 Sed nunc Italiam magnam Apollo Delius,  
 Italia m Apollinis iubet capessere  
 Oraculum: hic amor, hac patria tellus mihi est.  
 Si te vrbis aspectus tenet Carthaginis,  
 Phœnissa: si Libya iuuat nitor tua:  
 Inuidia qua tandem hæc erit, Teucros solo  
 Considerare Ausonio? Evidem & nos exera  
 Fas regna querere. Mē patria demortui,  
 Quoties operit humente nox terra plagar  
 Caligine, quoties micant astra ignea,  
 Imago terret, inq<sub>3</sub>, somnis admonet:  
 Me puer Iulus, & capit is iniuria;  
 Quem regno Italia frāudo, quem fatalibus  
 Spolio plagiis, hic admonet: quin à Ioue  
 Interpres ipse missus huic (testor caput  
 Vtrung<sub>3</sub>) celeres modò per auras, seria  
 Mandata detulit: DEV M vidi ipsem et  
 In lumine manifesto adire mœnia:  
 Vdcemq<sub>3</sub> commonentis his hausi auribus:

Defin

Define querelis nos tuis incendere:  
 Non sponte sequor Italum solum. DI. tibi nec Dea  
 Parens, nec auctor generis ille Dardanus,  
 Vir perfide, sed horrens genuit hunc Caucasus  
 Te talem: & Hyrcanae ubera admôrunt tigres.  
 Nam quid ego disimulo misera? qua me ad mala  
 Maiora seruo? num meo ingemuit malo?  
 Num flexit oculos? num lacrymulam ullam dedit?  
 Num miseritum est amantis? Hac nec maxima  
 Iam Inno, nec Saturnius pater aspicit?  
 Nusquam fides sat tuta, fractum littore  
 Excepit gentem stulta, regniq; in mei  
 Demens locauit parte: classem perditam  
 Sociosq; ab ipsa morte reuocauit: heu feris  
 Incensa furys differor. Nunc Delius  
 Apollo, nunc Apollinis nescio quod est  
 Oraculum: nunc missus à summo Iove  
 Interpres afferit iussa per celeres Notos.  
 Is scilicet superis labor: ea scilicet  
 Cura est quietis. Neq; ego te teneo, neq;  
 Refello dicta, i, sequere ventis Italiam,  
 Pete regna per mare. Spero medys (si pia  
 Quid numina valent) supplicia mox cautibus  
 Pelagi daturum, & nomine relictam tibi  
 Dido vocaturum. Sequar tamen ignibus  
 Et cum gelida mors anima ab hac seduxerit  
 Artus Elise: adero locis umbra omnibus.  
 Hic improbe dahis, quam meres, pœnam: audiam.  
 Et hac sub imum fama veniet Tartarum.  
 Ae. Quoniam fugis? quo te ex meo vultu abripis?

Misera

Miseret profectò me furentis fæmina:  
 Cupioq; solando dolentem celeriter  
 Lenire. Sed abiit, mibi Deorum citè  
 Iussa exequenda sunt: reuism protinus  
 Classem, atq; in ibo cum meis celerem fugam:

## ANN A, D I D O.

**Q** Vid huc mali: repente quod sic littora  
 Feruere prospicio: mareq; miscerier  
 Tantis video clamoribus? quis nunc tibi  
 Sensus soror, quosue gemitus misera dabis?

Di. Scelerate amor: quò non agis mortalia  
 Pectora? iterum me cogis ire in lacrymas:  
 Iterum precari: iterum animos submittere  
 Humiles amori. An. Sed soror nunc ipsa adest;

DI. Germana, toto littore vides undiq;  
 Properarier: iam carbasus ventos vocat:  
 Iam puppibus nautæ coronas induunt:  
 Hunc ego dolorem si timere meas soror  
 Potui, etiam perferre potero. Sed misera tamen  
 Vnum hoc sorori exequere. solam perfidus  
 Te colere, soli credere arcanos tibi  
 Sensus: viri aditus sola molles noueras.

I quæso soror: hosti superbo supplica.  
 Non ego Phrygium urbes, cum Petasgo milite  
 Vastare iuraui: nec ad murum Ily  
 Misirates meas: nec Anchise patris  
 Cineres revelli: cur negat demittere  
 Duras in aures dicta mea? quoniam ruit?  
 Hoc misera amanti munus extremum duit:  
 Facilem fugam expectet, Notosq; idoneos;

Non

Non iam oro coniugium, quod ille prodidit:  
 Nec, ut Latino caret aruo, & debitum  
 Regnum relinquat: mane tempus postulo:  
 Requiem furori: dum mea doceat asperis  
 Fortuna me dolere victam casibus.  
 Hanc oro te extremam, soror veniam: mei  
 Miserere: cum dederis mihi hoc, quod flagito:  
 Morte cumulatum tibi relinquam largiter:  
 An. At si iste nullis commouetur fletibus,  
 Voces nec villas audiet tractabilis?  
 Di. Tenta precando. An. Si modo valeam prece.  
 Di. Aures viri aperiet DEV S. An. quid si obstruat?  
 Di. Annosa querqus non cadit, nisi pluribus  
 Percussa plagis. An. Sed nihil eadem tamen  
 Mouetur auræ flatibus, neq; sibilo  
 Consternitur. Di. contunde vocibus virunt.  
 An. Agè, ibo soror, & qua iubes primū exequar.  
 Di. Conuexa cœli me piget tuerier:  
 Mori volo, si non amore perfruar.

## C H O R V S.

Anaspæstici.

**E**xterrita Dido compluribus  
 Fatis, incepsum quo peragat,  
 Lucemq; relinquat: iam vidit,  
 Cum dona imponeret altari,  
 Dictu horrendum, latices sacros  
 Nigrescere: fusaq; in obscenum  
 Se vertere vina cruorem. Sed &  
 In teclis templum est marmoreum  
 Coniugis antiqui, velleribus  
 Niueis & fronde reuinctum, Isthinc

Voces

Voces & verba vocantis viri  
 Audiri visa tenebris, nox  
 Cum terras obscurat teneret.  
 Præterea culminibus bubo  
 Ferali carmine sape queri  
 Et ducere voces in florum:  
 Multaque prædicta priorum hominum  
 Horrificant terribili monitu.  
 Agit ipse furentem per somnos  
 Ferus Aeneas: semperque sibi  
 Sola relinqu: semper longam  
 Ire incomitata videtur viam:  
 Et Tyrios quarere deserta  
 Terra. Eumenidum veluti demens  
 Videt agmina Pentheus, & solem  
 Gemanum & duplices se ostendere  
 Thebas, aut ille Agamemnonius  
 Scenæ agitat Orestes, face  
 Armatam cum refugit matrem.  
 Furiaeque ultrices in limine  
 Resident. Et iam euicta dolore,  
 Concepit diras intra animum;  
 Atque ipsa modum & tempus secum  
 Exigit hic, decreuitque mori.  
 Spem fronte serenat, consilium  
 Crudele tegit vultu reprobo.

## ACTVS III.

ANNA,DIDO.

Ff

**D**ixi futurum. Nam viri mens efferi  
 immota permanet, nec ullus vocibus  
 Lacrymisq; flectitur. Di tace modò soror  
 Et gratulare mihi. Viam, quæ eum mibi  
 Reddat, vel ipso soluat, inueni, soror.  
 Solem cadentem iuxta, & Oceani prope  
 Finem ultimum inhabitatur Aethiopum locus:  
 Vbi maximus Atlas torquet humero Olympium  
 Axem, facibus aptum micantibus. Hinc mihi  
 Monstrata gentis est sacerdos extimæ  
 Custosq; templi Hesperidum, & horti Punici,  
 Quæ epulas Draconi per uigil sœuo dabant,  
 Sacrosq; ramos conserebat in arbore,  
 Mel humidum spargens: soporiferumq; dans  
 Papauer. hæc promittit animas, quas velit,  
 Carminibus exsoluere: alijs immittere  
 Se posse curas: sistere fluuijs aquam.  
 Et astra retro vertere, & manes è specie  
 Ciere nocturnos. Videbis hic soror  
 Mugire terram sub pedibus, & de iugis  
 Altissimis descendere ornos mobiles.  
 An. Regina cara, quid magica paras sacra?  
 Nullis amor curatur vñquam cantibus:  
 Nullis remedys alleuatur Thessalis:  
 Nil concitum rhombo iuuabit licium,  
 Vbi intimas amor medullas occupat.  
 Di. Germana cara testor hoc caput tuum;  
 Magicas ad artes non lubenter accingier.  
 Nunc tu pyram secreta recto in intimo  
 Erige: viri q; arma, thalamo qua illud scelus  
 Relin

liquit, exuuiasq; cunctas, & torum  
 iugalem, quo misera perij, super  
 ipone: monumenta omnia viri pessimi  
 volere monstrat hac sacerdos, & iubet.  
 V. Quorū sum pyramid iubet exstruere? DI. fabor tibit  
 Tusa crines hec sacerdos ore ter  
 entum tonat Deos, Erebum, & atrum Chaos,  
 ter geminam Hecaten, tria ora virginis  
 locat Diana. mox toro effigiem locat:  
 intusq; Auerni spargit hūc latices sacros:  
 effasq; ahenis ad Dianam falcibus,  
 in quaerit herbas, cum veneni lactibus:  
 ascensit & de fronte equi reuelliatur,  
 atriq; præripitur amor: tum fæmina  
 cuta vinculis pedem vnum, in vestibus  
 dstat recinctis, & manus sursum leuans,  
 estatur inferos Deos, & conscia  
 iti astra: demum sua precatur numina:  
 ueis sunt iniquo curæ amantes foedere.  
 N. Intelligo soror: sed his rebus nihil  
 euare amorem poteris, & curas graues.  
 Di. Mibi hoc erit curæ, soror: abi tu modò,  
 pyramid quam iussi sub auras erige.  
 An. Si quid iuuat, paro iussa. Di. facis, ut te dècer.

## D I D O.

E N quid misera agam? num priores iam procot  
 Irrisatur sus experiar? an supplice  
 Voce Numidum Regum petam connubia,  
 Quos ego maritos ante dedita sum?  
 gitur Phrygum classes, & ultimos sequar

Ff

Iussus? quia ne iuvat antè ope leuatos mea?  
 Et gratia veteris beneficij bene  
 Stat apud viros memores? quis autem me sinet?  
 Qui ratibus accipiet superbus feminam?  
 Nescis Elisa perdis, heu nescis, neq;  
 Dum gentis Asiana vides periuria?  
 Quid tum? fuga sola comitabor perfidos  
 Nautas ovantes? an manu omni persequar?  
 Et quos Tyri urbe vix reuelli, rursus hinc  
 Agam mari? ventisq; vela iterum dare  
 Iubebo? quin potius morere. namq; merita es.  
 Auerte ferro isthunc dolorem. Tu meis  
 Euicta lacrymis soror: tu prima me  
 Ists malis oneras, & hostibus obycis.  
 Quid? non licebat degere expertem tori  
 Vitam absq; criminis, more sylvestris fera?  
 Nec talibus curis sine modò confici?  
 Promissa cineri mea fides est coniugis:  
 Seruata non est: merita supplicia luo.

## C H Q R V S.

**A**Enreas in puppi residet:  
 Riteq; paratis rebus pigrum  
 Ibi somnum carpit. Nata Dea,  
 Potes hoc casu somnos duceres?  
 Nec qua circumstant discrimina  
 Cernis demens? neq; iam Zephyros  
 Spirare secundos aduertis?  
 Regina dolos, dirumq; nefas  
 In pectore versat, certa mori:  
 Varioq; irarum aestu fluctuat.

Non

Non hinc præceps vel tandem effugies:  
 Dum præcipitare potestas datur?  
 Iam nunc mare turbari trahibus  
 Seu asq; videbis toto equore  
 Lucere faces: iam iam littora  
 Flammis fervere: si contigerit  
 Aurora morantem te his terris.  
 Eia agè disrupte moras: varium  
 Et mutabile semper fæmina.  
 Vigilare viros nunc prospicio, &  
 Transtris considere: vela citos  
 Soluere. Deus, aethere demissus  
 Ex alto, festinare fugam,  
 Tortosq; incidere funes, iubet.  
 Adsis o placidus Reginæ  
 Deus, & cælo iam dextra feras  
 Sidera, ne tristi abitu mœsta  
 Nimis indoleat. Sed progreditur  
 Huc, terq; quaterq; manu pectus  
 Percussa decorum, & flauentes  
 Abscissa comas, & lacera genas.

## ACTVS V.

## D I D O.

**E**rgo ibit hic? quid? ibit hic? prô Iuppiter,  
 Meisne regnis advena hic illuserit?  
 Non arma iam expedient? & è toto oppido  
 Sequentur? & rapient rates naualibus?  
 Ite, agitè, ferti citi faces, impellite  
 Remos, date Notis vela. Quid loquor? ubi sum?

Ff 3

Que mentem agitat infania? infelix nurus,  
 Nunc fatate Dido impia feriunt male.  
 Tum decuit, vbi sceptrum dabas. En dextera  
 Fidesq; quem secum penates patrios  
 Portare dicunt: quem subiisse humeris patrem  
 Aetate confectum. Non corpus abreptum datur  
 Diuellere, & vasti maris aquis immergere?  
 Non nauitas, non ipsum Iulum filium  
 Absumere gladio, toruq; patriis  
 Apponere epulandum. Sed anceps fuerat hic  
 Fortuna pugna huius. fuisse. quippen?  
 Moritura quem metuo? faces in hostium  
 Castra intulisse: facibus implessim foros,  
 Natum patremq;, cum genere nequissimo  
 Extinxem, & ipsamet dedisse me super.  
 Sol, qui vniuersa lumine illustras poli  
 Terraq; opera: tuq; omnium horum conscia  
 Iuno malorum: tuq; Hecate ylulata per vagas  
 Vrbes: & vtrices Eumenides Deæ:  
 Hac accipite: numenq; meritum aduertere  
 Nostris malis: audite, quas fundo preces:  
 Si fata Iouis hoc exigunt, si tangere  
 Portus necesse est hoc caput, si terminus.  
 Hic heret, adnare Latio Phrygum ducem,  
 At bellica vapressus audacis popli,  
 Extorris agro patrio, flagitet opem  
 Aliunde, querat auxilia: videat Phrygum  
 Indigna funera: neg, quam sub tetricas  
 Leges iniquæ pacis olim se hostibus  
 Tradiderit, ipse sua fruatur regia,

Sed

Sed ante maturum diem cadat impius,  
 Mediaq; arena iaceat in humati viri  
 Cadauer. hoc precor, hanc supremam contraeum  
 Effundo vocem, cum cruento sanguine.  
 Tum vos coloni Punici, stirpem & genus  
 Omne hinc futurum, odys premite capitalibus;  
 Cineriq; nostro munera isthac mittite.  
 Populis nec ullus amor, nec vlla foedera  
 Sunto. Exorere aliquis ultor ex his osib;,  
 Qui Dardani genus face & ferro premas,  
 Quocunq; vires hac dabunt se tempore:  
 Hoc littus illi litori contrarium,  
 Fluctusq; fluctibus imprecor contrarios,  
 Ipsi nepotes dimicent secum inuicem.  
 Tu cara nutrix hac sororem protinus  
 Siste mihi: dic properet aquis se spargere.  
 Pecudumq; secum ducat hac piacula  
 Monstrata: sic veniat. Pia tu tempora  
 Vitta tegit: ego sacra Stygio laui paro:  
 Summumq; curis instituo finem addere:  
 Rogumq; Dardanij capit is igni dare.  
 Abit hac. Ego adsum nunc remotis arbitris.  
 Quid restat, hunc nisi ut rogam, quem condidi?  
 Moritura concendam, meosq; finiam  
 Letho dolores? sic agam: dum non yetor;  
 Dicamq; verba his vestibus nouissima.  
 Dulces Phrygum extui: uiae ducis, dulces tori:  
 Dum fata, dum clemens sinebat hoc DEVS,  
 Hanc accipite animam: his precor me exoluire  
 Angustijs. Sat vixi, & onygem et atule.

Ef 4

*Cursum peregi: magna imago nunc mei  
 Sub terram abibit, sed tamen mea mœnia  
 Vidi prius, & urbem, quam condidi.  
 Quin & virum ulta, fratre ab immanissimo  
 Pœnas recepi. Felix mulier, heu quater  
 Felix: carinæ si Phrygum iſthæc littora  
 Nunquam attigissent. quid moror? nonne moriar?  
 Sed inultâne moriar, sine omni vindice?  
 Age moriar. sic? sic sub umbras ibimus.  
 Crudelis hunc oculis ab alto Dardanus  
 Ignem hauriat, nostræq; mortis omnia  
 Secum ferant Laomedo, & Iulus perfidus.*

## ANNACHORVS.

**Q**uis clamor hic it ad alta tecti culmina?  
*Quis hic ululatus fœmineus atq; gemitus?*  
*Magnis resonat aether suprà plangoribus,*  
*Non aliter, ac si prisca Tyros, aut urbs nouæ*  
*Carthago ruat. Hei, hei mihi misera! quid hoc?*  
*Quam video? quis hic ensis cruore luridus?*  
*Oforor Elisa, quid mali hoc? quis vim dedit?*  
*Hoc illud ò germana fuit: hoc mihi rogus*  
*Isthic parabat: hoc foci, hoc ignes sacri.*  
*Ah quid querar primum? quid inceptem queri?*  
*Comitem sororem spernis emoriens tuam.*  
*Eadem vocasses me ad necis fata ultima:*  
*Idem dolor, eadem hora utramq; tolleret.*  
*Ah me ter & quater miserrimam omnium,*  
*Quæ manibus his struxi rogam, quæ patrios*  
*Deos vocavi voce: sic Deis volentibus*

Crude-

Crudelis ut te posita abessem isthac domo?  
 Te, meq<sup>z</sup>, soror extinxi, & urbem Punicam,  
 Parresq<sup>z</sup>, Sidonios: Date ut aquis ablueam  
 Vulnera: date, inquam, aquas: & extremus super  
 Si forte quispiam errat halitus, legam.  
 Cho. Desiste germanam fovere amplexibus,  
 Atrosg<sup>z</sup>, vestibus cruores tergere:  
 Mibi ultimum cura erit in hac heroide  
 Pieratis officium. Locum da. Nam quia  
 Nec morte promerita perivit, nec suo  
 Fato: sed ante diem misera iam concidit,  
 Nec dum comam illi vertice in flauo pia  
 Proserpina abstulit, caputq<sup>z</sup>, tetrico  
 Damnauit Orco: ego dextera crinem mea  
 Secabo Regina. Ergo hunc Diti sacrum  
 Crinem fero, & aniliam relaxo hoc corpore.

F I N I S.



**NICODEMVS FRISCHLINVS, VIRIS**  
 nobilissimis & clarissimis, passim in Germania, Ita-  
 lia, Gallia, Dania, Polonia, atque Hungaria de-  
 gentibus, amicis suis suauissimis, S. P.

**S**EXCENTAS à vobis accepi epistolas, viri Nobilissimi  
 atque clarissimi: in quibus aliqui vestrūm me subinde  
 exhortantur, ut si quas habeam nouas Comœdias, eas  
 in lucem proferam: si nullas habeam, ut nouas com-

Ff 5

ponam & meq; ad hoc scribendi genus, totum conferam. Alij  
me hortantur, ut meos Panegyricos, quos edidi de Austriacis  
Cæsaribus, & de victoria Sarmatica, & de Nuptiis Vuitem-  
bergicis, & de Horologio Argentinensi; & quos domi scriptos  
habeo de Natali Christi, de Morte, de Resurrectione, & de  
ascensu eiusdem: eos uno volumine comprehensos in vulgo  
emanare patiar. Si qui vestrūm ex Elegiis maiorem volup-  
tatem capiunt: h̄oc unicè assidueque urgent: ut eas, quas  
diuersis edidi temporibus, & nuper in nouem libros digessi  
Elegias, rerum varietate iucundas, & argumentorum nouitas  
et amabiles: eas inquam, primo quo quis tempore, cum lecto-  
ribus communicem. Plerique vestrūm auctores mihi sunt,  
ut ad paraphrasin Bucolicorum & Georgicotum Virgilij, etiā  
paraphrasin Aeneidos adiungam: & ad Paraphrasin, quam  
scip̄si in Persium, & Horatium, addam quoque paraphrasin in  
Iuvenalem. Non pauci ē vobis sunt, qui suis me calamis, tan-  
quam stimulis & calcaribus quibusdam, eò conantur impel-  
lere: ut ad l̄ymporum Callimachi versionem, iam olim in  
Gallia editam, & nuper à quodam plagiario, mihi furtim ab-  
latam: tum etiam ad quinque Comœdias Aristophanis prior-  
es, quas ante quinquennium verti, sex reliquas adiiccam.  
Non deiun: ē vobis, qui, postquam legissent meam Strigi-  
len Grammaticam & octo libros, quos de hac arte, in Italia  
edidi, & quinque libros, quos de Astronomica disciplina con-  
fectos habeo, qui, inquam, sat bene longis epistolis me quo  
tidie ferē monent: ut quicquid est ingenij mei, id omne ad  
illustrandas artes humanitatis conferam: & post recusam  
Grammaticen, editamq; Astronomiam, mox omnem ani-  
mum, ad recognoscenda artis Dialectice & Rhetoricæ præ-  
cepta revocem. Quid? quod nonnulli vestrūm, lecto eo con-  
silio, quod nos generose indolis puerο, D. Francisco à Bat-  
thyam, Hungariæ Regulo, nuper in Pannonia deditus: su-  
binde mē hortari non desistunt: ut Nomenclaturam meam in  
tres libros, secundum seriem decem Categoriarum distribu-

tam

tam omni mora sublata, in lucem hominum emitam. Nam  
 de meis in Ciceronem, in Virgilium, in Horatium, in Cæ-  
 sarem, in Salustium commentarijs: deq; orationibus & exer-  
 citatiōib; scholaſticis, nihil hoc loco vobis pollicitari audeo,  
 Iacent enim ista omnia adhuc in suis pulueribus; neque tem-  
 poris huius iniqua conditio, manum me illis admouere pa-  
 titur. At quorsum tandem, viri optimi & humanissimi tot  
 admonitiones, tot exhortationes vestræ? Nam si vos imperi-  
 tos rerum æstimatores adhibeatis in consilium: facile intel-  
 ligetis, nihil opus esse meis lucubrationibus, & cōmentationi-  
 bus: præsertim in tanta optimorum librorum copia, tantaq;e  
 scribentium multitudine. Credunt enim isti homines, po-  
 steritatē, si qua est futura, tam cōmodè carere posse meis libris,  
 quam cōmodè caruit ætas superior: in qua nō minus docti viri  
 extiterunt, quam hodie existunt. Quasi verò ante Erasnum  
 & Philippum nulli fuerint viri docti & literati; aut quasi post  
 Erasmi & Philippi præclaras, in artibus tradendis nauatas o-  
 peras, istorum imitatorum & seruarum pecudum furtiuis lu-  
 cubrationibus, & stolidissimis libris, hæc ætas carere non po-  
 tuisset, aut potius carere non debuisset. Iulius Cæsar Sca-  
 liger, vir summo ingenio, summo iudicio, & quo ego solidè  
 doctiorem, multis seculis neminem extitisse arbitror: in li-  
 bro de causis lingue Latinæ scripto, ultra trecentos & quin-  
 quaginta errores demonstrauit: quibus Philippi & Linacri  
 optimorum proximis annis Grammaticorū libri referti sunt.  
 Ego verò in mea Strigili, adhuc alios trecentos commonstra-  
 ui: quibus noui compilatores. artem istam Grammati-  
 cam turpissimè conspurcarunt. Nam longè aliud est, mi-  
 hi credite, artem aliquam comprehendere præceptis:  
 quorum adminiculo tradatur lingua Latina, aut Græ-  
 ca à magistris: discatur à discipulis: & artem traditam pro-  
 ponere descendam pueris. Illic enim requiritur suba-  
 ctum iudicium: & vernacularium causarum cognitio-  
 quæ sine exquisita Philosophiæ scientia haberi non po-  
 tent

test. Quomodo enim artem aliquam illi homines conscribant : qui solidæ philosophiæ micam in se non habent ? Et quotus quisque est , è tanto Grammaticorum numero, qui artis huius principia intelligat : nedum ut ex ijs possit idonea præcepta extruere ? Quamobrem nihil me mouent imperitorum hominum de meis artibus , quas trado, ineruditæ & planè asinina iudicia. Quantum verò ad vos attinet, viri optimi & doctissimi, qui de meis laboribus longè aliter iudicatis: si vos putatis tantum emolumenti, quantum scribitis, ad rem publicam literariam è meis lucubrationibus redditurum : agè morem ego vobis geram : &, si vos Typographum meum eò incitaueritis, ut operam suam præstet , edam omnia, quæ domini conscripta habeo : & edam castigata , & absq; mendis: quoad eius fieri potest. Quia enim malorum & futilium scriptorum culpa , Typographi toties in fraudem & damnum inducuntur : eò fit, ut hodie innocentes libri pro nocentibus poenas pendant: & sèpè optimorum librorum auctores, tinearum & blattarum dentibus corrodantur: quibus eiusmodi compilatorū sutelæ potius erant discerpendæ atq; dilacerandæ. Quòd si etiā Mæcenatē mihi inueneritis: qui liberales in me sustentando faciat sumptus : & qui me in ocio tranquillo constituat, policeor vobis, quòd omnia, quæ cœpta sunt, Deo vitam & sanitatem annuente, intra biennium , aut etiā citius fini absoluturus. Hæc ad plurimas vestras , quas ad me des distis literas , breuiter respondere volui. Nam singulis ut responderem , penè unius mensis integrum tempus efflagitaret. Valete viri Nobilissimi & charissimi, amici colendi. Argentorati  
 Calend Decemb. Anno, 1584.

## DAVID CHYTRAEVS AD Iacobum Monauium.

Nico.

**N**icodemi Frischlini Priscianum vapulan-  
tem, magna cum voluptate legi: nec de-  
ponere ex manibus potui prius , quām  
absoluisset. Non dubito eiusdem Poë-  
tē Susannam, Rebeccam & Hildigardin tibi vi-  
fas esse: quibus veteris Latinæ orationis puri-  
tatem, elegantiam, facilitatem & leporem Te-  
rentianum, atq, Plautinum in theatra Germa-  
niæ reduxisse, ac specimen ingenij & industriæ  
alijs Poëtis non imitabile , in Comædijs illis  
edidisse videtur, &c. 17. Martij, Anno 80,

**HIERONYMI VVOLFFII , GYM-**  
**nasij Augustani Rectoris, hexa-**  
**stichon.**

Ελλαζον ὡ Νικόδημον ἱρωίδης αὐτροβέτιν τε  
ώρθλόγον: τῆσ σην ἐργα τωλυφροσύνης,  
Αλλασσοις οι πλάτω βεβεβότες ἐκτελέσωσι:  
τῷρ δὲ ιμάτῳ (τῷε νῦν) σοι χάρις ἐστὶ γεράτε.  
Αργαλέου με νέσσοι πατέρεισιν. ἀπαντα δὲ χρυσορ  
(ἔτις ἐν) ἀφελον, φαέμαν, ἵτροι. ἔτις.

**IOANNES POSTHIVS, MEDI-**  
**cinae Doctor, poëta L.**

**T**empore quodd geminas uno Frischline Rebeccas  
Enixus es: congratulor  
Ingenio, domuiq; tua: sic pergit, natis  
Fies breui ditissimus.  
Quos tamen ingenio producis diuite fætus,  
Viuaiores ceteris.

Exi-

*Existens, nomenq; tuum laudesq; per omnes  
Orbis sonabunt cardines.*

## IN SVSANNAM FRISCHLINI,

Iohannes Lauterbachius, Poeta Nobilis, & Coronatus:

**O**rnatus, pietas, pudor, venustas,  
Est scenæ decus optimum pudicæ:  
His Comædia dum triumphat orbe  
Frischlini medio rēcens, venustum  
Cui Susanna dedit venusta nomen.  
In scena decus optimum videtur  
Ornatus, pietas, pudor, venustas.

## IN TRES COMOEDIAS NICODEMI Frischlini, Rupertus à Stoizingen Nicodemo Frischlino, S.

**V**ates optime, & omnium virorum  
Disertissime, quos solum paternum  
Potens Suevia, procreauit vñquam:  
Quod me doctiloquis tuis libellis  
Donasti tribus, & referre quondam  
Nitar, & meritas habere grates.  
Hildgardis vehementer, ut polita est:  
Sic linguae nitido Rebecca cultu  
Praefat: nec grauitate, nec lepore  
Verborum (egregium decus) SVSANNA;  
Sedit Plaute tibi, tibi ue Plubli:

*Quanta*

Quantus Prisciades breui futurus  
 Doctis sapius à viris cupitus?  
 Me certè vsg, adeò tui libelli  
 Iuuant, ut violas, rosas q, vernas  
 Tanti non faciam, aut suaè odores  
 Flores irrigui hortuli & venusti.  
 Non ver purpureum mihi tam amarum est  
 Post noctes hyemis feræ atq, tristis:  
 Non optatior aureus mihi est Sol  
 Post imbres gelidos, nigras q, nubes:  
 Sed nec frondiferum nemus, sub æstus  
 Dum Canicula nos fatigat ardens.  
 Ergo orna patriam, bonas q, Musas:  
 Frischlini vnanimi, & venusti amici  
 Nomen perpetuis manebit annis.

F I N I S.



**HELVETIO GERMANI,  
 COMOEDIA NOVA, NEQVE IL-  
 LEPIDA, ET LECTV, ACTV QVE  
 Iucunda, atq; vtilis,**

*A V C T O R E*

**Nicodemo Frischlino, Com. Pal. P. L.**

*MAGNIA*

MAGNIFICO, VEREQUE NOBIS  
 LI VIRO AC DOMINO, D. IACOBO  
 CURTIO à Sanftenu S. Cæs. Maiestati à secretissi-  
 mis consilijs, suo Domino & amico  
 incomparabili.

S. P. D.

Nicodemus Frischlinus.



RANSIIT octauus nostri octogesimus eui  
 Annus, & in cursum meta peracta redit.  
 Fatale hunc cecinit nobis deceptus aruspex:  
 Stifely in numero forte secutus iter.  
 Nam neq; mota ruit à culmine machina mundi:  
 Nec monstris astas prodigiosa fuit.  
 Omnia adhuc caelo video constare sereno:  
 Nullibi seu nouis horruit aura minis.  
 Nam quod Sarmatia res non succedit in oris:  
 Contigit idfato solius omne Dei.  
 Ille etiam poterit, speremus dummodo fidi:  
 Rursus in optatam lapsa referre viam.  
 Ne tamen arguerit mendacem verior etas  
 Astronomum: hac anni mira prioris habe.  
 Iulus è putri Cæsar tellure resurgit:  
 Et rex Teuto suis Ariouistus adest.  
 Hinc Germanæ aciem struxére, Italaq; cohortes:  
 Inq; nouo cursu secla Platonis eunt.  
 Ovtinam belli potuisse esse iocofí  
 Spectator, dum res hac fuit acta mihi.  
 Comica maiori sonuerunt atria plausu,

quam

Quām cūm scena actor Roscius ille fuit.  
 Mittimus interea nōstro spectata a theatro,  
 Mentibus atque oculis inspicienda tuis.  
 Tu facies equi, tu paulum seria pones:  
 Tu mecum sōcco ludicra cinctus ages.  
**A**spera non semper contristant tempora cēlum:  
 Lucida discusis nubibus aura redit.  
**C**ur tu continuis animum, mentemq; fatiges  
 Curis, & streperis garrulitate fori?  
**Q**uem nunquam laxas, intensus rumpitur arcus:  
 Et celer asiduo carcere languet equus.  
**H**ac quoq; ne pariat fesso tibi tādia, Curti,  
 Non oculis adeo litera digna tuis:  
**C**urtior esse mihi iam dudum est iussa: monente  
 Nominis hoc ipsum conditione tui:  
**A**ut pro Cæsare & natura, & Principis aula:  
 Veste aula breues, & breue carmen amat:  
**A**ut potius culpa ingenij: cui facta supplex  
 Curtior, & multò quām fuit ante, minor.  
**S**apè quidem virtus adversis cognita rebus,  
 Sed mea me fermè succubuisse facit.  
**V**iue, vale, nostri non immemor, inclyte Curtiz:  
 Qui matus curto nomine pectus habes.

## P R O L O G V S.

**H**ODIE duo bella gestum in hoc proscenium:  
 Venimus: utrumq; sine cæde, sine sanguine.  
 Id quod principio vos scire statim voluimus:  
 Ne quem hac inusitata species deterreat.

Nam hi centuriones, hæ cohortes, hi duces  
 Nullum vobis periculum denunciant:  
 Neq; solum, ut æquo magno q; ad sitis animo,  
 Hortantur: sed ut erga se pariter benevolo.  
 Si enim vos taciti aderitis cum silentio:  
 Ut, quid prius dicturi sint, quam dimicent,  
 Noscatis: pollicentur ipsi etiam suam  
 Tranquillitatem. si tumultu abitur  
 E vobis quispiam: turbas illi dabunt.  
 Qui primi hæc bella gesserunt, rem seriam  
 Egere. Nam ubi hominum octoginta millia  
 Cecidere in una pugna, occisi à Cæsare:  
 Vtrum ne vos ludum fuisse creditis?  
 Poëta noster primus rem tam seriam,  
 In ludum vertit scenicum, nouo modo.  
 Nam factas in theatrum personas, nisi  
 Duas, aut forte tres, non produximus:  
 Easq; non de ingenio confinxit suo  
 Poëta noster, sed è Plutarcho mutuatus est.  
 Nunc si quis est, qui aut histriones vituperet,  
 Aut apparatus meliorem desideret:  
 Aut locum agendi capaciorem postuleat:  
 Aut aliud quid culpet: is apud se ita cogite:  
 Olim fuisse Lucullos, & Roscios:  
 Olim fuisse Prætores & Cæsares:  
 Hodie, neq; Roscij sunt ulli, qui scians  
 Artificium: neq; Luculli, qui scenicis  
 Abundent chlamydibus: neq; urbani obuiam  
 Prætores, qui ludos faciant theatricos:  
 Neq; Cæsares, ullum qui Amphitheatrum excitent.

Terpene

Terpēit nunc ingenia pigra adolescentia:  
 Nec in ullius honestarei laboribus  
 Vigilatur: languor, & languore turpior,  
 Malarum rerum animos occupat industria.  
 Nunc studia obſcēna ſaltandi viros tenent  
 Effeminator: & capillum frangere:  
 Et immundissimiſ ſe excolere mundicys,  
 Noſtrūm Adolescentium virtutis ſpecimen eſt.  
 Nobis aliud propositus eſt finis: aliud  
 Scopus: ut Iuuentus in ſcholis ſe exerceat:  
 Et memoriam augeat: ſeq, iſtiſ initys  
 Ad res maiores prepartet: & facundiam  
 In primis Romana hauriat eloquentia.  
 In hac quidem caſtrenſis eſt: veruntamen  
 Pura oratio: verbiſ expreſſa Caſariſ;  
 Sine phaleris, ſine calamiftriſ omnibus.  
 Nam bella qui hac ſcripſit, ſcripſit codem impetu,  
 Quo geſſit. Quod reliquum eſt: quoſo benignas dato  
 Aures, & vulgus nonnihil compescite.  
 Nam quia Latino ſermone iſtac peragimus,  
 Occlamant imperiti lingua: ogganiunt  
 Mulieres: obſtrepunt ancilla, ſervuli,  
 Opifices, Lanū, ſartores, ferrariū:  
 Sibiq, Germana lingua poſtulant dari  
 Comœdiam. Hoc quia non fit, nobis preferunt  
 Cybisteres, laniftas, funambulos,  
 Petauriftas: quibus gaudet plebecula.  
 Sed hac incommoda, veſtra intelligentia  
 Sedabit, ſi eris adiutorix noſtra industria.  
 Noſ in ſcena noſtrū ſerabitur locum.

*Qui cladem Helueticam, qui Ariouistis fugam,  
 Qui cadem spectabunt utriusq; exercitus:  
 Ita ordinasse fata, cogitent Deum:  
 Ut cum res summa ad fastigia mortalium  
 Exexerit: magno nos concutiat metu:  
 Ac fragilitatis humanae admoneat suos:  
 Cuius alias nimia in prosperis obliuio est.  
 Nam in omnibus rebus, fati perpetua lex,  
 Ut ad summum perducta, rursus ad infimum  
 Velocius relabantur, quam ascenderant.  
 Aequis animis quicunq; nobis praestò erit,  
 Huic equa ut fortuna sit, optamus maximè.  
 Tantum est, poëta quod iussit præfarier.*

## PERSONAE DRAMATIS.

Labienus. Liscus. Considius.  
 Thrasy machus. Lydus, lixa. Cæsar. Diuico.  
 Diuitiacus. Tusnelda, meretrix Procilius.  
 Ariouistus. Nasua. Titius.

## A CT V S I. SCENA I.

Labienus, Liscus.

Octonarij  
lambici.

**N**OS, qui dispositi hic estis in praefidijs, legio-  
 narij,  
 Castella, muro & fossa communica, sicut  
 iusseram,  
 Seruate: quo facilius, si transire me invito Helvetij

Con-

**C**onentur, prohiberi possint. Tu Lisee, quid hic Heluetijs  
Eorumq; legatis responsi sit datum, nunquid tenes?

**L.** Teneo. Nam nulli, aiebat, se posse dare iter per pro-  
vinciam,

**P**opuli Romani iniussu. **L.**a. scilicet. **L.**i. & si vim facere  
velint,

**P**rohibitum. **L.**a. nec sanè immerito, per Iouem. Nam  
memoria

**T**enemus Lise, Lucium Longinum Cassium Consulem  
Occisum, exercitumq; eius ab Heluetijs pulsum, & sub iugū  
Misum. **L.**i. haud erras. **L.**a. Et multorum ante cladibus  
expertum sat est,

**Q**uām sit pericolosum, tantam multitudinem hostium  
In Galliam recipere. Itaq; hoc concedendum ipsiſ neuti-  
quam

**P**utamus, Lisce, ut huc iter habeant. Neg, enim Heluetios,  
Homines inimico animo, facultate data per provinciam  
Itineris faciendi, temperaturos sibi à maleficio  
Existimamus Lisce. **L.**i. hoc illud est, in omni re tua  
Salubre, te omnis exempli documenta in illustri loco  
Posita, intueri: unde tibi postea, quod tute imitare, capias:  
Et fœdū inceptū fœdumq; exitu vites, Labiene. **L.**a. Ita est,  
Lisce, ut dicas, me hercule. Nam hac ſpe deiecli Heluetijs  
Dies nunc aliquot iunctis nauibus. & ratibus compluribus  
Factis, vadisq; Rhodani, quā minima altitudo fluminis  
Erat, nonnunquam interdiu ſcipius noctū, ſi quā improbi  
Perumpere poffent, conati, noui huius operis commoda  
Munitio, & noſtrorum concurſu, ac telis militum  
Depulſi, iſto conatu defiterunt. **L.**i. ſcio factum. Ac  
proin

Quia hac non successit, alia aggrediuntur via. La. quæ  
nam via?

Li. Que ipfis relinquitur per Séquanos: quæ, Séquani tamē  
Invitus, ire cum non possint, ob summas angustias,  
Misere Legatos ad Dumnorigem. La. qua spe, cedō?

Li. Ut ipso deprecatore transitum impetrant à Sequanis.  
Nam apud hos Dumnorix gratia & largitione plurimum  
Potest: & amicus est Heluetijs. La. istene? Li. videlicet:  
La. Diuitiaci frater? Li. utiq. La. Aedunus? Li. ipsius.

Nam ex ciuitate ea  
Orgetorigis sibi filiam coniunxit matrimonio:  
Et cupiditate regni adductus, rebus hic nouis studet:  
Habetq; ciuitates suo sibi obstrictas beneficio  
Quam plurimas. La. quomodo, mi Lisce, isthanc rem con-  
secutus est?

Aut unde hac illi affinitas? cedō. Li. rem omnem à princí-  
pio audies,

Eo pacto & hominis astuti technas, & consilium viri  
Cognosces. La. Ausculto, quid hoc reisit. Li. Apud Hel-  
vetios

Vir nobilissimus & ditiissimus fuit Orgetorix: sacer  
Huius. La. quid iste fecit? Li. Is Marco Messala & Lucio  
Pisone Consulibus, regni cupiditate insanissima  
Adductus, coniurationem nobilitatis fecit. La. hem.  
Li. Et ciuitati Helvetiorum persuasit, uti de suis  
Exirent finibus, cum copijs suis omnibus, Tite.

La. Quamobrem Lisce? Li. Perfacile esse, cum ipfi virtu-  
te omnibus

Præstarent, imperio totius Galliae potirier.

Idq; hoc facilius eis persuasit Orgetorix: quod undiq;  
Circum

*Circum loci natura contineantur tuta Helvetij;  
Ex una parte flumine Reno altissimo, ac latissimo:  
Agrum qui Heluetium à Germanis diuidit. La. sic dicti-  
tant.*

*Li. Ex altera autem parte, monte Iura altissimo:  
Qui est inter Sequanos Heluetiosq; tertia, lacu  
Lemanno & flumine Rhodano, qui hanc provinciam ab Hel-  
vetijs*

*Diuidit. La. ita est. Li. Atq; his rebus sit, ut & minus tu-  
tè ferè*

*Vagentur, & minus facile bellum finitimis inferant.*

*La. Fortasse. Li. eaq; de causa homines bellandi cupidi, &  
feri,*

*Magno dolore afficiebantur. Nam pro multitudine  
Hominum, & pro gloria belli, atq; fortitudini sua  
Angustos se fines habere arbitrabantur. La. quomodo?*

*Li. Qui in longitudinem ducenta quadraginta passuum*

*Millia, in latitudinem centum atq; octoginta patent.*

*La. Intelligo sanè. Li. His adducti rebus tunc Helvetij,  
Atq; etiam autoritate Orgetorix permoti, ilicet,  
Na que ad profactionem pertinebant, undiq; comparant:  
Iumentorum & carrorum numerum sibi coémunt, quām  
maximum:*

*Tum sementes faciunt, quām maximas: frumenti ut copia  
In itinere suppetat: cum proximis quoq; ciuitatibus  
Amicitiam & pacem confirmant: Ad eas res biennium  
Sat is esse duxerunt: Profactionem in annum tertium  
Lege obfirmant. La. quid deinde fit? Li. ausculta, audies.*

*La. ita facio.*

*Li. Legationem ad civitates Orgetorix suscipit:*

**I**s Castico, homini Sequano, Catamanteledis filio  
(Cuius pater regnum obtinuit multos annos antè  
In Sequanis: & à senatu ac populo Romano fuit  
Amicus & socius salutatus) huic Castico, inquam, eo  
In itinere persuadet, ut regnum in ciuitate sua occupet:  
**Q**uod pater antè habuerat. Dumnorigi item, fratri Diu-  
tiaci,

**Q**ui Principatum in ciuitate nostra obtinet: ac maximè  
Plebi est acceptus: persuadet, ut idem conetur. La. hem.  
Li. mane.

**L**a. Hominem perpolaudacem. Li. Perfacile esse factuil-  
lis probat,

**C**onata perficere: propterea quod ipse in ciuitate sua  
Imperium obtenturus sit: non esse dubium, quin Gallie  
Totius plurimum possint Heluetij: se copys  
Suis, suoq; exercitu regna eis conciliaturum ait.

**L**a. Proh Deum, quæ hac confidentia est? Li. hac spe ad-  
ducti, inter se frām (pulos

Dant, & iusjurandum: & regno occupato per tres hos po-  
Firmissimos atq; potentissimos, totius Gallie  
Sese potiri posse sperant. La. Nauiter oportet malum  
Et impudentem esse, verecundia si quis fines semel  
Transiuerit. Li. verum est. sed sine me pervenire quò volo.  
Eares, ut est Heluetij enunciata, moribus  
Suis Orgetorigem causam dicere cogunt ex vinculis.

**L**a. Quamobrem, Lisce istuc? Li. Damnatum oportet pœ-  
nam sequi.

**L**a. Quam pœnam? Li. ut igne tremaretur. La. chem.  
Li. constituta post die

**C**ausa dictioris, Orgetorix ad iudicium omnem familiam

Ad

*Ad hominum millia decem vndiq<sub>3</sub>, coegit: & secum simul  
Omnes obaratos, omnes clientes, quorum habebat maxi-  
mum*

*Numerum, eodem conduxit: per eos se eripuit periculo:  
Ne causam diceret. La. & recte, mea quidem sententia.  
Nam scitum est, fugere litem, quam non possis persequi.  
Li. Cum ciuitas ob eam rem concitata, ius exequi  
Suum conaretur, multitudinem q<sub>3</sub> hominum pa<sup>im</sup> ex  
agris*

(audio?)

*Magistratus cogeret Orgetorix, mortuus est. La. quid  
Li. Nec abest suspicio, ut arbitrantur ipsi Heluetij, quin  
sibi chilominus  
Mortem consciuerit. La. quid autem Heluetij? Li. Ni-  
Id quod constituerant, facere conantur. La. quidnam?  
Li. ut finibus*

*Suis exeant. Nam vbi ad eam rem paratos se esse iam probè,  
Sat q<sub>3</sub> instructos, arbitrati sunt, vicos ad quadringentos, re-  
liqua item*

*Priuata edificia incendunt. La. Pape, quenam hac amen-  
tia?* (turi erant,

*Li. Frumentum item omne, præterquā quod secum porta-  
Comburunt. La. quamobrem? Li. ut sublata spe redditio-  
nis domum,*

*Paratores essent ad bellis subeunda pericula.*

*La. Stultorum hic mos est, amissis certis, incerta persequi.*

*Li. Cibaria molita trium mensium, queng<sub>3</sub> efferre è do-  
mo*

*Iubent: Tulingis, ut finitimi, persuadent, eodem vti*

*Vsi consilio, exustis oppidis vicisq<sub>3</sub>, vna cum ijs*

*Proficiscantur: Boiosq<sub>3</sub> qui trans Rhenum incoluerant,*

*Et in agrum Noricum transferant, & locum oppugnauerant,*

*Receptos ad se, socios adsciscunt sibi. Erant ipsis itinera,*

*Quibus exire domo possent, omnino duo: per Sequanos*

*Vnum, difficile & angustum, inter Iuram montem atque Rhodanum*

*Flumen, quæ vix ducuntur singuli carri: atque huic desuper Mons longè altissimus imminet, ut facile per pauci à transitu*

*Prohibere possint. Alterum verò multò expeditius,*

*Et facilius est hanc, per prouinciam vestram: unde nos modò Operis huius munitione, & telis hostem repulimus.*

*Itaque per alterum illud, quod dicit per Sequanos, viam*

*Affectant: Nam Dunnorix iste, de quo dicere cœperam,*

*Bem suscipit, & manibus pedibusque obnoxie hoc agit, ut Se-*

*quani*

*Per fines suos patiantur ire Heluetios. Nunc obsides*

*Etiam inter se dedere: Sequani, ne itinere prohibeant*

*Heluetios: Helvetijs, ut sine maleficio transeant,*

*Sed & hoc renunciatum est mihi, Helvetijs esse in animo,*

*Per Sequanorum & Aeduorum agrum iter in fines Santonum*

*Facere: qui non longè à Tolosatisibus absunt: que ciuitas*

*Est in prouincia. Id si fiat, intelligis, cum maximo*

*Prouinciae periculo futurum, ut homines Barbaros*

*• Et bellicosos, inimicos populo Romano, habeas locis Patentibus, atque frumentarijs finitimos. La me hercule.*

*Quare quod in nobis est, hanc munitionem sedulò*

*Aduersus hostium impetus, custodiamus Lisce: dum*

*De hac celeriter recipiat Casar, cum nouis legionibus.*

*Nam*

Nam magnis itineribus contendit in Italiā: duasq; ibi  
Legiones conscribit: & alias tres, que circa Aquileiam hy-  
mant,

Huc ex hybernis adducit. Li. Bene est: ego hinc ibo & rei  
Prospiciam frumentariae: dum ille redeat. La. bene am-  
bula.

## ACTVS I. SCENA II.

Labienus, Confidius.

**H**O MIN V M fidem, quām multum refert, quo-  
modo

Senarij  
lambicīa

Rem quamlibet geras. Nam paululum modo  
Hic cessaremus, isti iam Rhodanum vado

Transiſſent, aut vi ſuperiſſent Allobroges.

Tum verò Numenius & Verodoctius

Vt lepidè lepidum commenti ſunt dolum.

Nam ut ſemel iù Galliam noſtrā facere impetum

Heluetijs decretum, veniunt ad Caſarem,

Rogant, eius voluntate ut ſibi liceat

Fatere iter per prouinciam: ſibi in animo

Eſſe, ſine iniuria omni, ſine maleſicio

Vllo tranſire, aſtutè. Con. ſumme Iupiter,

Que hac celeritas Caſaris, intra diem ſeptimum

Ab Ocelo venire vltra Vocontias,

Cum tot tantiſq; copijs. La. quid hoc rei eſt;

Videon' huic Publium Conſidium accedere:

Quo Caſar exploratore viuitur? ipſus eſt.

Con. Nunc huic me pramiſit, ad exploranda hoſtium

Conſilia, & Labieno ut mandati quippiam

Adfer-

*Adserrem. sed videoen' hominem obuium mihi?*

*Ipse est: Labiene salue. La. salte Confidi.*

*Sed, nunquid fers noui de Cæsare? Con. scilicet.*

*La. Vtrumne ille ex Italia redijt, an secus?*

*Con. Imò, quà ipsi per Alpes proximum erat iter,*

**Diameter,** *In vltiorem hanc Galliam*

*Cum quinq<sup>z</sup> legionibus huc venit: ac nisi*

*Centrones, & Garocelli, & Caturiges, locis*

*Praeoccupatis superioribus Alpium,*

*Itinere tentassent prohibere exercitum,*

*Dudum adfuissest Cæsar in Vocontijs.*

*Nam prælijs aliquot repulsis hostibus*

*Ab Ocelo, quod citerioris oppidum*

*Prouincia extreum est, in agrum Vocontium*

*Vltioris prouinciae, die septimo*

*Peruenit: inde huc in fines Allobrogum:*

*Ab Allobrogibus in Sebusianos nouum*

*Exercitum deduxit. La. Et quid nunc agit?*

*Con. Postquam de transitu hostium per Sequanos,*

*Et de Aeduorum calamitate certior*

*Est factus, non expectandum sibi ratus est,*

*Dum sociorum absuntis fortunis omnibus,*

*In Santones peruenirent Heluetyj.*

*La. Sic rectè. Istud antiquum obtinet Cæsar, moras*

*Tollere, nihil differre. Con. Flumen est Arar,*

*Quod Aeduorum Sequanorumq<sup>z</sup>, influit*

*Per fines, in Rhodanum, incredibili lenitate:*

*Ita, ut oculis non posset iudicarier*

*In vtram partem fluat. La. quorsum tu ista memoras?*

*Con. Heluetyj hoc flumen ratibus ac lintribus.*

Tran-

*Transire conantur. La. Pape, quid audio?*  
*Con. Quin imò tres iam copiarum, mi Tite,*  
*Per flumen traduxere partes. La. Proh Deum!*  
*Con. Nunc citra flumen Ararim reliqua est quarta pars.*  
*Hanc Cesar, priusquam flumen Ararim transeat,*  
*Quasi de improviso igit constituit aggredi.*  
*Nunc te exhortatur, vt i cum omni equitatuto,*  
*Mora omni sublata, se præcedas, & ad*  
*Ripam Araris expectes: quo se è vestigio*  
*Ait secuturum cum copijs. La. bene est.*  
*Con. Ego præmissus sum, cum his exploratoribus,*  
*Vt obseruem hostes. La. factum Considi puta.*

## ACTVS I. SCENA III.

Thrasymachus, Lydus.

*V*isunt manipulares mei, Lyde. Ly. Intus tecum  
 potiam,  
 In castris. Th. Cur non hinc eunt in prælium?  
 Ly. expectant ducem,  
 Quando tu illis pugna datus sis signum, per psaltriam:  
 Aut sambuci striam. Sed an tu non ibis cum ceteris  
 Centurionibus, & Imperatore ipso, contra Heluetios?  
 Th. Iam non vacat. Ly. quid obstat? Th. tibine ego ratio-  
 nem reddere  
 Cogor, mastigia? Ly. at neq; tui manipularij milites  
 Ibunt? Th. eant: tu, si vis, illos instrue. Ly. non sum Thra-  
 symachus,  
 Sed Lydus: non Centurio, sed lixa. Ego noui officium meum.  
 Th. Noui & ego meum, neq; te opus est, Lyde, monitores  
 seruulo.

Ly.

Ly. Quæso hercule, Tbrasymache, cur tu Cæsarem sic deseris?

Cur Aeduos? cur fratres populi Romanii nescis ne tu  
Homio bucculente, & ventriose, quod hostes Helvetiū  
Per fines Sequanorum, copias traduxerunt suas:  
Et in Aeduorum fines peruererunt: quorum etiam hic agros  
Populati sunt. Th. quid tum postea? Ly. quid Aedui, cum  
sua ab ijs

Non possent defendere, legatos miserunt ad Cæsarem,  
Rogatum auxilium: Ita omni tempore, de nobis esse meritos,

Vt in conspectu exercitus nostri, agri deuastarier,  
Et liberi eorum hinc in seruitutem abduci, & oppida  
Expugnari non debuerint. Th. Quid tum postea? Ly. vah  
quid rogas?

Eriam Ambarri, consanguinei illorum, per legatos suos  
Certiores fecere Cæsarem, se populatis agris,  
Non facile ab oppidiis vim prohibere hostium. Th. quid amplius?  
(bene)

Ly. Item Allobroges, qui vicos & possessiones suas ha-  
Trans Rhodanum, se omnes ad Cæsarem receperunt fugâ,  
Et demonstrarunt, sibi præter agri ibi solum, nihil esse reli-  
qui.

Th. Cur non fuere cautores Aedu? cur dormiunt?

Ly. Imò cur vos dormitis Centuriones Legionarij,  
Absente Cæsare? cur non mature restitistis hostibus?

Th. Ego Cæsarem non sum secutus in hoc bellum, ut labo-  
ribus

Me defatigem militaribus, aut forte meum sanguinem

Prece,

Profundam, fortiter pugnando in acie contra obuios  
Heluetios. Ly. cur igitur? Th. deliciarum, & quæcum  
gratia,

Nos Nobiles hac expeditione Gallicæ vtimur.

Ly. Itane? Th. sic certè. Ly. at ego credideram vos ve-  
nisse in Galliam

Cum Cesare, tum populi Romani veteres vltum iniurias,  
Illatas ei ab Heluetijs; tum Gallie prouincias

Defensum ab incursu tot hostium: pugnando fortiter  
Pro gloria Latini nominis? Th. Vah, erras Lyde, si

Isthoc credis: Ego pœnitere tanti non emam. Ly. sapit.

At Roma, cùm Caesar epulum daret, ibi tu primus aderas  
Illi in conuiuio: Et cùm in ludos Circenses profunderes

Sumptus inutiles: aut exhiberet ibi spectacula:

Aut nocturnas choreas institueret inter Virgines:

Semper tu ibi, primas ut haberet, operam vbiq; dabas.

Th. quippe nū?

Nam tarius est ire in Veneris thorum, quam in Martis cho-  
rum:

Satim multo, accumbere scorte, quam scuto. Virtum intel-  
ligis?

Ly. Ac cùm vino incaluiisses Thrasymache, quantas minas

Ibi spirabas? quot hostium legiones uno spiritu

Difflaturum, aiebas? Vbi nunc illæ sunt crista, Thrasy-  
mache,

Quas inter cyathos erigebas, extra Martis aleam?

Th. Vbi sunt perdices, quas tibi assandas iam dudum ipse  
dederam?

Ly. Hominum fidem, quare est? hoccine est officium mi-  
litis:

Cum

Cum ceteri ad pugnam exeunt, se se tutum à periculo,  
In castra locare, & curare interim cuticulam?

Th. Et quae res est? quæ perfidia coqui, dum lucidus calet  
focus,

Non affigere perdices verubus, non assando vertere?

Ly. Dij te eradicent, gloriose Thraso, qui nibil aliud cre-  
pas,

Nec somnias aliud, prater popinarum cupedia.

Nam hinc est popa, ille venter tuus: hinc iste aqualiculus  
tibi est:

Hinc ista fura, quæ crassas queant gestare compedes.

Th. Pruritne tibi tergum, qui sic habeas me despiciatui?

Ly. Non sane. Th. at tu Lyde, nisi à talibus abstineas, citò  
comedes

Pugnos. Ly. Non esurio. Th. quin ergo abis intrò, & fo-  
cum instruis:

vt cum rediero, luculenta flamma luceat. Ly. isthac res  
nihil.

Te sollicitum tencat. Nam quod meum est, rectè cur auero.  
Sed quò te dicam ego ire? Th. quò lubitum est mihi. Apage  
verbero.

## ACTVS I. SCENA IV.

### THRASYMACHVS.

Senarij  
lambici.

**P**Riusquam hinc abeam, pauca libet ad vos mihi  
De meo, & aliorum studio, commentarier.  
Nam dissimili ingenio omnes à puero sumus:  
Neq; quisquam alterius consentit moribus.  
At q; hoc perinde est, ut quisq; à primordio  
Vita educatur maximè. Nam studia qui

Abire

Abire dixit in mores, baud falsus est  
 Animi. Ego quidem, quam primum cœpi farier,  
 Magistro datus sum: qui artes, & literas  
 Doceret: harum tres etiamnum memoriter  
 Teneo: & quia sunt amabiles, adhuc A, M, O,  
 Verum ad quiduis eram aptior, quam ad literas:  
 Itaq, nullis poteram verberibus ad libros  
 Retrabi ab ijs, quantum mihi voluptati erant.  
 Habebam multos mannulos iunctos puer:  
 Habebam maiores atq, minores canes:  
 Habebam Luscinias, merulas, coturnices:  
 Quibus cum lusitabam totos tunc dies:  
 Et acres incitabam morsus passerum.  
 Namq, ha delicie tunc erant quadrimulo.  
 Postquam egressus fui annum etatis septimum,  
 Nucibus nondum relictis, ad alia studia  
 Animum applicui, crescente mecum malitia.  
 Nam qui mores corrigerere debuisset meos,  
 Is non emendabat suos. Non pauci enim  
 Suam in perdendis ingenij pueritiae  
 Ostendere volunt, nescio quam, industriam:  
 Et in hac re demonstrare, quam sint callidi.  
 Hi plerumq, animum agrotum ad partem applicant  
 Deteriorem. Quare tum præcipue mihi  
 In votis, scire quantum lucrisenio  
 Afferat in tesseris, quantum damni canes:  
 Qua taxilli arte mittendi in turriculam.  
 Tum studium erat mihi, ut aptè luderem trocho:  
 Ne quis alias puerorum in tota urbe afforet,  
 Qui melius posset circummagere turbinem.

Nihil verderat in illa etate impubere,  
 Quod arrideret mihi magis, quam cum meis  
 Aequalibus, aut pugnis decertare, aut manus  
 Conferere, aut in capillos involare: tum  
 Si quis natu me obiurgaret, vir grandior,  
 Eum aut ciconiata pinsebam manu,  
 Aut asinini eludebam pone auribus,  
 Aut exerta lingua subsannabam eminus.

Postquam vero pretextam deposui, & Lari  
 Bullam ex voto suspendi: Ibi tum grandiusculum  
 Athenas misit pater, hinc in Graciam,  
 Vbi maiorem ingenij fructum capesserem.  
 Addebat etiam vita regulas mihi:  
 Ut studijs obsequerer meorum equalium,  
 His me una dederem, adversarer nemini,  
 Nunquam alijs me præponerem. Nam istud, pater  
 Apprimè, aiebat in vita fore utile:  
 Vnde facilius invenirem amicos mihi pares,  
 Et absq; invidia, laudem. Nolo, inquit, mihi  
 Vnus sis de ipsis palliatis Graculis:  
 Capite operto, qui obambulant: qui cum libris  
 Suffarinati incedunt: qui cum sportulis  
 Constant: qui sermones inter se conferunt:  
 Qui labijs porrectis singula verba trutinant,  
 Quiq; insalutatos in vicis transeunt,  
 Luridi homines, & verporum simillimi.  
 Sed neq; de Cintijs, aut de Trebatijs  
 Esse velim, neq; de rabulis unum fori  
 Nostri, qui iurato rquent, ut pecunias

Exter-

Extorqueant. in primis abstine in schola  
 a plebejis istis, & adolescentulis  
 Gregarjis, qui rictus gratia student,  
 Ut animum ad aliquod studium adiungant, aut sacras  
 Versare libros, & diuina oracula:  
 Aut ad Philosophos: aut ad Aesculapios.  
 Semperq; memineris, qui se se furfure  
 Admiserint, eos à suibus devorarier.  
 Nam nobili ortu cum sis natus, Ibrä symache,  
 Ne quid, quod te, aut genere indignum fiet tuo,  
 Facias, hoc omnis attribenda est tibi cautio.  
 Mater item precepta addebat per commoda:  
 Furare nihil, malignate, nil clepe, aut rape.  
 Quicquid palam venale est, si argentum est, eme:  
 Dum ne per fundum septum facias semitam:  
 Dum te abstineas nupta, vidua, virgine:  
 Altoqui ama, quicquid erit lubitum animo tuo.  
 Cum id mihi placebat: tum uno ore omnes hoc idem  
 Suadebant gentiles mei, in ista Academia:  
 Erat ibi præcipuum mihi studium lyrae:  
 Ut noctu obambularem cum clamoribus,  
 Somnosq; cuium cum strepitu abrumperem:  
 Aut ebrius ut adstarem ante fores Chrysidi:  
 Vim facerem ianue; tumultus ederem:  
 Aut picta circum veherer per vicos traha:  
 Aut obvios vigiles gladio invaderem  
 Cadesq; miscerem: aut alias turbas darem:  
 Nam quibus in Gymnasij Magistri aut poterant,  
 Aut una lufit ant, aut quoties eis lubet,  
 Toties docent: quid nostrum deceat ordinem,

*Oculis videmus ultrò perspicacibus.*

*Itaq; Athenis tantum profeci in literis,*

*Quantum videtis in hac pictum hasta militis.*

*Non commoratus in schola ad menses duos,*

*Cùm veni in familiaritatem Graculi*

*Cuiusdam obstipi, pallentis, luridi,*

*Ei tunc uxor erat mollicula, iuuacula;*

*Ipse autem Acherontius, stipes, silicernium;*

*Solitus in vacuo secubare lectulo.*

*Huic ergo factus discipulus obediens,*

*Menseq; conuictor planè domesticus;*

*Capi Xantippam obseruare diligentius*

*Quid faceret, quām Cratippum: Quid verbis opus?*

*In ea domo est seductum balneolum retrō:*

*Nihil addam amplius: Cetera sat nota sunt.*

*Mater postquām hoc rescivit rumore populi,*

*Domum revocat: & verbis increpat blandissimus,*

*Qui monitis non paquerim, neq; septis agris*

*Abstinuerim: sicuti abeundi iniunxerat.*

*Ego culpam deprecatus: inter pedissequas,*

*Quia ibi aderant forte unam video adolescentulam,*

*Forma & vultu adeo generoso, ut nihil supra.*

*Rōgo, ut pro uxore habere eam liceat mihi.*

*Ego ne hanc ut tecum patiar nuptam unum diem,*

*Quā sit pedissequa, & indotata: neq; sata*

*De genere nobili? quid nate cogitas?*

*Ego pol dabo tibi puellam lepidam, nobilem,*

*Cum dote summa uxorem: quam tu facile ames.*

*Quamnam, cedō mater? filiam, inquit. Lentulus*

*Ego contra: Ruffamne illam virginem;*

*Sparsos*

Sparso ore, adunco naso, obstopam, cæsiam?  
 Non possum mater. Ita tum discedo properè,  
 Ut qui nolim ducere. Diebus posteris  
 Instat ferè quotidie: si postulo, inquit,  
 Quod æquum est, cur non velt tandem impetro  
 Cum gratia? hoc sapius ogganiens mihi,  
 Persuasit deniq; Virgo deducta est domum,  
 Non inuito patre: celebrata nuptia;  
 Accubitum: propter dormitum. Sed antequam  
 Vnus abijset mensis, cœpit me satietas,  
 Nam harum formarum facile aliquem pertadeat.  
 Ibi mox ad ingenium reuersus, pristina  
 Capi recolere studia, sectari improbos,  
 Et notos combibones: cum his quotidiè  
 Pergracari, helluari, scurrari, aleam  
 Tractare, talis lusitare: deniq;  
 Virtuti nuncium remittere. Nam semel  
 Qui scurra, nunquam bonus ille paterfamilias.  
 Ad extremum, rebus consumtis omnibus,  
 Dote abligurita, domo diuendita,  
 Exhaustis per coniuia facultatibus:  
 Restabat aliud nihil obstat o mibi:  
 Quam ut aliquò militatum profugerem domo.  
 Nunc Cæsarem secutus sum huc in Galliam,  
 Magus, ut ne sim domi mea, cum coniuge,  
 Quam ut hic sim. Nam nihil tam est inimicum mihi  
 Quam si alieno sit more viuendum mihi.  
 Neg, enim pro gloria Romani nominis  
 Huc arma gestum veni: probrum & dedecus  
 Inferre matronis castis, labem integris,

Infamiam bonis: ha sunt artes mihi.  
 Amici, an inimici sint, perinde ad rem interest.  
 Vbi preliandum forte in acie est cum hostibus,  
 Ego me intra castra contineo apud Bacchides.  
 Vbi labore aliorum parta est victoria:  
 Primus in alienas hostis incurro:  
 Primus sum, qui prædam cum socijs diuido.  
 Nunc provisam, quid mercatores Gallici  
 Huc afferant noui: mihi quod arrideat.

## ACTVS II. SCENA I.

### CAESAR.

Senarij.  
Lambici,

**M**Ultum interesse arbitror, atrum ex animo omnino,  
 Ut fert natura, facias, an de industria.  
 Vix certior factus ab exploratoribus  
 Tres copiarum partes per flumen Ararim  
 Transduxisse hostes: quartam vero citra aquas  
 Esse reliquam: De tertia mox vigilia  
 Profectus è castris, cum tribus legionibus,  
 Ad eam partem perveni, qua nondum Ararim  
 Transfuerat. Eos impeditos undiq;  
 Et inopinantes aggressus, magnam ex ipsis  
 Partem concidi: reliqui se turpi fuga  
 Mandarunt omnes: atq; in sylvas proximas  
 Sese abdiderunt. Is pagus Tigurinus est:  
 Vnus, qui cum domo exisset patrum  
 Nostrorum memoria: Romanum Consulem,  
 Longium Castrum, nefarie interfecerat:  
 Eiusq; exercitum sub iugum miserat.

Ita

*Ita siue casu, siue consilio Deum:  
 Que ciuitatis pars Helvetia, meo  
 Populo olim insignem calamitatem intulerat, hac  
 Princeps mihi pœnas soluit. Quia in re quidem  
 Non publicas solum, sed etiam iniurias  
 Priuat as ultus sum: quod hi socii mei  
 Pisonis auum, legatum, eodem prelio,  
 Quo Cæsium interfecerint. Nunc copias  
 Reliquas Heluetiorum, ut possim consequi,  
 Pontem curaui in Arari faciendum ocyus:  
 Atque ita traduxi exercitum. Sed quid rei  
 Hoc esse dicam: aut quid sibi Legati hi volunt?  
 Mirum ni iterum verba datum adeant: huc sedero.*

## ACTVS II. SCENA II.

Diuico, Cæsar.

**A**D te imus Cæsar. CÆ. quæ res est? quid vultis Hel. Senarij  
 vetüs? (vetüs, Trochaici.)  
 DI. Si pacem iam populus Romanus faciat cum Hel.  
 In eam partem ituri sunt, atq; ibi futuri, ubi tue eos  
 Constitueris Cæsar, & esse volueris: Sin persequi  
 Bello perseverabis Cæsar, reminiscere pristina  
 Virtutis Helvetiorum, & veteris simul incommodi  
 Populi Romani. CÆ. video, quod tendat hac oratio.  
 DI. Quod subito ac improviso unum pagū adortus es: cum ü  
 Qui flumen transierant, suis auxilium ferre non  
 Possent, ne ob eam rem, aut virtuti tua magnopere tribue.  
 Aut nos despice: Ita enim omnes nos Helvety, qui nunc  
 sumus,

Hb 4

*A patribus maioribusq; nostris didicimus, magis  
Ut virtute, quam dolo contendamus. Proin, mi homo  
Noli fors committere, ut isthic locus, ubi consistimus,  
Ex tua calamitate, & internecione exercitus,  
Nomen capiat, aut memoria prodat. Cae. Eò minus mihi  
Additur dubitationis, o Helvetij: quod hæc,  
Quæ commemorastis, memoria teneo: at q; hoc grauius fero.  
Quod minus merito populi Romani euenisce hæc scio.  
Nam si iniuria alicuius sibi fuissest conscius,  
Non difficile fuissest: sed eo tum fuit  
Deceptus populus, quod neq; commissum à se animaduer-  
teret,*

*Cur timeret: nec sine causa aliquid sibi ab Helvetijs  
Metuendum putaret. Quod si veteris contumelie  
Oblivisci vellem, num etiam memoriam recentium  
Possim iniuriarum deponere: quod me invito huc iter  
Per provinciam, per vim tentasti: Item, quod Aeduos,  
Quod socios, quod Allobroges vexasti? Nam quod perfidi  
Vestra tam insolenter gloriamenti victoria:  
Quodq; tam diu istas vos tulisse impunè iniurias  
Admiramini, eodem pertinet. Confueuerunt enim  
Dy immortales, quod grauius homines è præcoce  
Commutatione rerum doleant, quos pro flagitio  
Vlcisci volunt, secundiores his plerumq; res,  
Et diuturniorem impunitatem aquè concedere.  
Quæ cùm ita sint, tamen, si dentur à vobis mihi obfides,  
Ut, quæ pollicemini, facturos vos intelligam:  
Etsi etiam Aeduis, de iniurijs, quas ipsis & socijs  
Inculisti: item si Allobrogibus satisfaciatis: agè  
Pacem, quam petitis, vobiscum facturus sum, Hcluetij.*

DI, Nos

Di. Nos Heluetij à maioribus nostris, ita hīc sumus  
Instituti, ut obsides accipere ab alijs, non dare  
Confueuerimus. Eius rei populus Romanus testis est.  
Abeo. Cæ. I, quò lubet. Tu Procili, Diuitiacum mihi,  
Et Liscum, Aeduorum principes, cum reliquis conuoca:  
Tu Labiene, quas in partes hostis iter faciat, vide.

## ACTVS II. SCENA III.

Cæsar, Diuitiacus, Liscus.

**A** EDVOS quotidiè frumentum flagito: publicè Septenarij  
Quod nobis sunt polliciti. Nam propter frigora, non Trochaici.  
modò  
Frumenta in agris nondum sunt matura, sed ne qui-  
dem

Populi sat magna copia suppetit. Diem ex die  
Ducunt Aedui: Conferri, comportari, adesse iam  
Dicunt. Di. Proh Deum, quid narras Lisce? Li. Ita est Di-  
uitiace, ut modò.

Dixi: qui cupidius agmen nouissimum insecuri hostium  
Alieno hi loco cum Heluetiorum congressi equitatu, pre-  
lium

Commisere. Ideo quingenti equites Heluetij, quatuor  
Millia Romanorum propulere. Nunc Cæsar suos  
Continet hīc à prælio, satisq; in praesentia,  
Posse hostem à rapinis prohibere, & populationibus.

Cæ. Conuocare hīc iusseram qui sunt in castris principes:  
Atq; eccos. Di. Tribunal insidet, adeamus Lisce. Li. I, se-  
quor.

Di. Non decet: tu enim huius anni summus Vergobre-  
tus es.

**Ly.** *Casar, adsumus uti iusseras. Cæ. Dies instat Duces.*  
**Aedui:** *quo frumentum oportet militi metirier.*

**Quid** *igitur rei est, quod, cùm neg<sub>3</sub> emi, neque ex agris  
 Sumi posuit vspiam: tam necessario ego tempore,  
 Tam propinquis hostibus, à vobis nihil quicquam impetro:  
 Presertim cùm magna ex parte, vestris precibus, Aedui,  
 Adductus, bellum suscepimus? Ly. Quid respondebimus?  
 Aut quam causam Diuiniace huic afferemus? Di. ne-  
 scio.*

**Cæ.** *Quid taceris? aut quid inter vos mussatis, Aedui?*

**Ly.** *Culpa nos penes, non est, Casar. Ca. penes quem igi-  
 tur? cedo,*

*An non tu magistratus loci huius: qui vita & necis  
 In tuos habes potestatem? Ly. Non infici as eo.*

*Sed sunt hic nonnulli Casar, quorum authoritas apud  
 Plebem plurimum valet: qui priuatim, quod nouimus,  
 Plus possunt, quam nos magistratus. Ca. Et quinam illi?  
 cedo.*

**Ly.** *Homines improbi, qui seditionis vocibus improbe  
 Multitudinem deterrent, ne frumentum conseruant:  
 Quod præstare dicant, si iam principatum Galliae  
 Obtinere non possint, Gallorum, quam Italorum pati  
 Imperia: neg<sub>3</sub>, debeant dabitare, quin si Helvetios  
 Romani superauerint, vna cum reliqua Gallia  
 Aeduis libertatem sint erepturi. Ca. quinam homines?  
 Qui hoc dicunt? Ly. idem, à quibus nostra consilia  
 omnia*

*Quæcunq<sub>3</sub> geruntur in castris, enunciantur hostibus:  
 Illi coerceri à me non possunt. Quare etiam, qui tibi  
 Rem necessariam cogor denunciare, intelligo,*

*Quanto*

Quanto id faciam cum periculo: Et ob eam causam: quan-  
dus

(do?

Potui, tacui. Ca. Quinam hi perfidi nebulones sunt, ce-  
Quid taces? quin dicas aperte, quicquid est. Ly. Si com-  
modo

Possim, & sat tuto, remotis arbitriis. Ca. Discedite.

Vos reliqui è conuentu: tu solus remane. Nam sciba ego,

Qui tandem isti sint totius proditores Gallia.

Age tu, nunquid designasti oratione publica

Fratrem huius Diuinitaci, Dunnorigem? Ly. videlicet,

Nam is homo summa audacia est, magnaq; apud plebem  
valet,

Propter liberalitatem, gratia: nouarum item

Rerum est percupidus. Nam complures annos portoria,

Et reliqua Aeduorum veltigalia omnia possidet.

Exili redempta precio: propterea quod illo aliquant

Rem licente, contrà nemo audeat liceri. Ca. intelligo.

Ly. His rebus suam rem familiarem auxit: magnaq;  
rerum

Sibi facultates ad largiendum comparauit: ac

Magnum item numerum equitatus suo sumtu plerunq;  
alit,

Ac circum se habet: neq; solum iam domi, sed apud lecos  
Finitimos, reliquasq; ciuitates, largiter potest.

Atq; busus potentia causa matrem in Biturigibus,

Homini nobilissimo, & potentissimo ibi, coniugem

Dedit: ipse vxorem venustam habet, ex Helvetijs.

Ca. probè.

Ly. Ex matre sororem, & suas propinquas nuptum  
in Gallia

Alias

Alias ciuitates collocauit: fauet Heluetijs,  
 Et cupit, propter eam affinitatem. Odit etiam suo  
 Nomine Cesarem, & Romanos: quod vestro aduentu, ipse  
 Imminuta sit potentia: & Diuitiacus, minor  
 Frater in antiquum locum nunc restitutus gratiae,  
 Atq; honoris. Si quid Romanis accidat eiusmodi,  
 Summam in spem regni obtinendi per Heluetios venit:  
 Imperio populi Romani, non modo de regno, sed &  
 De illa, quam iam habet, desperat gratia. Cæ. proh Deum,  
Quæ hac est coniuratio? Nam quid iam, aut cuinam crè-  
 duim?

Li. Quin imò, quod prælium equestre, paucis ante diebus est  
 Factum aduersum, initium à Dumnorige factum eius fu-  
 ge,

Atq; eius equitibus: quorum fuga reliqui perterriti  
 Fuerant. Cæ. Sat habeo. Nam ad has suspiciones, certi-  
 sima

Res accedunt: quod per fines Sequanorum Heluetios  
 Traduxit: quod obsides inter eos dandos iniucem  
 Curauit: quod isthac omnia, non modo iniussu meo,  
 Atq; ciuitatis, sed nobis etiam inscientibus  
 Fecit: causæ satis esse arbitror, quare aut ipse in virum  
 Perfidum animaduertam, aut ciuitatem ipsam animad-  
 uertere.

Iubeam. Diuitiacum hoc aliquis, acdudum mihi aduocet.  
 Nam huius summum in populum Romanum studium ha-  
 beo cognitum:

Egregiam fidem, summam iusticiam, temperantiam:  
 Cuius animum, ne suppicio fratri offendam, mihi  
 Cauteo est. Li. Ecce Cesare: adest Diuitiacus. Cæ. Qua  
 mihi

Te

Te presente, Diuitiace, dicta fint de fratre tuo  
Dum norige, nostri? Di. Noui. Cæ. At iam quoq; separa-  
tim

Quisq; de illo apud me dixit: ut causa arbitrer fatis  
Esse, quare in eum animaduerti debeat. Ac. proin peto,  
Atq; oro, Diuitiace, ut sine animi offensione tui,  
Vel tu ipse de eo, causa cognita, statuas: vel Aeduos,  
Et Liscum Vergobretum, statuere iubeas. Di. obsecro  
Te, mi Cæsar, ne grauius quid statuas, in fratrem meum.  
Scio vera esse, qua sunt dicta: neq; quisquam plus ex eo  
Quam ego, doloris capit. Li. Ita est Cæsar. Di. Nam cum  
ipse plurimum

Domi, & in reliqua Gallia possit, ego minimum possiem,  
Propter adolescentiam, ipse per se sic succreuit. Quibus  
Opibus ac Herulis non solum ad imminuendam gratiam,  
Sed penè ad meam perniciem abutitur. Verum tamen  
Ego fraterno amore, & vulgi existimatione  
Commoueor. Nam si quid ei, Cæsar, à te grauius accidat,  
Cum ego apud te locum hunc amicitiae teneam, iam nemo  
non

Mea voluntate factum putabit. Qua ex refiet, ut  
Gallie totius animi à me auertantur. Cæ. dexteram  
tuam

Mibi cedo: & finem orandi fac, Diuitiace. Tanti apud  
Me tua gratia est, ut & Republica hanc iniuriam,  
Et meum dolorem tua voluntati, & precibus lubens,  
Condonem. Quod in te est, fratrem commone: ut reliquum  
debinc

In tempus suspiciones omnes vitet. Tu Lisce, sedulos  
Dum norigi custodes pone, ut qua agat, quibus cum homin  
Collo-

*Colloquatur, scire possum. Ly. Sedulō curabitur.*

## ACTVS II. SCENA IV.

Thrasymachus, Tusnelda.

Odonarij Lambici, **P**ROCEDE hūc lepidum mercimonium, Tuīs. Quid  
me viū? impera

Stratege. Th. quate conditione mihi conduxerim,  
id tenes?

Tu. Teneo. ut annum perpetuum hunc seruiam tibi. Th. vi-  
delicet.

Neg, quenquam interea admittas alium prorsus, quam me,  
ad te, virum.

\* Tu. Quin, si velis, domi, serui si qui sunt, castrabo viros.

Th. Seruos neg, habeo, neg, habiturus sum, vnum te pra-  
ter alios.

Tu mihi calo, tu lixa, tu scutigerulus, tu pedisequus.

Tu. Im scutigerula & pedisequa. Th. Tu theca atq,  
armarium.

Tu. Sic certè. Nam meritò esse me dicas armarium tibi:

Qua tot in vnam vaginam sapius macheras condidi.

Th. Nihil te terreat præpinguis hic meus aqualiculus.

Tu. Ne mus quidem, quamvis pusillus, sub fæni meta périfit.

Th. Meo de studio studia erunt tibi omnia. Tu. per por-  
tam meam.

Th. Mihi adhærebis Tusneldæ quod ego iussero, quod vo-  
luero:

Facies: quod contrà noluero, quod vetuero, de indu-  
stria

Fugies: neg, conari id facere audebis. Tu. Quod voluero  
faciam.

Quod

Quod noluero, fugiam. Semper ductabis me solus tibi:  
 Si semper solus, qua poscam, dabis: dum des, quod postea o.  
 Atq; adeò iam nunc miles, si mihi dantur, qua pollicit u es,  
 Et de quibus mecum egisti, numerat a seftertia in manu  
 Hanc tibi ego noctem honoris causa, gratis dono dabo.  
 Th. Ne sis sollicita: sed responde mihi prius, quod te rogo.  
 Tu. Quid rogitas? Th. Etiamne ades compilare nosti, &  
 scrinia?

Tu. V a homini, si quis negligenter obserauit ianuam.  
 Th. Etiamne gallinaria? Tu. Quasi quidam volucrum  
 Ornithis.

Th. Sed prensa quid facias? Tu. pernego & obduro, peiere  
 deniq;:  
 Tum si cui quid debeo, rem tergo soluo. qui placeo Tbrag-  
 mache?

Th. Ita me machera, chlamys, scutum, lorica, crista, casida,  
 Bene adiuuent, ut ego te non amem plus, quam matrem  
 meam.

Tu. Ita me seruassit speculum, calamistrum, matelle, pecti-  
 nes,

Vmbella, ralla: ut ego te non ame plus, quam patrem meū.  
 Th. Cuias es? Tu. Sueua sum domo. Th. Dij vestram fi-  
 dem!

Credo ego Sueuam vnam toti sufficere Germaniae      Munst. in  
 Meretricum copiam. Queso adepol qua occasione ad hoc      Colmagra.  
 Bellum venisti? Tu. Audire si lubet, dicam. Th. lubet ade-  
 pol.

Tu. Erat mihi paupercula mater, lana ac tela vittum pa-  
 rans.

Th. Quorsum istas ambages? Tu. Tace: audies. viduata  
 cum viro

*Esset, decennem me pueram, Cauponi ancillam dedit:  
 Huic ego liberaliter seruiui in coquina. Th. Scilicet,  
 Etiam in cella plumaria. Tu. Non, sed eam curabat alius  
 Quidam Cellarius, quem Dū perdant. Th. Cur isti male  
 Dicis? Tu. quia benē ut illi dicam, non promeritus est.  
 Nam hic nobis malorum causa & caput est omnium.*

*Th. qui dum? cedō.*

*Tu. Quotidie veniebant in Cauponam turmatim hospiti-  
 tes:*

*Sed mea hera tum credebat omnem rem mihi culinariam,  
 Et herus omnem cellam cellario. Th. Lupus oves puto.*

*Tu. Ego famem sedabam cellario proma: Sitim mihi  
 Cellarius. Multa hīc memorare possem, pro merito meo:  
 Vbi herum mihi fidentem fraudarim? vbi infidelis fuerim  
 hera:*

*Vbi paixies persoderim: vbi manus admolita loculis:  
 Vbi heris damno, diuidiae, dedecori, probro sēpē fuerim.*

*Th. Et vbi quid creditum fuerat tibi, datum pernegauerit.*

*Tu. Quinum: vbi conceptis verbis peierauerim sciens, vo-  
 lens.*

*Th. Et vbi cellario fueris, quam cauponi fidelior.*

*Tu. Aecastor: nam quicquid consumseramus in cubiculo  
 Clam; somnolento caupone, veternoſa hera, nos servule:*

*Id omne referre seruus poterat in rationes hospitum.*

*Neque enim caupo cuique hospiti subducebat ratiuncu-  
 lam.*

*Th. Ego morem hunc didici cauponarium, non sine magno  
 malo.*

*Tu. Quadam nocte ebrie persuasit mihi: quod amanti solet  
 amans.*

*Nam*

Nam si quid inde conceptum foret, quod consuetudinem  
Hanc proderet, culpam aiebat remoturum esse in hospites.  
Astutè. Th. Imò sat callidè, puto. Tu. Quid verbis opus  
est?

E virgine meretricem fecit, auri montes pollicens.

Mox ubi pregnantem vidit, aufugit: vertit solum.

Ego abortum passa, militem qui forte in cauponam meam  
Diuenterat, huc comitata sum, offici causa. Th. quem mihi  
litem?

Tu. Tigurinum centurionem, qui perit in hesterno prælio.

Th. Sat habeo: eamus intrò. Tu. At ego cum multibibba  
siem

Et vinibiba, prius haud intro, quam certa sim, si vini utrem  
Hic habeam veteris largiter: ut dies noctesq; potitem.

Th. Cauponum oblitiscendi mores, discendi stratiotici.

Tu. Quinam? Th. Posthac dormitandum tibi in stramia  
ne a culcitra.

Tu. Nihil refert, dum tu sis modo mihi deinceps pro stra-  
gulo.

Th. Et tu pro belluato mihi tapetio. Tu. dum plena sim  
Vino veteri. Th. nos milites apludam edimus, bibimus  
floes.

Tu. Vrta vicitare non didici: iam non intrauero.

Th. Bono sis animo: si mihi fidelis fueris, nihil tibi  
Deerit. Tu. Dic, imperanthi, quid vis, & quovis modo:  
nouos

Et ego habeo omnes mores, veteres perdidii: Tu modò caue,  
Fidem fallas. Th. Otium ubi erit, de hac re loquemur am-  
plius: (tietat)

Tu. Novi ego qui mores sint vestri: abi vos nostri capi sa-

Et scio quidē tibi domi uxorē esse: alibi nunc animū tuum.  
Th. Dij immortales, ut planiloqua est: paucis ut rem ipsam  
attigit.

Sequere Tusnelda: Vbi libripens mihi soluerit stipendium  
Dimidium hāc auferet. Tu. Credam, postquam argentum  
tinnuerit.

## ACTVS II. SCENA V.

Considius, Labienus.

Octonarij  
Iambici.

**P**rob Iuppiter, Labiene, quid narras? La. ita est, ut di-  
xeram.

Con. Tantāmne rem, tam subitō confici? La. Est  
factum, mi Cnsidi.

Con. Nunquam isthuc credidisse, ut tam breui spacio,  
tot hostium

Tam firmae copiae bello superari possent. La. Multum in hac  
Re militum nostrū virtus, non minus ducis ipsius

Potuit prudentia. Con. Quomodo? La. Nam Cesar fa-  
ctus certior,

Hostem sub monte consedisse millia passuum ab ipsius  
Castris octo, misit, qui naturam montis cognoscerent,

Et qualis in circuitu ascensus esset. Con. Scio. La. ut  
comperit

Facilem esse, me de tertia vigilia cum duabus eō  
Legionibus, & iisdem ducibus, qui cognoverant iter,

Premittit, & summū montis iugū ascendere iubet. Con.  
probē.

La. Quid consilij sui sit, ostendit. Con. quid nam? La.  
ne prælium

Commit-

*Committerem, priusquam copia ipsius propè hostium  
Castra essent visa : ut undiq<sub>z</sub> uno tempore in hostes  
impetus*

*Fieret. Con. probè. La. Monte occupato, præstolabat  
Casarem,* (stibus

*Et prælio abstinebam. Con. At ego montem teneri ab bo-  
Ratus, equo admissso ad Casarem tum accurri, & quod non  
videram,*

*Proviso ei renunciaui. Multo post die deniq<sub>z</sub>*

*Cæsar cognovit montem à te teneri : teg<sub>z</sub> contra Helvetios  
Monisse. Quare cognita eodem, quo consuérat antea  
Intervallo, hostem sequitur : & tria millia passuum  
Ab eorum castris castra ponit. La. Cur ? Con. ausculta  
audies.*

*Postridie eius diei, quod biduum omnino supererat,  
Cum frumentum exercitui oporteret metirier, & quod à  
Bibracte, maximo & copiosissimo AEduorum oppido  
Non amplius, quod memini, octodecim millibus passuum  
aberat,*

*Rei frumentaria prospiciendum putauit. Quare iter  
Cæsar ab Helvetijs auertit, at Bibracte ire properè  
Contredit. Hæc res per fugitiuos Lucij AEmilij, equitum  
Gallorum Decurionis, nunciatur hostibus. La. hostibus  
Con. Helvetijs, seu quod timore Romanos perterritos  
Discendere à se existimarent, è magis, quod pridie  
Locis per te occupatis superioribus, cum copijs  
Non commisissent prælium : seu, quod re frumentaria  
Posse intercludi eos confiderent : commutato suo  
Consilio, atq<sub>z</sub> itinere converso, nostros procdites ab agmine  
Novissimo insequi, & laceressere cœperunt. Postquam id animis*

*Aduertit, copias suas Casar, in collem proximum  
Subduxit : equitatum, qui sustineret hostium impetum;  
Misit. La. Rectè istuc. Con. Interim ipse in medio colle  
triplicem*

*Aciem instruxit legionum quatuor veteranorum. La. seio:  
Con. Ita ut super se legiones duas, summo in montu iugo,  
Modò quas in citeriori Gallia nouas conscripsérat,  
Et auxilia omnia collocárit : ac totum montem hominibus  
Complérat. Interea in unum locum conferri sarcinas;  
Et eum ab ijs, qui in superiori constiterant acie, iubet  
Muniri : suoq; præsidio impedimentis relinquit. La. Aë  
Helvetij cum carris omnibus secuti, celeriter  
In unum contulerunt impedimenta omnia:  
Ipsi consertissima acie, reiectis nostris equitibus,  
Phalange facta, sub primam nostram aciem successere. Ibi  
Casar, primum suo, deinde omnium è conspectu equos  
Removit. Con. cur istuc? La. Ut equato omnium peri-  
culo*

*Fugæ spem tolleret. Con. ò facinus magnum & verè me-  
nacabile.*

*La. Cohortatus fuos, commisit prælium. Con. Minus  
igitur*

*Mirum mihi, si tam insperata potitus est victoria.  
Nam ducis ad exemplum facile sese componunt milites.  
La. Nostri pilis è superiore loco missis : facile hostium  
Phalangem perfregere. Ea disiecta, gladij impetum  
In eos fecerunt. Gallis magno ibi impedimento fuit,  
Quod eorum scutis, pilorū uno ictu transfixis pluribus,  
Et colligatis, cum ferrum se inflexisset, neq;  
Euellere, neq; sinistra forte scuto intricata sat commodè  
Pugna-*

Pugnare poterant. Multi, ut diu iactato brachio,  
 Praeoptarent scutum emittere manu, atq; nudo corpore  
 Pugnare. Tandem vulneribus defessi: & celerem pedem  
 Referre, & quod mons suberat circiter mille passuum,  
 Eo se recipere cuperunt. Con. sed an non ibi consecutus est  
 Hostem? La. audi Considi, quam varia sit & anceps bel-  
 li alca.

Capo iam monte, & succedentibus nostris, Boii, & cum ijs  
 Tulingi, qui hominum millibus circiter quindecim,  
 Cladebant hostium agmen, & nouissimi præsidio erant,  
 Et itinere nostros, latere aperto aggressi, circum dare  
 Capere. Id conspicati Helveti, qui in montem se fuga  
 Recepabant, rursum instare, & redintegrare prælum.  
 Ibi tum Romani signa conversa bipartito inferunt:  
 Prima ac secunda acies, ut vieti submotisq; resisteret,  
 Tertia venientes sustineret. Sic accipiti prælio  
 Diu acriterq; pugnatum est. Sed cum non possent impe-  
 tum

Nostrorum sustinere diutius: alteri se, (ut cuperant)  
 In montem iterum receperere; alteri ad impedimenta & suos  
 Carros se conculcerunt. Con. homines bellicosos prædi-  
 cas.

La. Quid bellicosas? Toto hoc prælio, cum ab hora sep-  
 tima.

Ad vesperum pugnatum fit, videre auersum hostem tamen  
 Nemo potuit. Ad multam noctem etiam, ad impedimenta  
 undiq;

Pugnatum est: propterea quod pro vallo carros obiecerant,  
 Et tela in nos nostrosq; è superiore mittebant loco:  
 Et nonnulli inter carros & rotas, materas ac tragulas

*Subiectabant, nostrosq; vulnerabant. Cumq; esset diu  
Pugnatum, nostri telis castrisq; potiti sunt hostium.*

**Con.** ô gratum nuncium Labiene: quid nunc restat? **La-**  
**Nihil, nisi**

*Vt Casarem conueniamus: ne. qua in re, nobis opus  
Illi sit, nostrum possit desiderare officium. Con. bene mo-*  
*nies.*

### ACTVS III. SCENA I. Thrasymachus.

Senarij  
Iambici.

**Q** Vid hoc pedes? siccine agitis? statin' pedes?  
An nondum etiam? quid? vultin' herum subuer-  
tere?  
Sine videam, possimne pedibus sex pedes  
Metiri? Non possum: Di vos perdant pedes,  
Dabitis per Martem mihi paenam grauissimam,  
Discalceati per totam reliquam hyemem.  
Sed ubi Tusnelda est? ubi meum mihi pallium?  
Peiore ego mereti icem non vidi ante hac,  
Quanquam vidi permultas, quād est Tusnelda: Ea  
Et multibiba est & vinibiba mulier caret  
Fundo: pertusumque gerit dolium quasi  
Vna Danaidum. Nam ut primum mense accubuiimus,  
Et sumen illatum à Lydo, atq; glandium,  
Et perna, & affa bubula, & tomaculum:  
Hec, inquit, stabilimenta sunt ventri meo.  
Tum poculum grande arripit: Lydo coquo  
Propinat: ille ebbit: ac deponit caput:  
Ibi mox aggreditur me Tusnelda poculus:

Et

Et tres cyathos tribus propinat haustibus.  
 Postquam prans sumus, & appoti, poscit in manum  
 Sibi tesseras: in aleam me prouocat,  
 Ut secum ludam: pono pallium meum:  
 Illa annulum opponit: Venerem invocat: iacit  
 Venerem: ego contrà Martem miles inuoco:  
 Iacio canes. Victo iterum magnum poculum  
 Propinat: ibi mox Lydum de somno excito:  
 Ut meus in ludo successor sit interim.  
 Cum illo nunc meretrix par atq; impar lusit:  
 Ego qui me perniciis bibisse sentio:  
 Nullum inuenio remedium in agitudine hac  
 Præsentius, nisi ut in aliquem me abdam angulum:  
 Atq; hoc villum edormiscam. Nam ebrietas malum est,  
 Somno quod curari potissimum solet.

## ACTVS III. SCENA II.

Cæsar, Labienus;

**H**unc Orgetorigis filium, & hanc filiā captam, probè Septenarij  
 Afferuate: arma, obsides, seruos qui profugērē, po- Trochaici,  
 scite, (sequor.  
 Conquirite, conferte. Tu Labiene sequere me. La.  
**C**AE. Magna hæc Vrigenorum fuit perfidia. La. Magna  
 per Iovem.  
**C**AE. Flentes se ad pedes proiecerunt, pacemq; supplices  
 Petierunt, polliciti se imperato facturos. La. Si io.  
**C**AE. Nunc, quod in tanta deditiorum multitudine  
 Aut occultari, aut omnino ignorari fugam suam

Posse existimarent, prima nocte e castris hostium  
Egressi, ad Rhenum finesq; Germanorum proximos  
Contenderunt. Quod ubi resciui, quorum transiuerant  
Per fines, yis, uti conquirerent, & huc reducerent,  
Si mihi purgati esse vellent, imperauit. La. commemini.  
Cae. Huc reductos, in numero hostium habui? & armis  
traditis

Suppicio affeci. La. nec immerito. Nisi enim seuerius,  
Exemplum statuatur, alij peccabunt licentius.

Verum hoc mihi mirum accidit, & novum Cesar; quod per  
fugas

Traditos in ditionem accepisti, cum ceteris:

Solum iussisti in fines suos reverti Helvetios,

Latobrigos, Tulingos, unde erant profecti: tum iusserat.

Quod frugibus amisisti, omnibus domi nihil erat,

Quo famem tolerarent, Allobrogibus imperasti uti

Tis frumenti copiam facerent: ipsos duodecim

Oppida, & vicos orines, quos stulti prius incenderant.

Restituere iussisti. Cae. Hoc earatione maxime

Feci, quod nolo locum, unde Helveti discesserant

Incolis vacare. La. quamobrem? Nam mihi videtur hoc

Satis, ut locus sit vacuus, quam refectus hostibus.

Cae. At propter bonitatem agrorum Germani, qui pro-  
ximi

Hodie trans Rhenum incolunt, possent e finibus suis

In fines Helytiorum transire. La. & quid tunc postea?

Cae. Id si fiat, finitimi erunt Gallia provincie.

La. Verum est. Cae. At q; hac de causa Bois, petensibus  
Aeduis

Concessi, quod egregia virtute fuissent cogniti;

*Et si finibus eos collocent: quibus illi agri  
Partem assignarunt: & in conditionem simul parem  
Iuris libertatisq; atq; ipsi fuere antiquit<sup>us</sup>,  
Iam receperunt. Sed quid Procilius? La. nescio, quid  
gerat.*

## ACTVS III. SCENA III.

Procilius, Cæsar, Labienus.

**P**ROH Iuppiter, quām multa sunt hæc nomina, Senarij  
lambici.  
*Que hisce tabulis inscripta sunt? La. tabulas manu  
Gestat. Cæ. vocemus: Heus Procili. Pro. quis me vo-  
cat?*

*Cæ. Ego sum: huc ad me respice. Pro. Imperator est:  
Non videram. Cæ. Quid gestas in manu. Pro. Affero  
Tabellas ad te Gracis confectas literis.*

*Cæ. Quas Grecas tabulas? sine videam. Pro. vide, & lege.*

*Cæ. Quod argumentum est harum tabularum; cedos?  
Nam literæ quidem Græci sunt, sed nihil*

*Inest Græci sermonis. Pro. Quid censes? in his  
Tabellis nominatim confecta ratio est,*

*Qui Heluetiorum numerus exisset domo,  
Qui ferre possent arma, qui item pueri, senes,  
Et mulieres. Cæ. fac quæso opera compendium:  
Et recita nobis, si lubet. Pro. Lubet equidem.  
Heluetiorum capitum, Cæ. quot? dic obsecro.*

*Pro. Ducent a sexaginta tria millia. La. Papa.*

*Pro. Tulingorum triginta a millia,  
Latobrigorum millia quatuor decem,  
Tum Rauracorum viginti tria millia;  
Item Boiorum triginta duo millia.*

Cæ. Quanta est summa omnium? Pro. summa omnium  
ad

Trecenta sexaginta & octo millia,  
Ex his qui ferre possent arma, ad millia  
Nonazinta duo. La. Aeduorum Principes  
Et Sequinorum adjunt Cæsar. Cæ. tibi ingredi.  
Quasdam res sese habere dicebant heri;  
Quas hodie de communi consensu velint  
A me petere. Huc me colloquabo, ut audiam.

### ACTVS III. SCENA III.

Divitiacus, Cæsar, Procilius, La-  
bienus, Liscus.

**P**rincipio gratulamur tibi de isthac victoria, Cæsar:  
Quam, Heluetiorum bello conseclo, es adeptus. Probè  
namq;  
Intelligimus, tametsi pro hostium veteribus iniurijs  
Populus Romanus poenas ab ijs repetisset, tamen eam rem  
Non minus ex usu terræ Galliae, quam populi Romani  
Sic accidisse: propterea, quod florentissimus rebus  
Helvetij domos suas hoc consilio reliquerunt:  
Vt i toti Gallia bellum inferrent, & imperio gentis  
Potirentur: Iucumq;, ex magna copia soli pinguis  
Domicilio deligerent: quem ipsi ex omni Gallia longe  
Opportunissimum, atq; fructuosissimum sibi iudicassent: tu  
Reliquis haberent ciuitates stipendiarias. Deinde  
Petimus a te, mi Cæsar, ut nobis secretò & occultò,  
De nostra hic omnium salute tecum agere liceat. Cæ. Imò  
Lscet. Di. At non minus & hoc, Cæsar, contendimus ac la-  
boramus,

Ne

*Ne ea, quæ dicturi sumus, enuncientur, quām ut ea, quæ-  
cung,*

*Volumus, impetremus. Cæ. quamobrem istuc? Di. nam si  
enuncientur, quæ*

*Dicturi sumus, in summum cruciatum peruererimus.*

*Cæ. Loquere ergo. nam silentium vobis praestabitur sacrū.*

*Di. Totius Gallie due sunt factio[n]es, Cæsar:*

*Earum alterius principatum iam Aedui tenent, fratres:*

*Alterius Aruerni. Li. ita est. Di. Hi cùm multos annos de-  
potentatu*

*Inter se tantopere contenderent: factum est, ut ab Aruernis,*

*Et Sequanis, Germani mercede hūc accerserentur.*

*Ac horum primò circiter, puto, millia quindecim Rhenam*

*Transfuerunt. At postquam agros & cultum, & copias no-  
stras*

*Homines feri, ac barbari adamassent, plures inde traducti.*

*Nunc ad centum & viginti milium numerum in agro  
nostro*

*Sunt: cū quibus nos, nostriq; clientes seme[re]cerumq; armis*

*Contendimus: magnam calamitatem pulsi fugatiq;*

*Accepimus: domi omnem nobilitatem, omnem senatum,  
omnem*

*Equitatum amissimus. La. Idem hoc Egestanis accidit quon-  
dam:*

*Cum Panos in Siciliam accersissent, Selinusios contra.*

*Pro. Et Atheniensibus hoc idem, cùm Macedonum Re-  
gem*

*In Graciam attraxissent, contra Peloponnesios. La. Her-  
cle.*

*Di. Nos Aedui tot pralys, & calamitatibus fracti,*

*Quæ*

Qui & nostra virtute, & populi Romani amicitia ante  
In Gallia poteramus plurimum, fuimus coacti armis,  
Dare ciuitatis nobilissimos quoq; obsides hosti,  
Et iureiurando ciuitatem obstringere Sequanis, nos post  
Neg; obsides repetituros, neq; à populo auxilium vestro  
Imploraturos, neq; recusaturos, quò minus deinceps  
Sub eorum ditione atq; imperio perpetuo esse vellemus.  
La. Dura & ha sunt partes & iniquæ Aeduorum mehercule.

Pr. dure.

Di. Vnus ego ex omni ciuitate sum, qui adducier un-  
quam

Potui, ut iurarem, aut liberos meas darem obsides. La. Rectè.  
Nam vitam satius est quam libertatem amittere. Pro. me-  
hercule.

Di. Ob eamq; rem profugeram tum ex ciuitate: Romamq;  
Auxilium postulatum veneram, ad Senatum. La. ita est,  
sanè.

Di. Nam solus ego neq; iureiurando, neq; obsidibus ullis  
Tenebar. Sed peius victoribus tamen accidit nostris,  
Quam victis Aeduis: propterea, quod Rex Ariouistus  
In eorum finibus consedit, tertiamq; partem agri  
Sequani, qui Gallia torius est optimus, occupauit, &  
Nunc Sequanos decedere altera de tercia parte  
Iubet. Nam paucis mensibus ante, Harudum millia viginti  
Quatuor hominum ad eum venerant, quibus in Gallia se-  
des

Iocusq; paratur. Faucis omnino credo futurum annis,  
Ut omnes Galli è finibus nostris pellamur, atq; omnes  
Germani Rhenum transeant. Neq; enim cum Gallico no-  
stro

Agro

*Agro Germanus conferendus est: neq; victus illorum  
Cum nostro comparandus. Pro. Nostin' Labiene, quid equo  
cuidam*

*Olim acciderit, cum ceruo dimicant? La. Dic Procili.*

*Pro: ausulta.*

*Equus inuidus cum non valeret aduersarium ceruum  
Vincere, neq; à communibus depellere pascuis, demum  
Hominis auxilium implorauit: quo impetrato, receptoq;  
Freno, & sessore admisso, optatam ab hoste quidem reportauit*

*Victoriam, sed peius postea victori accidit equo, quām  
Victo ceruo, eò quod neq; equitem à dorso, neq; ab ore iam  
posset*

*Frenum depellere. La. Ita me Dij bene ament, ut hīc idem  
euennit.*

*Di. Ariouistus Rex, ut semel Gallorum copias vicit  
Ingenti prælio, quod factum est Amagetobrigæ, superbè  
atq;*

*Crudeliter imperat. Cuiusq; iam nobilissimi natos  
Deposcit obsides, in eos omnia cruciatum exempla  
Edit, si quid non ad nutum, aut voluntatem siet factum.  
Homo est barbarus, iracundus, temerarius, ferox: Eius  
Imperia non possunt ferri diutius. Nisi quid restat  
Auxiliū & opis in te, populoq; Romano, omnibus Gallis  
Idem faciendum, quod secere Heluetij: ut domo emigrent,  
Atias sedes remotas à Germanis, sibi petant mæstria:  
Aliud domicilium disquirant: fortunamq; quæcumque  
Eueniat, experiantur. Hæc si enunciata sint Regi  
Ariouisto, non dubito, quin de obsidibus omnibus, quot  
quot*

*Apud*

*Apud eum sunt, grauissimum supplicium exemplò sumat.  
Li. Amisimus, mi Cæsar, non omnem modo sanguinem &  
succum*

*Sed & colorem, ac speciem ciuitatis pristinam. Di. sic est.  
Li. Recordor enim quam bella paulò ante, gubernantibus  
nobis,*

*Fuerit hæc Aeduorum ciuitas Di. bellissima me hercle.  
Li. Modò inferebamus bellum vltro: nunc in finibus nostris  
Iffatum propulsamus, mira varietate fortuna,  
Si spes non sit, necessitas tamen stimulare deberet.*

*Li. Quod igitur in te est, Cæsar, vel victoria recenti hostem,  
Vel nomine populi Romani magno vbiq; terrarum,  
Vela etiam tua auctoritate exercitus deterre,  
Ne maior multitudo Germanorum flumen huc Rhenum  
Transducatur. Nam vnu stues, qui omnem Galliam, velis  
tantum,*

*Ab Ariouisti iniuria potes defendere. Li. Precamur  
Vos per Deos patrios, per Hesum, per Teutaten, o fratres,  
Eripite viscera nostra è Germanorum vinculis, nosira  
Restituite nobis pignora: pro quibus mori haud recusamus:  
Credite nunc filios nostros, qui in Barbari potestate  
Sunt, ad vos extendere manus: implorare patrios diuos:  
Opem vestram exposcere, fidem & misericordiam ve-  
stram:*

*Vt seruitute, ut compedibus, ut eos precario victu,  
Sicut facere est aequum, vel tandem liberetis. Cx. Au-  
diui*

*Viri Aedui, quid à me proconsule, populoq; Romano  
Petatis: sed nondum tamen, qui Sequanorum animus, qua  
mens*

*Sit;*

Sit, video. Nam vno<sup>s</sup> hos ex omnibus rerum nihil earum,  
Quas ceteri faciunt, facere animaduerto. Et quid humili-  
xis

Oculis terram intuemini? quid tristes capite demissō  
Astatis? quid in eadem tristitia taciti usq; duratis?  
Nequeon<sup>r</sup> ego ullam omnino<sup>m</sup> vocem exprimere Sequanis?

Di. Cæsar,

Hoc miserior est, hoc grauior fortuna Sequanorum, quam  
Reliquorum, quod soli ne in occulto quidem queri cuiquam,  
Nec facile auxilium implorare audent: absentiaq; Ariouistū  
Crudelitatem veluti si assit, horrent Sequani. Cæ. Quare?  
Di. Qui a reliquo fuga datur facultas: Sequanis vero,  
Qui primum intra fines suos Ariouistū receperunt,  
Quorum oppida omnia etiam nunc sunt eius in potestate,  
Omnes cruciatus perferendi sunt. Cæ. Bono este animo  
fratres,

Et hunc timorem, qui vos exagitat, secludite. Ego cura hanc  
Rem mihi futuram polliceor: magnam habeo spem & meū  
magnis

Beneficijs, & nostra auctoritate adductum, Ariouistū  
Iniurijs finem facturum. Di. Ita quidem Dū patrū faxint,  
Nos imus, si quiderit, quod nos velis, hic reperies intus.

### ACTVS III. SCENA V.

Cæsar, Labienus, Procilius.

**M**VLTAE res sunt, Labiene, quæ me hortantur, ue-  
isthanc rem mihi  
Et cogitandam & suscipiendam nunc pulem.

La. n. plurime,

Nam quis a penumero ab Senatu appellati fratres prius  
Con-

**NICOD. FRISCHLINE.**

**C**onsanguinei<sup>g</sup> fuere, eos in seruitute Sequana  
Et in ditione Germanorum detinerier,  
Et liberos eorum esse apud Ariouistum Regem obfides;  
An non in tanto populi Romani imperio turpisimum  
Nobis, Rei<sup>g</sup>, est publica? Cae. planissime.  
Nam ubi v<sup>s</sup>us erit nostri Aeduis, si in bello non fuerit?

La. Ita est.

**C**ae. Res ac periculum commune cogit, quod quisque tre-  
pida

In re posse, praesidū in medium conferat. La. videlicet.

**C**ae. Nam paulatim transfire Rhenum Germanos consue-  
scere,

Est magnam multitudinem venire eorum in Galliam,  
Periculum populo Romano videtur. La. Scilicet.

Neque enim feri ac barbari homines sibi temperabunt, ar-  
bitror;

Quin cùm armis occuparint omnem Galliam;

V<sup>e</sup> ante Cimbri, Teutoni<sup>g</sup>, fecere, in prouinciam

Hanc exeat, atq<sup>z</sup> inde in Italiam contendant. Cae. quip-  
pini?

**C**onpræsertim tam commoda sit rei gerenda occasio,

Vbi Sequanos Rhodanus à nostra diuidit prouincia.

Itaq<sup>z</sup> his rebus puto occurendum quam maturissime, Tite.

**P**ro. Idem & ego arbitror. Nam quantum è sermonibus  
Divitiaci

Intelligo, tantos sibi Ariouistus sumit spiritus,

Tantam arrogatiā, ut diutius ferendus non siet.

**C**ae. Nunc ergo, quid consilī capiam, vos ambo attendite.

**P**ro. Operam

Thanc tibi dicamus. Cae. Consilio prius experirier omnia

Quāne

**Q**uam gladio, semper sapientis habitum est. La. sic est. Cæ. placet igitur

Mibi legatos ad Ariouistum mittere, qui ab eo petant,  
Ut locum aliquem mediū utriusq; colloquio nostrū deligat.

La. Hoc consiliū placet. Pro. placet & mihi. Cæ. Vin-  
tu igitur Procili,

Legationis munere ad illum fungi? Pro. Siquidem iussiris.  
Nam decet esse Imperatoris dicto audientem militem.

Cæ. Amote, & merito te semper feci maximi. Pro. Quin  
tu imperas

Igitur, quid me velis perferre ad Barbarum? Cæ. quod di-  
xeram,

Modò, de colloquio. Pro. commemini: sed nunquid Cæ-  
sar amplius?

Cæ. Me velle de summis utriusq; rebus, & republica

Cum eo agere. Pro. Quid præterea? Cæ. Quod visum erit.  
Pro. Eo. Cæ. bene ambula.

Eamus intrò Labiene, in hoc nostrum tentorium.

## ACTVS IV. SCENA. I.

Ariouistus, Nasua.

**D**iu voluntati consilia de bello hoc in Gallijs,  
Nemo aptior super tota re particeps esse potuit  
Sermonis præter te, Nasua. Nam tu triumphū af-  
fers mihi

Hoc aduentu tuo. Na. centum Sueorum pagos addu-  
ximus,

Ego atq; Cimberius: qui omnes ad Rheni ripam confident

KK

**In Treuiris.** Ar. nouam hanc manum cum copijs ego meū  
Veteribus, cupio coniungere, siquidē per vos licet. Na. sapis:  
Nam si tu mecum occasionem arripere hanc, qua obuenit  
studes,

Triumphum maximum unā mecum paries & mihi, & tibi  
Sueuīsq; & Teutonis: toti deniq; nostra Germanie.  
Sin autem occasione huic tempus sese subterduxerit,  
Nunquam licebit postea albis quadrigis apiscier.

Ar. Ut seres offerunt, Nasua, non sunt omittenda temere  
**Quæ mox repeti non possunt.** Na. non prudenter istuc fe-  
ceris:

Tum vires minueris tuas: inimicorum animos auxeris.

Ego quod in me est, nunquam tibi defuero copijs meis.

Ar. Dij immortales, si unquam, quenquam esse voluistis  
vestra ope

Adiutum, tum me seruatum vultis, & extinctum Cæarem:  
Cùm talem adiutorem dedistis mihi tam generosum Du-  
cem,

Tam exercitatum in armis militem. Nam quò diutius  
De clade Heluetiorum cogito, hoc animus magis ac magis  
In pectus emicat. Scio enim, quæ Cæsar is sit ambitio, quæ  
cupiditas

Regnandi: quod studium armorum, qui ardor animi, quæ  
spes, sua

Pomœria proferendi latius. Neq; enim absistet prius  
A bello, quam cùm nostram hanc omnem sibi subyciat Gal-  
liam.

Quare omnia ut maturius agantur, belli cura stimulat.

Na. Sapientis est, quicquid homini accidere potest boni  
aut mali:

Id

*Id præmeditari, omnino ferendum esse modicè, si euenerit.  
 Maioris est consilij, prouidere, ne quid accidat  
 Aduersi: sed animi non est minoris, ferre fortiter,  
 Si evenerit. Ar. Imò, ut ne quid præterea nobis mali accidat,  
 Id cautio est. Nam multa incommoda huius belli sentio,  
 Amissi nuper vectigalibus atque commeatis.  
 Na. Si ob oculos sibi ponant Carbones, si Longinos Cassios,  
 Si Cepiones Manlios, & quinq; exercitus simul  
 Fusos, eosq; consulares omnes, facile demiserint,  
 Quas erigunt cristas. Ar. sisaperent. Nam noster miles  
 veteranus est.*

*Illi eirones sunt: nostrum agmen expeditum & mobile est:  
 Illud recenti preda onustum, & impeditum, ac debile.  
 Sed hic quis est, Nasua, qui huc tam magnificè fert gra-  
 dum? mane.*

### A C T V S I I I . S C E N A II . Procilius, Ariouistus, Nasua.



*I Sequanorum sunt fines, nisi me oculi      Senarij  
 Fallunt: nimis velim obviam mihi quempia, Lambici.  
 Qui certum me faciat, Ariouistus ubi habet.  
 Ar. procede homini obviam: & perquire,  
 quid velit.*

*Pr. Sed eccum, quem perconter, video. Na. colloquar.*

*Saluus sis hospes. Pr. salue plurimum, mi homo.*

*Na. Quid hic tu tam insolens? Pr. Ariouisto mihi  
 Rege opus est conuento. Na. quid tibi togate, si res  
 Cum Rege? Pr. pauca mandata habeo à Cæsare.*

*Na. Mandata, quenam? Pr. hic narrandi non est locus.*

*Na. Mane, referam illi. Pr. facis, ut te decet. Aedepol*

Kk 2

*Paucos inuenias hodie in hac terra aulicos,  
Benigno verbulo hospitem qui impertiant.*

*Neque ego credo homines esse iam magis asinos  
Animis, canes linguis, leones dentibus,  
Quam sunt Regum atq; principum satellites.*

**Na.** Accede Regem. **Pr.** Vbi us est. **Na.** illuc solio insidet.  
**Ar.** Quid vos affertis huc, legati à Cæsare?

**Pr.** Rex Ariouiste, Cæsar à te postulat,  
Ut medium aliquem locum colloquio deligas:  
Se velle de summis utriusq; negotijs,

Et de Republica tecum agere. **Ar.** Si quid à Cæsare mihi  
Opus sit, ad eum venero: si quid forte ille à me velit,  
Illum itidem ad me venire oportet. Præterea ego neq; sine  
Exercitu in eas partes Galliæ venire ausim, in quibus  
Est Cæsar: neq; sine commeatu & molimento exercitum  
In unum contrahere possum locum. Permirum autem mihi  
Videtur, quid in hac Galba, quam bello vici, aut Cæsari,  
Aut omnino populo Romano sit negotij? **Pr.** audies.

**Na.** non quia tanto populi Romani & Cæsaria beneficio  
Adest, cùm rex atq; amicus à Senatu, & Cæsare  
Consule, sis appellatus, hanc ipsi populoque gratiam  
Refers, ut in colloquium inuitatus venire grauere iam:  
Neq; de communire dicendum & cognoscendum tibi pu-  
tes.

Hec porrò percipe, quæ nos Cæsar tibi eferre iusserat.

Quæq; à te postulat. Primum, ne quam hominum multitu-  
dinem

Trans Rhenum in Galliam transducas amplius: dein ob-  
sides,

Si quos habes ab Aeduis, reddas tum Sequanis item

Permittat

Permitas, ut quos illi habent, voluntate tua reddere  
 Illis liceat: neque Aeduos lacescas ulla iniuria,  
 Néue his, sociis eorum bellum post hac inferas, si ita  
 Fecisses, sibi populoq; Romano perpetuam gratiam  
 Et amicitiam tecum futuram, ducit: si non impetreret,  
 Quoniam Marco Messila, & Lucio Pisone Consule  
 Senatus censuisset, uti qui Galliam provinciam  
 Obtinuisset, quod commodo facere posset Reipublicæ  
 Defendat Aeduos, & ceteros populi Romani ibi  
 Amicos, se Aeduorum non neglecturum esse iniurias.

Ar. Ius belli est, ut qui vicerunt, ijs quos vicerunt, pro ut  
 Lubet imperent. Item populus Romanus victis gentibus,  
 Non ex alterius prescripto, sed ad suum arbitrium, puto,  
 Confueuit imperare. Si ego populo Romano & Cesar  
 Non prescribo, quemadmodum suo iure uti debeant,  
 Cur me à populo Romano operet in meo impedirier  
 Iure? Aedui, quoniam fortunam belli tentarunt, mihi  
 Facti stipendiarij, duobus victi prælijs.

Magnam igitur facit iniuriam Cesar, qui vestigalia  
 Suo aduentu mihi facit deterioria: Quod scito: Aeduis  
 Ego obsides non reddam: neq; ijs, neq; eorum sociis debinc  
 Iniuria bellum inferam, si in eo, quod conventū est manent,  
 Stipendumq; quotannis pendunt: si id non fecerint, ijs  
 Longè fraternum nomen populi Romani obserit. Quod mi-  
 hi

Cesar denunciat, Aeduorum se non esse iniurias  
 Neglecturum: nemo haec tenus contendit mecum sine sua  
 Pernicie, cum voluerit, congreeditor. Intellecturus est,  
 Quid invicti Germani, exercitatisimi in armis viri,  
 Qui intra annos quatuordecim teatum non subiere, patriæ

Virtute possint. Pr. Nos referemus hæc in consilio, Vale.  
 Ar. Abiit hic: quid nunc agendū nobis autumas, mi Nasua:  
 Ne quid leui agamus brachio? Na. tute ipse certius omnia  
 Prospicis. Ar. Imò etiam tu, quæ consilii mihi, rectè can-  
 fulis,

Nam hæc ego festiuè odorabar: & hunc pre gustabam nun-  
 tium.

Na. Ego censeo debere te transire, & aliquò progredi:  
 Quodq; in speciem, famamq; belli sit satiis, omnino velim.  
 In interiori parte Galliæ habere copias. Ar. Mihi  
 De Gallia certum est, concedere homini nato nemini.

Na. Semper penes eum agri possessio est, qui plus armis  
 potest.

Ar. Vesontionem cogito occupare, copijs meis:  
 Et aliquantum, à meis finibus discedere.

Na. Idem & ego faciendum censeo. Nam semper est con-  
 fultius

Bellum in alienis sedibus gerere, Ariouiste, quam suis.

Ar. Vtq;: Nam hoc consilio misi Harudes modo  
 In Aeduos populatum terras hostium;

Vt illos bello distineam, priusquam huc eant:

Na. Sapienter: laudo. Ar. quin etiam obfides, datos  
 Ab Aeduis, remisi. Na. Et hoc factum bene.

Ar. Nunc ingrediamur: & quæ reliquæ sunt mihi.  
 Rationes belli persequamur. Na. Ilicet.

Nam approrandum, ne post bellum, quod dicitur,  
 Suppetias: neu post tempus præsidium parem.

## ACTVS IIII. SCENA III. Considius, Cæsar,

Itane

**I**TANE Ariouistus respondit Procilio?

**C**AE. Omnidò. quin etiam minas, Rex improbus  
Ingescit. **C**on. ô hominis nequam impudentiam.

Ego certè isthac sine indignatione audire non queor:  
Miror quod, adeò, qui habitus animorum fuerit audientibus.

**C**AE. Nusquam tuta fides, Confidi. **C**on. videlicet.  
**C**ùm legati ab Aeduis & Treuiris,

Eodem hoc tempore veniant, iniurias

**Q**uestum. **C**AE. sic est. Nam Harudes, qui in Galliam

Nuper sunt transportati, fines Aeduos

Populantur, ipsi ne ob sidibus quidem datis

Pacem Ariouisti possunt redimere: Treviri

Item centum Sueorum pagos dictitant

Ad ripam Rheni consedisse, qui illicet

Rhenum transire conentur. **C**on. Quid audio?

**C**AE. Iù præesse Cimberium atque, Nasuam,

Fratres. **C**on. quid ergo consilij habes in animo?

**C**AE. Quid? ego maturandum nobis existimo,

Ne si nova manus Sueorum cum veteribus

Se copijs Ariouisti iungat, minus

Facile resisti posse. Itaque celerrime

Re comparata primum frumentaria,

Magnis contendam ad Ariouistum itineribus.

**C**on. Ita quidem opus est facto. Nam quemadmodum in-  
telligo,

Ariouistus cum copijs suis omnibus

Ad occupandum Vesontionem, ex itinere

Quod Sequanorum longè maximum oppidum est,

Contendit, triduique, viam à finibus suis

Processit. **C**AE. Istud Dey vetent. Nam ne accidat,

*Magnopere præcauendum nobis, Confidi.  
 Namq; omnium rerum, quæ sunt bello usui,  
 Facultas summa fertur esse in eo oppido:  
 Idq; loci natura sic munitum undiq;:  
 Ut magnam dare possit facultatem hostibus,  
 Ad bellum ducendum. CON. Sic est mehercule.  
 Nam flumen Aldubis, uti quodam circino  
 Circumductum, penè oppidum totum, affuit:  
 Reliquum spaciū, quod non est amplius pedum  
 Quingentorum, qua flumen intermittit: hoc,  
 Inquam, mons continet magna altitudine:  
 Ita ut radices eius montis, quod sciam,  
 Vt rāq; ex parte ripæ Aldubis fluminis  
 Contingant. Hunc murus circumdatus efficit  
 Arcem, & cum munito coniungit oppido.  
 CA. Magnis diurnis nocturnisq; itineribus  
 Contendere hūc proprio: occupato ut oppido  
 Illic præsidium collocem: sequere hūc. CON. sequor.*

## ACTVS IV. SCENA IIII.

Lydus, Tusnelda.

Septenarij  
Trochaici.

**R** Edde, redde inquam: quónam pergis scelestā? quo  
 fugis?  
 Tu. Quid reddam tibi? Ly. Meum argentum.  
 Tu. Dixi pulchri è, mi homo,  
 Nam ubi tu vidisti redi, quod quis ludendo perdidit?  
 Nempe etatis atq; honorè gratia, hoc fiet tibi?  
 Ly. Nunquid etiā irrides? Utinam stimulus in manu siet,  
 Qui latera tua conteram. Tu. fine suppitem lucrum  
 mqđo.

Beffes

Besses hic insunt decūn: hic decusses insunt vndecim.

Ly. Tu si es̄ses mea, assulatim tibi dolarem vis̄era.

Tu. Faciam ego hunc hodie coquum ex insulso salsum, opera mea.

Vah ferratus hic, recens signatus in Germania:

Hic bigatus, hic scutatus: obsecro, vnde numismata hæc?

Ly. Siccine me abs te scorto contemni, virū stratoticum?

Tu. An nullos præterea habes bigatos, quos in aleam

Deponas? Ly. Dij te perdant meretrix. Tu. ecquid te pudet,

Hominem te sine argento inueniri, quasi cassam nucem?

Ly. Nisi mulier es̄ses prærantida, machera te huic obijcetrem.

Tu. Nisi tu es̄ses coquus, vilissimum mancipium, hic in luto

Te vacuum prouoluerem. Ly. medium te disruptam velim.

Tu. Et ego te iam sublimem suspensum. Ly. stimolorum seges. (compedum,

Tu. Carceris custos. Ly. Flagrigymnasium. Tu. lixa  
Et catenarum colone, sycophanta, verbero,  
Leno, homo Græca fide. Ly. Prostibul: in populi, militum  
Pernicies, quæ abundas fici, & marisc Gallicis.

Tu. Sic certè: num & tu vis fitorum horum portiunculam?

(mibi)

Ly. Dij te perdant: cuius ego tres noctes non redimam  
Vel teruncio. Tu. neq; ego tam vili vndidero tibi.

Ly. Nauteam malim bibere, quam te semel oscularier.

Tu. Et ege lasano præoptarim pangere, quam tibi, suauium.

Ly. Capram olet. Tu. & tu hircum. Ly. quid ago? hostimentum pro pecunia.

Kk 5

Tu. Sicut sementem feceris, ita & metes. Ly. iacuisti heri  
 Inter milites quinq<sup>u</sup>; Tu. Incessasti tu matrem tuam.  
 Ly. Aedepol faciam, ut que sies scias. Tu. Sat noui ego,  
 quæ siem:

Sed tu, qui sies, adhuc nescis. Quare indicio meo  
 Opus erat. Ly. Nihil efficio: abi directè in malam crucem.  
 Tu. Ibi tu nunc quidem es: qui perdidisti omnem pecu-  
 niām,

Abeo. Nam sat is mibi fortunatus hic dies fuit.

Ly. Quare alium, quem post hac in transennam ducas im-  
 proba.

Dij male faxint Thrasymacho, qui hanc pestem hūc intro-  
 duxerit.

Iam isthac alienum canabit: iam gustabit de meo.

Cui homini Dij sunt irati, hunc tali obijciunt bestia.

Erit ubi vlciscar Thrasymachum, quām primum hūc credie-  
 rit.

Ibo intrō: & quod deceſſit hodie, pensabo in crastinum.

## ACTVS. IIII. SCENA V.

Cæsar, Labienus.

Odonarij  
lambici.

**A**IN tu? La. ita est Cæsar. Cæ. tantum timorem  
 subito exercitum  
 Omne occupasse? La. Scilicet. Nam non medio-  
 criter omnium

Mentes, animosq<sup>u</sup>, perturbauit. Cæ. Unde autem ortus hic  
 timor?

La. Ex percunctatione nostrorum, & Gallorum vocibus,  
 Ac mercatorum. Nam illi ingenti magnitudine corporum  
 Germanos, incredibili virtute esse in armis predican:

Se-

Sapenumero se se cum ipsis egressos, ne vultum quidem  
 Atq; aciem oculorum dictitant ferre potuisse. Ce. Intelligo.  
 Sed hoc velim ex te scire, qui nam præ reliquo ita trepidet.  
La. Qui nam Cæsar? tribuni militum, præfecti, ceteri,  
Qui te buc ex urbe amicitia causa secuti in Gallias.  
 Non ita magnum in re militari habent usum. Ce. non sal-  
 leris.

La. Itaq; alius alia causa illata, quam sibi dicat, hodie,  
 Ad proficiscendum esse necessarium, petit, ut bona tua  
 Voluntate liceat sibi discedere, domumq; reuertier.  
Cæ. Hoc illud? La. nonnulli pudore adducti, ut declinente  
 sui

Timoris suspicionem, remanent. Hi neq; vultum fingere,  
 Neg; interdū lacrymas tenere possunt: quin imò abditi, aut  
 Fatum suum queruntur, aut cum familiaribus suis  
 Commune periculum miserantur. Et quid verbis est opus?  
 Vulgo totis castris testamenta obfignantur. Ce. Papæ.

La. Atq; horum vocibus ac timore paulatim etiam nunc, q  
 Qui magnum in castris usum habent, centuriones & mili-  
 tes,

Et qui præsunt equitatui, omnes peturbantur. Ce. prob  
 Immortalem. quanam ista mollities animi? que timiditas?

La. Quis ex his omnibus minus timidos existimarer  
 Volunt, non se hostem, sed itineris vereri angustias,  
 Et magnitudinem syluarum, que inter eos atq; Ariowistum  
 Hic intercedunt, aut rem frumentariam: ut sat commodè  
 Posit supportari. Ce. Quam bonus est artifex timor:

omnia

Qui fingere potest. Nam de hac resors viderit, aut si qui-  
 spiam est,

*Qui curet hæc Deus. La. nonnulli etiam tibi hūc renuntiant,*

**Senarius.** *Cum castra mouere, ac signa ferre iusserris:*

*Non fore dicto audientes, neq; laturos signa. Cæ, Sat habeo.*

*Tu præ signum da tuba, & concilium properè conuoca,*

*Adductis omnium ordinum ad me centurionibus. Volo*

*Ego periculum facere, quid virtus possit, quid metus.*

*Huc sedero: dum conueniant, quos conuocare iussoram.*

## ACTVS IV. SCENA VI.

Labienus, Cæsar.

Oetonarij  
Scazonates  
misti.

**A** *Dsunt Tribuni, & centuriones omnium ordinum*

*Cæsar.*

*Cæ. Si non in omnibus conuiuijs, & circulis essent,*

*Qui exercitus ducant, qui vbi castra sint locanda*

*pernorint,*

*Qui, que loca sint præsidij occupanda, quando cum hoste*

*Manus sint conserenda, qui deniq; sciant, vbi sit rursum*

*Quiescendum: si, inquam, non tales passim in circulis es-*

*sent:*

*Hoc ego supersedisse milites labore dicendi:*

*Nunc postquam de summa belli, de frumentarij rebus,*

*De comediatu statuunt calones, & lixæ, it, a, ut quicquid*

*Aliter, quam censuere ipsi, fiat, modò non ducem belli*

*Atq; Imperatorem suum, veluti dicta die, accusent:*

*Quis, quo sō, & quo ferat isthæc animo? Nam quid obsecro est*

*tandem:*

*Cum aut quam in partem, aut quo consilio milites in hanc*

*em*

**Duca-**

Ducamini, id vobis querendum, aut cogitandum censeatus?  
 Ariouistus, me consule, cupidissime populi nostri  
 Amicitiam appetiuit: cur hunc tam temere putet quis-  
 quam

Ab officio discessurum? Mihi quidem planè persuasum est,  
 Meis postulatis cognitis, atq; equitate perspecta  
 Conditionis, Ariouistum neque meam populue Romani,  
 Repudiaturum gratiam. Quid si furore correptus  
 Amentiaq; impulsus, sorte inferat bellum:  
 Ecquid veremini tandem? aut cur de virtute vestrapte,  
 Meāue diligentia desperatis? Periculum factum  
 Est huius ipsius hostis, patrum nostrorum memoria: cum  
 Cimbris & Teutonis, à Mario pulsis, non minorem,  
 Exercitus laudem quam Marius Imperator, in pugna  
 Meritus esse videbatur. Factum etiam nuper in Italia ho-  
 stis

Periculum, in tumultu seruili: quos tamen aliquis usus,  
 Ac disciplina, quam à nobis acceperant, leuārat.  
 Ex quo perfacile iudicarier potest, amici,  
Quantum in se habeat boni constantia: propterea, quod ar-  
matos

Vicimus, ac victores, quos ante aliquandiu sine causa  
 Inermes timuimus: Deniq; idem sunt hinc Germani:  
 Quibus cum s; penumero Helvetiū aperto Marte congregati,  
 Non solum in sedibus suis, sed etiam in finibus illorum  
 Plerumq; superarunt: qui tamen nostro parens esse  
 Exercitui non potuerunt. quod si has Helueticas gentes  
 Ob id vicimus: ut Germanis tradamus imperium nostrum:  
 Agite ad penates, ad parentes, ad matres reuertamnr:  
 Et decus à maioribus acceptum, barbaris relinquamus.

La.

La. Isthuc Dij magni prohibeſſint. Cæ. Nunc ſi quos pree-  
 lium aduersum,  
 Et fuga Gallorum mouet, hoc ſi querant reperient, belli  
 Diuturnitate defatigatis Gallis, Ariouiftum,  
 Cum multos menses caſtris, ac paludibus, latebris quod,  
 Se continuifſet, neque ſui vllam feciſſet potestatē,  
 Desperantes iam de pugna, & diſpersos ſubitō adortum,  
 Magis ratione ac consilio hoſtem, quam virtute feciſſe,  
 Cui rationi contra homines barbaros, atque imperitos  
 Locus fuit, hac non ſpero capi noſtros exercitus poſſe.  
 Scelere habet partum in Gallia regnum, latrocinio, cede,  
 Iniurijs in populum Romanum, direptione agri  
 Sociorum contra fædus: que omnia quam inuifa ſint Dijſ,  
 Sentiet in exitu rerum ſuarum Rex Ariouiftus.  
 Fauet adhuc pietati, ac fidei noſtræ Deus, opifex mundi:  
 Per quem populus Romanus ad tantum fastigij creuit:  
 Ut iam vires Latina totum complectantur orbem.  
 Et quanto maiores Philippi olim, Antiochique, opes Regum,  
 Non ſunt maioribus populi Romani copijs, fractæ?  
 Si qui timorem in frumentationis difficultatem  
 Angustiasque, itineris confeſſunt, hi faciunt arroganter,  
 Cum aut de officio Imperatoris desperant, aut mihi audent  
 Praſcribere. Hac mihi ſunt curæ, frumentum Sequani,  
 Leuci,  
 Et Lingones dabunt. Iamque in agris ſunt matura frumenta,  
 De itinere iudicabimus breui propter tempore. At verò  
 Quod non fore audientes dicto vos, neque signa latiri  
 Dicimini, nihil hac re commoueor, noui enim quibuscumque  
 que  
 Exercitus dicto audiens non fuit, aut re male geſta,  
 For-

Fortunam defuisse, aut etiam aliquo facinore comperto  
Avaritiam esse coniunctam. Meam innocentiam ostendit  
Vite perpetua curriculum: rerum felicitas bello  
Heluetiorum perspecta est. Itaq<sub>z</sub>, quod fueram in longio-  
rem

Diem collatus, representabo: & proxima nocte,  
De quarta vigilia, castra moueo: ut quam primū animad-  
uertam,

Vtrum apud vos pudor, atq<sub>z</sub> officium an timor præpolleat.  
Quod si

Præterea nemo sequatur, cum sola tamen legione ibo  
Decima: de qua non dubito, mihiq<sub>z</sub>, ea prætoria cohors est.  
La. Decima legio tibi princeps, per Tribunos militum, Ca-

*Cæsar,*

Mirificè gratias agit: quod iudicium optimum de se  
Fecisti: seq<sub>z</sub>, esse ad bellum gerendum p<sup>r</sup>a omnibus longè  
Promissimam confirmat. Tum legiones ceteræ, atq<sub>z</sub> ha-  
rum

Tribuni, & centuriones, se purgatos volunt omnes:  
Nunquam dubitasse se, neq<sub>z</sub>, timuisse, neq<sub>z</sub>, suum scire  
De belli summa iudicium esse, sed sui Imperatoris.  
Ca. Ite ergo, & ut quisq<sub>z</sub>, suos manipulos educat instructos,  
De quarta noctis vigilia, dent operam singuli. La. fiet.

## ACTVS V. SCENA I.

Cæsar, Ariouistus.

**D**IUS hic dictus est colloquio, quintus ex illo die,  
Cum legatos suos huc Ariouistus misit alteros,  
De colloquio, quod ante recusarat, per se mihi,  
*Fierē* Octonarij  
la**m**bici.

Fieri licere, quoniam accessisset proprius, seq; id sine  
Periculo iam posse facere, existimaret. Ego quidem  
Non respuo hanc conditionem: iamq; reuersum ipsum esse  
arbitror

Ad sanitatem. Nam quod ante a negauerat mihi,  
Vltrò nunc pollicetur. Quare magnam in spem venio,  
fore,

Vt pro meis tantis, populiq; Romani beneficijs,  
Vbi postulata cognòrit, desistat pertinacia.

Quippe & fruges maturitatem suam statuto tempore  
Expectant: & poma per acerba lege mitescunt sua.

Ar. Vltrò citroq; legati iam sape inter nos inuicem  
Misit. Nam quia subuereor, ne per insidias à Cæsare  
Circumueniar, petiui, ne quem peditem ad colloquium  
mihi

Adducat: vterq; cum equitat ueniat; alia ratione me  
Non esse venturum. Cæ. Nunc quando à me postulat ut ex  
equis

Hic colloquamur: ego, qui & ipse meam salutem inco-  
gnito

Gallorum equitat ui, non ausim sic temerè committere,  
Hoc commodissimum esse statui, si omnibus Gallis equis  
Equitibus detract:is, legionis decimæ legionarios  
Illuc imponerem: ut præsidium per amicissimum mibi,  
Si quid opus factos sit, habeam. Ar. Prater se denos iusse-  
ram,

Vt ad colloquium adduceret. Nunc in eum perueni locum,  
Qui spacio fermè a quo à castris veriusq; abest. Quod proxi-  
mum est,

Hunc terreum tumulum, in hac planicie condescendam, ut  
Cæarem Adue-

**Advenientem operiar.** CÆ. Id cum fieret, ridiculè quispiam

Decima legionis miles, plus, inquit, mihi quām pollicitus es,  
Cæsar, facis. quid ita? quia pollicitus es in prætorie  
Cohortis te loco decimam legionem habiturum. cui ego:  
Non muto factum. Imò, inquit, ad equū iam rescribis militē,  
Ar. Nisi me fallunt oculi, prospicio Cæsarem, agite alary  
Ducentis passibus, retrò, ab terra hoc tumulo resistite.

CÆ. Sed video nō ego Ariouistum, an non? Certè ipsus est,  
tumulum tenet.

Vos legionarij, preter denos, quos mihi custodiae  
Causa adiungam, ducentis passibus, ab tumulo consistite.  
Ar. Eamus obuiam. CÆ. Contrà tollamus obuiū gradum.  
Salutem à principio tibi, ô Rex, propitiā. Ar. Salue adepol.  
Cæ. Credo ego te, Ariouiste, memoriam tenere, quibus bene-  
ficijs

In consulatus à me affectus Romæ in senaculo:  
Quod appellatus Rex, quod amicus à senatu, quod socius,  
Quod munera missa amplissima. Hac res sanè, & paucis  
contigit,  
Et à Romanis consueuit tribui, non nisi pro maximis  
Hominum officijs. Tu, cum neg̃ causam postulandi, neg̃  
aditum

Haberet iustum, liberalitate at beneficio meo,  
Senatusq; hæc es consecutus præmia. Sed reor tamen  
Clam te non esse, quām veteres, & quām iusta causæ sient  
Necessitudinis per antiquæ nobis, & Aeduis:  
Quæ item senatus consulta, quoties, quāmq; in eos facta  
sint

Honorifica: Præterea, ut omni tempore tenuerint Aeduis

*Magnoperè præcauendum nobis, Considi.  
 Namq; omnium rerum, quæ sunt bello usui,  
 Facultas summa fertur esse in eo oppido:  
 Idq; loci natura sc̄ munitum undiq;:  
 Ut magnam dare possit facultatem hostibus,  
 Ad bellum ducendum. CON. Sic est mehercule.  
 Nam flumen Aldubis, uti quodam circino  
 Circumductum, penè oppidum totum, affuit:  
 Reliquum spacium, quod non est amplius pedum  
 Quingentorum, qua flumen intermittit: hoc,  
 Inquam, mons continet magna altitudine:  
 Ita ut radices eius montis, quod sciam,  
 Vtrag; ex parte ripæ Aldubis fluminis  
 Contingant. Hunc murus circumdatuſ efficit  
 Arcem, & cum munito coniungit oppido.  
 Cœ. Magnis diurnis nocturnisq; itineribus  
 Contendere hūc propero: occupato ut oppido  
 Illic præſidium collocem: sequere hūc. CON. sequor.*

## A C T V S I V .   S C E N A III.

Lydus, Tusnelda.

Septenarij  
Trochaici.

**R** Edde, redde inquam: quónam pergis scelestā? quo  
 fugis?  
 Tu. Quid reddam tibi? Ly. Meum argentum.  
 Tu. Dixi pulchre, mi homo,  
 Nam ubi tu vidisti redi, quod quis ludendo perdidit?  
 Nempe etatis atq; honoris gratia, hoc fiet tibi?  
 Ly. Nunquid etiā irrides? Utinam stimulus in manu siet,  
 Qui latera tua conteram. Tu. fine suppitem lucrum  
 modò.

Besses

Besses hic insunt decem: hic decusses insunt vndeclim.

Ly. Tu si essem mea, assulatim tibi dolarem visceram.

Tu. Faciam ego hunc hodie coquum ex insulso salsum, opera mea.

Vaherratus hic, recens signatus in Germania:

Hic bigatus, hic scutatus: obsecro, unde numismata haec?

Ly. Siccine me abs te scorto contemni, virū stratoticum?

Tu. An nullos præterea habes bigatos, quos in aleam Deponas? Ly. Dij te perdant meretrix. Tu. ecquid te pudet,

Hominem te sine argento inueniri, quasi cassam nucem?

Ly. Nisi mulier essem prærancida, macheræ te huic obycrem.

Tu. Nisi tu essem coquus, vilissimum mancipium, hic in luto

Te vacuum prouoluerem. Ly. medium te disruptam velim.

Tu. Et ego te iam sublimem suspensem. Ly. stimolorum seges. (compedum,

Tu. Carceris custos. Ly. Flagrigymnasium. Tu. lixa Et catenarum colone, sycophanta, verbero, Leno, homo Græca fide. Ly. Prostibulum populi, militum Pernicies, quæ abundas fici, & marisc Gallicis.

Tu. Sic certè: num & tu vis fiscorum horum portiunculam?

(mibi)

Ly. Dij te perdant: cuius ego tres noctes non redimam Vel teruncio. Tu. neq; ego tam vili vndidero tibi.

Ly. Nauteam malim bibere, quam te semel oscularier.

Tu. Et ege lasano præoptarim pangere, quam tibi, suauium.

Ly. Capram olet. Tu. & tu hircum. Ly. quid ago? hostimentum pro pecunia.

Kk 5

Tu. Sicut sementem feceris, ita & metes. Ly. iacuisti herē  
 Inter milites quinq. Tu. Incestasti tu matrem tuam.  
 Ly. Aedepol faciam, ut quæsies scias. Tu. Sat noui ego,  
 quæ siem:  
 Sed tu, qui sies, adhuc nescis. Quare indicio meo  
 Opus erat. Ly. Nihil efficio: abi directè in malam crucem.  
 Tu. Ibi tu nunc quidem es: qui perdidisti omnem pecu-  
 niam,  
 Abeo. Nam sat is mihi fortunatus hic dies fuit.  
 Ly. Quare alium, quem post hac in transennam ducas im-  
 proba.  
 Dū male faxint Thrasymacho, qui hanc pestem hūc intro-  
 duxerit.  
 Iam isthac alienum canabit: iam gustabit de meo.  
 Cui homini Dū sunt irati, hunc tali obijciunt bestias.  
 Erit ubi vlciscar Thrasymachum, quam primum hūc redie-  
 rit.  
 Ibo intrō: & quod deceſſit hodie, pensabo in crastinum.

## ACTVS. IIII. SCENA V.

Cæſar, Labienus.

Oſtonarij  
lambici.

**A**IN' tu? La. ita est Cæſar. Cæ. tantum timorem  
 subito exercitum  
 Omneſe occupasse? La. Scilicet. Nam non medio-  
 criter omnium  
 Mentes, animosq. perturbauit. Cæ. Vnde autem ortus hic  
 timor?  
 La. Ex percunctatione nostrorum, & Gallorum vocibus,  
 Ac mercatorum. Nam illi ingenti magnitudine corporum  
 Germanos, incredibili virtute esse in armis praedicant:

Se-

Sepenumero se se cum ijs egressos, ne vultum quidem  
Atq; aciem oculorum dicit ant ferre potuisse. C. intelligo.  
Sed hoc velim ex te scire, qui nam præ reliquis ita trepidet.  
L. a. Qui nam Cæsar? tribuni militum, præfecti, cæteri,  
Qui te buc ex vrbe amicitæ causa fecuti in Gallias.  
Non ita magnum in re militari habent usum. C. a. non sal-  
 leris.

L. a. Itaq; alius alia causa illata, quam sibi dicat, hodie,  
Ad proficiscendum esse necessariam, petit, ut bona tua  
 Voluntate liceat sibi discedere, domumq; reuertier.  
C. a. Hoc illud? L. a. nonnulli pudore adducti, ut declinente  
 sui

Timoris suspicionem, remanent. Hi neq; vultum fingere,  
Ne q; interdū lacrymas tenere possunt: quin imò abditi, aut  
 Fatum suum queruntur, aut cum familiaribus suis  
 Commune periculum miserantur. Et quid verbis est opus?  
 Vulgo totis castris testamenta ob signantur. C. a. Papæ.

L. a. Atq; horum vocibus ac timore paulatim etiam nunc, ij  
Qui magnum in castris usum habent, centuriones & mili-  
 tes,

Et qui præsunt equitatui, omnes peturbantur. C. a. prob  
 Immortale p. quanam ista mollities animi: que timiditas?

L. a. Qui se ex his omnibus minus timidos existimarer  
 Volunt, non se hostem, sed itineris vereri angustias,  
 Et magnitudinem sylvarum, que inter eos atq; Ariowistum  
 Hic intercedunt, aut rem frumentariam: ut sat commodè  
 Posit supportari. C. a. Quam bonus est artifex timor:

omnias

Qui fingere potest. Nam de hac resors viderit, aut si qui-  
 spiam est,

Qui

*Qui curet hæc Deus. La. nonnulli etiam tibi hūc renunciant,*

**Senarius.** *Cum castra mouere, ac signa ferre iusserris:  
Non fore dicto audientes, neq; laturos signa. Ce, Sathabeo.*

*Tu præ signum dat tuba, & concilium properè conuoca,  
Adductis omnium ordinum ad me centurionibus. Volo  
Ego periculum facere, quid virtus possit, quid metus.  
Huc sedero: dum conueniant, quos conuocare iusserram.*

## ACTVS IV. SCENA VI.

Labienus, Cæsar.

**Odonarij Scazonates misti.** **A** *Dsunt Tribuni, & centuriones omnium ordinum  
Cæsar.*

*Cæ. Si non in omnibus conuiujs, & circulis essent,  
Qui exercitus ducant, qui vbi castra sint locanda  
pernorint,  
Qui, quæ loca sint præsidij occupanda, quando cum hoste  
Manus sint conserenda, qui deniq; sciant, vbi sit rursum  
Quiescendum: si, inquam, non tales passim in circulis es-  
sent:*

*Hoc ego supersedisse milites labore dicendi:  
Nunc postquam de summa belli, de frumentarijs rebus,  
De commeatu statuunt calones, & lixa, ita, ut quicquid  
Aliter, quam censuere ipsi, fiat, modo non ducem belli  
Atq; Imperatorem suum, veluti dicta die, accusent:  
Quis, quæso, & quo ferat isthac animo? Nam quid obsecro est  
tandem:  
Quod aut quam in partem, aut quo consilio milites in hanc  
urbem*

Duca-

Ducamini, id vobis quærendum, aut cogitandum censeatus?  
 Ariouistus, me consule, cupidissimè populi nostri  
 Amicitiam appetiuit: cur hunc tam temere putet quis-  
 quam

Ab officio discessurum? Mibi quidem planè persuasum est,  
 Meis postulatis cognitis, atq; aequitate perspecta  
 Conditionis, Ariouistum neque meam populue Romani,  
 Repudiaturum gratiam. Quod si furore corruptus  
 Amentiaq; impulsus, forte inferat bellum:  
 Ecquid veremini tandem? aut cur de virtute vestrapte,  
 Meāue diligentia desperatis? Periculum factum  
 Est huius ipsius hostis, patrum nostrorum memoria: cùm  
 Cimbris & Teutonis, à Mario pulsis, non minorem,  
 Exercitus laudem quam Marius Imperator, in pugna  
 Meritus esse videbatur. Factum etiam nuper in Italia bo-  
 stis

Periculum, in tumultu seruili: quos tamen aliquis usus,  
 Ac disciplina, quam à nobis acceperant, leuārat.  
 Ex quo per facile iudicarier potest, amici,  
Quantum in se habeat boni constantia: propterea, quod ar-  
matos

Vicimus, ac viçtores, quos ante aliquandiu sine causa  
 Inermes timuimus: Deniq; ydē sunt hice Germani:  
 Quibus cum se penumero Heluetij aperto Marte congressi,  
 Non solum in sedibus suis, sed etiam in finibus illorum  
 Plerung; superarunt: qui tamen nostro pares esse  
 Exercitui non potuerunt. quod si has Helueticas gentes  
 Ob id vicimus: ut Germanis tradamus imperium nostrum:  
 Agite ad penates, ad parentes, ad matres reuertamnr:  
 Et decus à maioribus acceptum, barbaris relinquamus.

La.

La. Isthuc Dij magni prohibeſint. Ce. Nunc ſi quos pre-  
 lium aduersum,  
 Et fuga Gallorum mouet, hoc ſi querant reperient, bellū  
 Diuturnitate defatigatis Gallis, Ariouifum,  
 Cūm multos menses caſtris, ac paludiibus, latebris q̄z  
 Se continuifet, neq; ſui vllam feciſſet potestatem,  
 Desperantes iam de pugna, & diſpersos ſubitō adortum,  
 Magis ratione ac confilio hoſtem, quām virtute feciſſe,  
 Cui rationi contra homines barbaros, atq; imperitos  
 Locus fuit, hac non ſpero capi noſtros exercitus poſſe.  
 Scelere habet partum in Gallia regnum, latrocinio, cēde,  
 Iniurijs in populum Romanum, direptione agri  
 Sociorum contra foedus: que omnia quām inuifa ſint Dijz,  
 Sentiet in exitu rerum ſuarum Rex Ariouifus.  
 Fauet adhuc pietati, ac fidei noſtræ Deus, opifex mundi:  
 Per quem populus Romanus ad tantum fastigij creuit:  
 Ut iam vires Latina totum complectantur orbem.  
 Et quantō maiores Philippi olim, Antiochiq; opes Regum,  
 Non ſunt maioribus populi Romani copijs, fractæ?  
 Si qui timorem in frumentationis difficultatem  
 Angustias q̄z itineris conferunt, hi faciunt arroganter,  
 Cūm aut de officio Imperatoris desperant, aut mihi audent  
 Praeſcribere. Hac mihi ſunt curæ, frumentum Sequani,  
 Leuci,  
 Et Lingones dabunt. Iamq; in agris ſunt matura frumenta,  
 De itinere iudicabimus breui pōſt tempore. At verò  
 Quod non fore audientes dicto vos, neq; ſigna laturi  
 Dicimini, nihil hac re commoueor. noui enim quibuscum-  
     que  
 Exercitus dicto audiens non fuit, aut re male geſta,  
     For-

Fortunam defuisse, aut etiam aliquo facinore comperto  
 Avaritiam esse coniunctam. Meam innocentiam ostendit  
 Vita perpetua curriculum: rerum felicitas bello  
 Heluetiorum perspecta est. Itaq<sub>z</sub>, quod fueram in longio-  
 rem

Diem collaturus, representabo: & proxima nocte,  
 De quarta vigilia, castra mouebo: ut quam primū animad-  
 uertam,  
 Vtrum apud vos pudor, atq<sub>z</sub> officium an timor preponat.  
Quod si

Prætere a nemo sequatur, cum sola tamen legione ibo  
 Decima: de qua non dubito, mihiq<sub>z</sub> ea prætoria cohors est.  
 La. Decima legio tibi princeps, per Tribunos militum, Ca-  
 sar,

Mirificè gratias agit: quod iudicium optimum de se  
 Fecisti: sejg<sub>z</sub> esse ad bellum gerendum præ omnibus longè  
 Promtissimam confirmat. Tum legiones ceteræ, atq<sub>z</sub> ba-  
 rum

Tribuni, & centuriones, se se purgatos volunt omnes:  
 Nunquam dubitasse se, neq<sub>z</sub> timuisse, neq<sub>z</sub> suum scire  
 De belli summa iudicium esse, sed sui Imperatoris.  
 Ca. Ite ergo, & ut quisq<sub>z</sub> suos manipulos educat instructos,  
 De quarta noctis vigilia, dent operam singuli. La. fiet.

## A C T V S V. SCENA I.

Cæsar, Ariouistus.

**D**IUS hic dictus est colloquio, quintus ex illo die,  
 Cum legatos suos huc Ariouistus misit alteros,  
 De colloquio, quod ante recusarat, per se mibi,

Octonarij  
la  
mbici.

Fier<sup>d</sup>

Fieri licere. quoniam accessisset propius, seq<sub>z</sub> id sine  
Periculo iam posse facere, existimaret. Ego quidem  
Non respuo hanc conditionem: iam q<sub>z</sub> reuersum ipsum esse  
arbitror

Ad sanitatem. Nam quod antea negauerat mihi,  
Vltrad nunc pollicetur. Quare magnam in spem venio,  
fore,

Vt pro meis tantis, populiq<sub>z</sub> Romani beneficijs,  
Vbi postulata cognorit, desistat pertinacia.

Quippe & fruges maturitatem suam statuto tempore  
Expectant: & poma per acerba lege mitescunt sua.

Ar. Vltrad citroq<sub>z</sub> legati iam s<sup>a</sup>pe inter nos inuicem  
Missi. Nam quia subuereor, ne per insidias à Cæsare  
Circumueniar, periui, ne quem peditem ad colloquium  
mibi

Adducat: vterq<sub>z</sub> cum equitatu veniat: alia ratione me  
Non esse venturum. Cæ. Nunc quando à me postulat ut ex  
equis

Hic colloquamur: ego, qui & ipse meam salutem inco-  
gnito

Gallorum equitatui, non ausim sic temerè committere,  
Hoc commodissimum esse statui, si omnibus Gallis equis  
Equitibus detractis, legionis decimæ legionarios

Illuc imponerem: ut presidium per amicissimum mibi,  
Si quid opus factos sit, habeam. Ar. Præter se denos iusse-  
ram,

Vt ad colloquium adduceret. Nunc in eum perueni locum,  
Qui spacio fermè a quo à castris vtriusq<sub>z</sub> abest. Quod proxi-  
mum est,

Hunc terreum tumulum, in hac planicie descendam, ut  
Cæsarem adue-

**A**dvenientem operiar. Cae. Id cum fieret, ridiculè quispiam

Decimæ legionis miles, plus, inquit, mihi quām pollicitus es,  
Cæsar, facis. quid ita? quia pollicitus es in prætoria  
Cohortis te loco decimam legionem habiturum. cui ego:  
Non muto factum. Imò, inquit, ad equū iam rescribis militē,  
Ar. Nisi me fallunt oculi, prospicio Casarem, agite alariū  
Ducentis passibus, retrò, ab terra hoc tumulo resistite.

Cae. Sed videon' ego Ariouistum, an non? Certe ipfus est,  
tumulum tenet.

Vos legionarij, preter denos, quos mihi custodiae  
Causa adiungam, ducentis passibus, ab tumulo consistite.  
Ar. Eamus obuiam. Cae. Contrà tollamus obuiū gradum.  
Salutem à principio tibi, ô Rex. propitiā. Ar. Salue adepol.  
Ca. Credo ego te, Ariouiste, memoriā tenere, quibus bene-  
ficijs

In consulatu sis à me affectus Romæ in senaculo:  
Quod appellatus Rex, quod amicus à senatu, quod socius,  
Quod munera missa amplissima. Hac res sanè, & paucis  
contigit,

Et à Romanis consueuit tribui, non nisi pro maximis  
Hominum officijs. Tu, cum neq; causam postulandi, neq;  
aditum

Haberet iustum, liberalitate ac beneficio meo,  
Senatus q; hæc es consecutus præmia. Sed reor tamen  
Clam te non esse, quām veteres, & quām iusta causa siens  
Necessitudinis perantique nobis, & Aeduis:  
Quæ item senatus consulta, quoties, quām q; in eos facta  
sint

Honorifica: Præterea, ut omni tempore tenuerint Aedui

Totius principatum Galliae: prius etiam, quam fidem  
 Et amicitiam nostram appetissent. Populo Romano sua  
 Consuetudo est, ut socios atq; amicos non tantum sui  
 Nihil deperdere velint, sed dignitate, honore, gratia,  
 Esse auctiores. Quod verò ad amicitiam Romani populi  
 Secum attalisset, id ijs eripi quis aquo perpeti  
 Posset animo? Quare eadem, quæ dederam legatis antea  
 In mandatis, iterum atq; iterum à te postulo: ne aut Aeduis  
 Aut eorum sociis inferas bellum: obsides reddas: domum,  
 Si nullam Germanorum partem possis iam remittere:  
 At ne quos patiaris transire Rhenum posthac amplius.  
**Ar.** Non ego mea sponte, sed à Gallis accersitus, & diu  
 Rogatus, Rhenum transij, nec sine magna spe, & præmij  
 Magnis, domum, propinquosq; reliqui: sedes in Gallia  
 Habeo, ab ipsis concessas: obsides voluntate insuper  
 Eorundem datos: stipendium belli iure capio:  
Quod consueueré victis, ut scis victores imponere.  
 Neg, ego Gallis, sed Galli nuper fecerunt bellum mihi,  
 Omnesq; ciuitates Galliae, ad me oppugnandum in aciem  
 Venerunt: ac contra me castra habuere: sed omnes copiæ  
 Vno ab me prælio fusa, ac superata sunt. Quod si volunt  
 Iterum experiri fortunam, paratus sum contendere:  
 Sin malunt pacem, iniquum esse recusare de stipendio  
 Reor: quod ad tempus voluntate hoc dependerunt sua.  
 Amicitiam populi Romani, præsidio & ornamento mihi,  
 Non detimento, oportet esse. Nam hoc ea spe petieram.  
Quod si per populum Romanum remittatur stipendium,  
 Et deditijs subtrahantur: non minus libenter hanc  
 Populi Romani amicitiam recusabo, quam appetieram.  
Quod multitudinem Germanorum traduco in Galliam:

Id

Id causa muniendi mei, non oppugnanda Galliae  
 Facio : Cuius rei testimonium est, quod non veni, nisi  
 Rogatus : & quod hic bellum non intuli, sed propuli.  
 Nam prius in Galliam veni, quam tu, & Romanus popula  
 Nunquam ante tempus hoc populi Romani exercitus, fuit  
 Egressus Galliae prouinciae finibus. Ecquid igitur  
 Tandem yis tibi ? Quid in has possessiones tu Germanicas  
 Venis ? Mea est hac Gallia : meis p̄ta mihi victorijs,  
 Sicut vestra est, illa altera, ut concedi non debet mihi,  
 Si in vestros fines impetum faciam : Sic estis vos item  
 Periniqui, quod me interpellatis in iure meo bellico.  
 Quod ex Senatus consulo Aeduos amicos praedicas,  
 Appellatos : non sum tam barbarus, nec rerum tam rudis,  
 Ut non sciam, neq; nuper bello Allobrogū proximo, Aeduos  
 Romanis auxilium tulisse, neq; ipsos in grauiissimis  
 Contentionibus, quas iam diu tecum & cum Sequanis  
 Habent, auxilio populi Romani usos. Suspicarier  
 Possam, simulata amicitia, quod in his locis exercitus  
 Habet, habere te mei opprimendi causa. Quod nisi  
 Decedis, aut exercitum deducis ex hac Gallia,  
 Ego non pro amico, sed pro hoste te habiturus sum. Quo-  
     niam scio,  
 Si te interfecero, multis me nobilibus & proceribus  
 Populi Romani rem gratam esse facturum. Hoc adeò ab ijs  
 Per eorum nuncios compertum habeo. Quorum sane omnia  
 Amicitiam atque gratiam, morte tua possum redimere.  
 Quod si discesseris, atq; huius possessionem Galliae  
 Mihi liberam transdideris, magno ego viciissim te pre-  
 mio

*Remunerabo: & quacunq; volucris bella geri in his locis,  
Omnia confecta dabo, sine labore omni, sine periculo.*

*Ca. Et si multa proterue in me dixisti, & petulanter admodum,*

*Ariouiste, tamen ut respondeam ad singula, nihil est opus.*

*Nam plura sunt, quae me hortantur, quare capto negotio*

*Nec possum, nec velim desistere. Neque enim potius tuam,*

*Quam nostram iudico Galliam. Bello superat scilicet*

*Ruteni, & Aruerni, nunc olim à Quinto Fabio Maximo:*

*Quibus populus ignouit, neque rededit in prouinciam,*

*Neg, imposuit stipendium. Quod si quodq; antiquissimum*

*Tempus spectari oportet: populi Romani iussissimum*

*In Gallia est imperium. Si Senatus iudicium probè*

*Seruari oportet, libera debet omnino esse Gallia:*

*Suis quam bello victam Roma voluit uti legibus.*

*Sed hoc quid est rei? quid hoc tumultus? video accedere*

*Propius hunc tumulum, equites tuos, Ariouiste. Ar. abeo.*

*Ca. Siccine*

*Conuentum inter nos? Nam ad nos trahit adequant: lapi-*  
*des, telaq;*

*In nos trahit coniuncti. Ego ad meos me recipio protinus.*

*Omittite hos: manum abstinete: neg, telum ullum reijcite.*

*Nam quanquam sine periculo committi posse prælium*

*Video: tamen hoc committendum non reor, ut pulsis hostibus*

*Dici possit, eos in colloquio circumuentos per fidem.*

*Sequimini me ocyus hac legionis decima legionarij.*

*Placet enim non morando tempus terere, nec cunctarier:*

*Sed sublata mora, movere castra, & in hostem pergere.*

*Nam dubium non est mihi, si sit relatum in vulgus militum.*

*Quanta Ariouistus in colloquio usus sit arrogantiâ:*

*Vt qui*

*Vt qui Romanis perfide interdixit omni Galliā:  
Vt quod, equites eius fecerint in nostros improvisum impetum:  
Vt quod, hæc res colloquium diremerit: non dubium, inquam,  
michi est,  
Quin maior alacritas, maiusque, pugnandi studium, animis  
Queat inyci militum, & exercitus. Sequimini hâc alary.*

## ACTVS V. SCENA II.

Ariouistus, Nasua.

**E**x prompto consilio mibi opus est, Nasua. Septenarij  
Iambic.  
Na. Imò auxilio potius. nam quantum intelligo,  
Proto Gallis dimicabit Cesar & Aeduis.  
Ar. Sic dixerat, arma interminatus Teutonis.  
Na. Hacne illa amicitia, hacne societas tua est  
Cum populo Romano, Ariouiste? Ar. Scilicet.  
Na. Vah differor iracundia, cùm hec audio.  
Tantámne leuitatem cadere in quenquam Duce?  
Ar. Ego legatos iterum dimisi ad Cesarem.  
Na. Quo consilio? Ar. Qui significant me velle de  
Rebus, quæ agi inter nos cepta sint quidem,  
Nongo, perfectæ, cum ipso agere: rogare me, ut iterum  
Diem constituat colloquio: aut si isthuc minus  
Velit, ex suis legatis huc mittat aliquem,  
Quo cum deliverem. Na. prob summe Iupiter,  
Saturns ne sanus es, qui hoc facias? Ar. Sic satis.  
Na. At manifestum timoris signum hosti dabis.  
Ar. Propono vim fortuna ob oculos Nasua,  
Martemque, velli communem. Non squam minus  
Quam in bello eventus responde: Na. quid postea?

Ll 3

Ar. Si pace data, iam habere possum, quod volo:  
 Cur prælio vincam? cur quatuordecim  
 Annorum successus bonos in unius  
 Horæ discrimen committam? Na. Non suasero.  
 Ar. Simul parta, ac sperata decora horæ unius  
 Fortuna cuertere potest. Na. Proh hominum fidem  
 Quæ hæc tam subito facta animi mutatio?  
 Ar. Incerta casuum non temerè pensitat,  
 Quem fortuna immutata nunquam decipit.  
 Na. Tot urbibus Gallo ereptis, tot prælys  
 Feliciter confectis, adeóne trepidas?  
 Ar. Fortuna maxima minimè credi velim:  
 Non eadem semper affulget. Na. Hominum fidem:  
 Tot habemus equites, tot pedites, tot agmina  
 Tribocum, Nemetum, Vangionum, tot Teutonas,  
 Qui Cepionem, qui Scaurum deuicimus,  
 An metuamus aliquid nobis à Cesare?  
 Periculum effugit, quisquis contemserit;  
 Timidum & fugacem queng, mors sequitur virum.  
 Ar. His spiritus magni magis sunt, quam utiles.  
 Na. Neq, honesta nobis pax, neq, necessaria,  
 Qui firmiores, quam illi, habemus copias.  
 Ar. Facies hominis, facies leonis, Nasua,  
 Vtring, ferrum, utring, humana corpora.  
 Na. Nimirum timidus repente fortis factus es.  
 Ar. Acta magis reprehendi possunt, quam corrigi.  
 Na. Si sic sententia est, abiucero. Ar. mane.  
 Na. Quid maneam, ubi nec mei, nec meorum usus est?  
 Ar. Sane si fuit unquam ante hac, erit hodie.  
 Nam legatis meis, quos misi ad Cesarem.

De

De colloquio, aut de legatis ad me illius,  
 Volo hostem distinere: ne nos obruat  
 Improvisos. Nam prater castra Cesaris,  
 Nostras traducam copias, & ultra eum  
 Castra faciam, ut frumento, & comeatibus,  
 Qui ex Sequaniis supportentur, & ex Aeduis,  
 Properè eum, nec opinantem intercludam. Nā. Placer.  
 Ar. Nunc tu celeriter te ad ripam Rheni refer:  
 Et explicat as acie legiones tuas,  
 In hunc locum tecum adducito. Nā. curabitur.  
 Ar. Vt hostem aggrediamur coniunctis viribus.  
 Nā. Eo: Neq; enim prius quieuero, quam tibi  
 Triumphum, opes, victoriam mecum afferam.  
 Ar. Dij te mihi afferuent, in columnamq; referant.

## ACTVS V. SCENA III.

Titius, Procilius, Ariouistus.

Senarij  
Lambici,
 O Bsecro te, mi Procili, quidnam spesi tibi est,  
 De isthac legatione, qua iam fungimur?  
 Pr. Infecta pace ex colloquio sese ad suos  
 Cesar recepit: frustra verbis dictitans  
 Rem tentatam: armis decernendam clamitans:  
 Eam fortunam habendam, quam dederit Deus.  
 Itaq; utring; mouent castra: Anceps spes & metus  
 Animum miscent. Ar. Quinam isti sunt stratotici  
 Togati, quos procul hūc adire conspicor?  
 Ti. Mibi contemplati Gallorum istas copias:  
 Et hostium vires dum mecum pensito:  
 Simul lata, simul obuersantur tristia.

Pr. Primum recusatum ab eo colloquium fuit:  
 Postquam dein inopinato aduentu Cæsarū,  
 Ferocia barbari hominis fracta non nihil,  
 Mox ultrò, quod recusauerat, efflagitat.  
 Paulò antè Romanos superbè, & Cæsarem  
 Superciliosè contempsit: Nunc pœnitens  
 Facti, colloquium institui denuò cupit.  
Quis Vertumnus, quis Proteus ita mutabilis?

Ar. Procedam his obviam. Ti. Polypimentem obtinet.

Pr. Tace lupus est in ipsa fabula Titi.

Ar. Quinam vos estis, aut quid huc contenditis?

Vtrum speculandi causa? Pr. Nomine Cæsarū.

Legati adsumus: ut quæ dicas, quid Cæsarem

Velis, cognoscamus, & ad eum maturimè,

Referamus. Ar. Exploratores estis, nihil

A Cæsare literarum? Pr. Mandata ferimus.

Ar. Lorarij, Satellites comprehendite hos

Pro speculatoribus, in catenas ocyus

Conjcite. Ti. obsecro, ne sœui in nos innoxios,

Sine nos causam dicere pro nobis. Ar. Non sino.

Ti. Per dexteram te oro, quam tu hospes hospiti

Dedisti. Ar. Frustra oras. Pr. Violas ius gentium,

Ar. Nihil interest. Pr. Malires exempli, hospites

Legatos Romanos de nihilo corripi.

Ar. Afferuate manicis: pedicis constringite.

## ACTVS V. SCENA. IIII.

Ariouistus:

Vos

**V**os reliqui, intra munitiones, & castra hac, consi- Octonary  
stite. (tur longius, lambici.  
 Quisq; locum, quem cepit, teneat, neq; progredia-  
 Ac ne laceſſiti quidem procurrите. Centenarij  
 Pagorum delectos omni ex iuuentute habeant singulos  
 Pedites, apta velocitate ad equeſtrem pugnam: eos  
 Locent ante aciem, & ſolito de curſu nauiter exerceant:  
 Ita iunctis orbibus, ut nemo fit posterior ex omnibus.  
 Ego fatidicam ſacerdotem Albriniam in hoc luco conſulā:  
 Ne forte inauſpicio Marte committam hodie prælium.  
 Diuina mulier eft: qua inspectis & notatis amnium  
 Verticibus, & gyris riuorum, res futuras praecinit:  
 Hec auium nouit modulatus, volucrumq; cantica,  
 Hec fortes nouit: hac equorum monitus ac praefagia  
 Scit experiri, & hinnitus, certosq; obſeruare fremitus.  
 Nec vlli maior auſpicio fides. Ibo intrò, ut dixeram.

## ACTVS V. SCENA V.

Thrasymachus, Lydus.

**D**ij, Deaq; omnes hunc peſſimiſ exemplis perduint, Septenarij  
 Qui mihi dormienti ſuffuratus eſt cum pallio Trochaici  
 Pileum, & macharam. Capitis perdam hominem, ſi  
 inuenero.

Non enim mediocri incedo iratus iracundia,  
 Sed capſe illa, qua ſoleo excidium vietiſ facere oppidiſ.  
 Yerūm tamen hoc lator, quod vacuam crumenam repperit,  
 Nam quod reliquum fuerat de ſtipendio, prior abſtulit  
 Tusnelda, alea potita praefigni victoria,  
 Felicem & cautum me, qui furi ita furtum preuenerim.  
 Sed quid agam? Caſar mouere signa iuſſit, milites

Ll 5

Conuocat, tubæsonant: Ego neq; noui tesseram,  
 Neg; paludatus, neg; clypearus sum. Nisi quid à Lydo mihi  
 Restat, oppidò perij. Nam inermem expunget Centurio:  
 Aut cum ignominia exarmatum, atq; exaucloratum domū  
 Dimittet. Verum ipse egreditur: quid rei est? motat caput.

Ly. Per spicacibus eum oculis oportet esse, militem  
 Qui cupit videre pium, ac probum. Nam cæcus hic ego  
 Sum, meosq; sumus exèdit oculos penitissime.

Th. Pol haud erras. Ly. Ibi fas, ibi ius esse dicunt, maxima  
 Vbi sit merces. Th. Idem & ego arbitror. Ly. Vis nunc  
 facta est ius:

Ius factum est vis. Nam legionibus agitur nunc, non legibus,  
 Hasta non iusto, lacertis, non chartis. Th. planissime.

Ly. Qui paternas & maternas res concoxerunt domis:  
 Qui cades perpetrarunt, qui incestus, qui parricidia:  
 Hi nunc condemnantur ad militiam: Quasi verò turpissima  
 Sceler a honestis expientur nominibus. Th. sic seculum est.  
 Ly. Et quis istiusmodi efferos cyclopas puniat?

Num qui ipse immersus vitis volutatur fœdissimis?

Th. Secū habitanto isti. Ly. Nunc autē pœnis deficientibus  
 Accrescunt flagitia. Nam deteriores omnes sumus  
 Per licentiam. Th. Huius ego rei de me exemplum capio.

Ly Itaq; ius & fas putant, negotiatorem oburum  
 Exonerare pecunia: neg; hoc modo, sed infuper  
 Quod Germanis vfit at un dicitant, prædas agunt,

Ex rapto viuunt. Neque iam latrocinia habent infamiam.

Nam desidie minuendæ causa isthec fieri prædicant,

Et propter iuuuentutē exercendam. Th. Sic est per louem.

Ly. Tum quoties ad aleam, & scortationes deficit

Argentum, mox confugitur ad belli titulum: & hostis est,

Qui quis

**Q**uisquis habet, quod siet ad prædā idoneum. Th. videlicet.

**L**y. Casar optimè mereatur de rebus mortalium,

**S**i hos Centauros exauctioratos redigat in ordinem.

**T**h. Tum pol non bene agetur cum Ibrasmacho: Dū cali-  
tes

**O**men hoc procul auertant. Ly. **Q**uis hīc loquitur? qd hoc?

**V**nde tu iam proripis? Th. Ex hoc angulo: quò clanculum

**M**e receperam, ut edormiscerem, quod biberam hīc antea.

**L**y. Sat ne commode dormisti? Th. Vah. Ly. quid vah?

Th. Neg, pallium

**E**s, neg, pileum. Ly. At nobis neg, dormiendi tempus est,

**N**eg, sic oscitandi, Nam momentus ferè singulis

**C**astra mutantur; cur tu stertis? qua hæc oscitantia?

Th. Eheu pallium quod amisi infelix cum pileo

**D**ormiens. Ly. Tusnelda habeto gratiam meretriculae.

Th. Vbi romphæa mea altera oblonga? Ly. Intus mæsta  
desidet.

**L**amentatur, quia se pridem feriatam non geras.

Th. Armaturam quoſo tuam mihi, Lyde, accommoda.

**N**e solus veniā inermis in hoc prælium. Ly. Quid postulas?

Th. Galeam, scutum, lanceā, pilum, gladium, zonam tuā.

Ly. At metuo, ne splendeat sat is. Th. Satis: quin das modū.

Ly. Vtrūmne leuem armaturam poscis, an grauem?

Th. Imò leuem,

Nam leuis armatura sum miles. Ly. certè leuisimæ.

Heus Cylinder, effer hūc clypeum meum, buic ut applicem:

Tum macheram, loricam, verutum, humerale, balceum;

Exornabo ego te basilicè. Th. Saluare redditur tibi.

Ly. Ita quidem spero: neq, enim tu primipilus nunc eris!

Neg, te Casar, si sapit, vlli militia præfulciet.

Hæc

Hac lorica oculorum præstringes aciem, in acie hostibus.

Th. Nimiſ est vñcta. Ly. At cuius per facile resistet ictui.  
Nam, crede mihi, experto, nec a tapula quidem tranfuer-  
beret.

Hac galea ecquid ornatum, Ibrisymache, lepidè condeco-  
rat tuum. (cei.

Th. Vah, quid hac crista? Ly. Tota est tibi cauda gallina-  
Vah præclarus ad legionem bellator. Th. videlicet.

Ly. Hac machera ut addecet. Th. Per quam stratioticè  
decet. (edidi:

Ly. Hac ego multum effudi sanguinis, multam stragem  
Hac decem Gallos, decem Germanos uno iectu simul

Occides. Th. Quid ni? Ly. Germanos gallos gallinaceos.  
Tum hac zona, ut graphicè decet? Th. Suffera videtur

larido, (teus.

Nam præpinguis admodum est. Ly. Martis credetur bal-  
Th. Imò Bacchi, aut alicuius Potitij, aut Pinary.

Ly. Hac claua Herculis. Th. Tuditcula pultaria scilicet.  
Sed hoc (millia.

Quid agam cum telo? Ly. Hoc ego transfixi Gallorum  
Hoc eodem uteris propilo. Th. Propilo? Ly. scilicet.

Th. Lyde, Lyde. Ly. quid est? Th. cedamus intrò quam li-  
cet, ocyus.

Ly. Quid ita? Th. Cæsar huc it, ne nos astitisse sentiat.  
Alias inhabitabimus nos ambo carcerem. Ly. Amoue  
Te intrò miles centuriate in expuncto manipulo: vñncis  
Ornande armis: feci ego, ne mihi impunè hodiè illuseris.

## ACTVS V. SCENA VI.

Labienus, Cæsar.

Ofaci-

**O**Facinus indignum. Ca. Sic est. La. quod nomen apud omnes populos Omnesq; nationes sanctum, inuiolatumq; semper habitum est,

Legatos ab eo detineri, coniectos in vincula? (culo)

Ca. Ego legatum ex nostris ad eum, non sine magno peri-  
missurum, & hominibus feris obiecturum cum cernerem:

Visum est mihi commodissimum, M. Valerium Procilium,  
Propter fidem propterq; lingua Gallica scientiam,

Et Marcum Titum, qui Ariouisti usus fuit hospitio, ad eum  
Mittere. La. Sed ambos in catenas coniecit homo barbarus?

Ca. Videlicet. La. At tantamne inultam ferre contumeliam?

Ca. Haudquaquam. Nam idcirco prolatu huc castris, ut  
aspici,

Iam quinq; continuos dies pro castris copias meas  
Produxi: ex aciem instructam habeo: ut si velit hostis modo  
prælio

Contendere, ei potest: nusquam defit. Verum intelligo,  
Adhuc tenere se castris. La. At equestris prælio tamen  
Contendit hic quotidie. Ca. Quo prælio? La. Pugna est ge-  
nus,

Quo se Germani exercent. Ca. Quomodo? La. sex equi-  
tum millia,

Totidem sibi deligunt fortissimos ex velocissimos  
Pedites, salutis causa. singuli ex omni grege singulos.  
His cum versantur in istis præliis: ad hos se recipiunt  
Equites: hi, si quid durius sit, concurrunt: si vulnera  
Grauiori accepto decidant equus, circumfistunt eos.  
Si prodeundum longius, aut recipiendum sit celerius,  
Tanta est exercitatione horum celeritas, ut iubis

Equo-

Equorum subleuati, cursum adquent. Cæ. Sed pugnatum  
men (sar est,

Nobiscum decertare recusat. La. Atq; hoc ipsum, Cæ.  
Quod maximoperè miror. Nam quingentos passus circiter  
Ultra ipsos confedimus: ac delecto castris idoneo  
Loco, acieq; triplici instructa, primam & secundam aciem  
In armis esse, tertiam munire castra iussimus.

Quibus munitis, legiones duas, ut scis, reliquimus,  
Cū parte auxiliorū: reliquas quatuor in castra reduximus  
Maiora: tum è castris vtrisq; copias duximus,  
Et acie instructa pugnandi potestatem hosti fecimus.

Verūm, ybi ne tū quidē prodire eos velle animaduertimus:  
Circa meridiem omnes copias in castra reduximus.

Tum demum Ariouistus suarum copiarum manipulos  
Aliquot, qui castra minora oppugnarent, misit. Cæ. Sanè  
acriter

Vtrīng; pugnatum est ad vesperam vſq; occasum deniq;  
Solis, Ariouistus copias suas multis & redditis  
Et acceptis vulnerib; in castra reduxit. La. Sed prælio  
Cur iā abstinent? Cæ. Huius rei causam è captiuis reperio.  
La. Quam obsecro? Cæ. Dicunt, Germanis esse consuetu-  
dinem,

Vt matres familiās earum vaticinationibus,  
Et sortibus declarent, vt rūmne sit ex vſu, prælium  
Committere, an secus: easq; ita dicere, genti non esse fas  
Superare armis, si ante nouam lunam contendissent prælio.  
La. Eadem hæc supersticio olim quoq; Lacedæmonum gen-  
ti fuit.

Cæ. Vtut sit, ego Paulū imitabor Macedonicum. La. Dic  
quomodo?

Cæ. Luna

**Cæ.** Luna nascenti aliquot Germanorū millia pro victima  
Nunc immolabo, sicut deficiente ille vndecim boues.  
Nam rectè Sulpitius vocato in concionem milite,  
Pronunciauit, ne quis pro partento acciperet credulus:  
Quod naturali ordine, statis temporibus: & sciri antea,  
Et prædicti posset. Nam quia certi Solis Lunaq; sunt  
Ortus & occasus: nunc orbe pleno, nunc cornu emicat -  
Exiguo. Itaq; ne obscurari quidem, cum conditnr, trahit  
In prodigium debet: ut aiebat Sulpitius doctissimus.  
**La.** At ego Periclis exemplum sequar. **Cæ.** quomodo?

**La.** sicut oculis

Ille attoniti nautæ vestem obiecit: ne Solis lumine  
Obscurato animum desponderet: Sic ego humeris militum  
Apponam clypeos, ne quid à noua hac Luna timeant malis.  
Nam satius est multo, configere cum torpentibus ocio,  
Quam tempora illorū expectando, desidere. **Cæ.** videlicet.  
Territum adhuc hostem præstat opprimere, & mentis vix  
compotem,

Quam sese colligendi tempus attonito concedere.

Neg; enim dubito, quin omen hoc Germanis auspicio malo  
Futurum sit. Sicut Macedonum olim regno exitium suum  
Non Luna, sed mens occacata pauoribus secum attulit.

**La.** Quin ergo mox aciem rursum instruimus atq; ad castra  
hostium

Accedimus. **Cæ.** fiat: vos centuriones & tribuni militum  
Educite huc è castris copias: vt illicet instruam.

## ACTVS V. SCENA VII.

Ariouistus, Cæsar.

**V**Ideo admoueri proprius castris, ac proprius hostiū acies:  
Cui nisi resistam, nos intra munitio[n]es oppriment.  
Mili

*Mibi quidem prælium dissuadet Albrinia: nec Nasua  
 Redit cum Sueicis auxilijs: incertus sum, quid agam.  
 Cæ. Vos legionarij legionis decima, mihi præatoria  
 Cohors eritis: tu Diuertiace, in prima acie duc Aeduos:  
 Vos Aruerni, atq; Allobroges dextrum cornu explebitis:  
 Valemus Legionariorum multitidine militum, (minus  
 Pro isthac numero hostium. Ar. Prob Sol, prob Luna: quid  
     hoc rei obsecro:  
 Aciem hic suam instruit? quid sto? Cæ. ad speciem  
 Utendum mibi alarijs: adeste Leuci, et stationem hanc tue-  
 Vos pila Romani, vos Galli gesa, primo iactui (minus:  
 Protensa habete: sicut ratio militaris postulat.  
 Hic funditores: hic cetrati milites, consistite.  
 Tu. Labiene finistro cornu præsto: tu Crasse equitatur:  
 Cumq; expeditior sis, quam qui in ipsa versantur acie:  
 Si quis erit casus, aciem tertiam mitte laborantibus  
 Nostris subfido: Tu Nouissimum duc agmen Considi:  
 Et ne ab latere, né ue ab tergo perrumpant ordines, caue.  
 Si aut carptim aggrediendo nos circumagere, aut confusa  
 Voluerint implicare, tum sensim laxate manipulos. (strue  
 Cum primis ut phalangem dissipatis, in hoc contendite.  
 Nulla euidentior causa fuerit, quam isthac, victoria.  
 Ego singulis legionibus legatos addam singulos,  
 Cum questore: ut eos testes habeat quisquis virtutis sue.  
 Ar. Nunc in cuneos & turmas, contra me omnes affistitez  
 Et quæres præcipuum incitamentum esse fortitudinis  
 Solet, ne fortuita cuneorum sit congregatio,  
 Generatim consistite: ut è familijs & propinquitatibus  
 Posint cunei constitui. Vos Treboce huc cum lanceis  
 Majoribus, vos Marcomanni cum catenjs hunc locum*

Tene-

Tenete: Hoc Nemetes inter uallū: istud Vangiones impleant:  
 Stationem habete banc vos Sueci, cum franeis: vos Sedusij  
 Cuneum hunc seruare cum verutis: vos Harudes catari,  
 Missilia docti spargere, obvertite frontem fronti hostium.  
 In primis ne phalanx disyiciatur, erit vestra cautio.  
 Nam conferta, hastisq; horrentes vires sunt intolerabiles.  
 Quid tu inter Harudes Marcomāne? quid tu inter Sedusios?  
 Quid respectas? illic sunt hostes, non a tergo surciser.  
 Nunc omnē acier hedis & carris circumdabo: ne qua in fuga  
 Spes militi relinquatur: eoq; imponam mulieres:  
 Qua in praliū ituros, passis manibus flentes orent, flagitent,  
 Ne in seruitutem se tradant Romanis: hi Sanctissimi  
 Testes sunt, hi bellatori sunt laudatores maximi.  
**Ca.** Confectis omnibus, nihil aliud restat, quam ut militem  
 Oratione ad virtutem, & alacritatem pugnandi incitem.  
 Si, quem ex Ariouisti iniurijs accepimus, iustus dolor  
 Non indueret arma nobis, milites, iam pluribus  
 Verbis mihi ad vos utendum putarem: Nam quibus minis  
 Omni interdixerit ille nobis Gallia: quam atrocibus  
 Dar:nis multāris Aeduos, propinquos & fratres populi  
 Romani: quam superbè amicitiam nostram conteaserit:  
 Quis omnium est, in hoc exercitu, qui non rescuerit?  
 Nullum mihi priuatum intercedit, cum Rege hoc negotium.  
 Quicquid sumus loeuti: quicquid ègimus: quicquid ab eo  
 Responsi tulimus milites, id interest nostrum omnium.  
 Laceſitos nos esse, Dij testes sunt: qui belli exitum,  
 Secundum ius fasq; dabunt. Nam præter spem nostram per-  
     fidus  
 Repente est hostis ex amico: at que è socio adversarius.  
 Nos qui patriā, qui amicos, qui socios defendere cupimus,

Mm

Mature occurrentū censemus barbaris: ne quem Imperium  
 In nostros fines faciant: satisq; omnino fore duximus:  
 Si bellum in ipsorum terris geramus, quām provincie  
 Illatum ab ipsis, propulsimus. Nam recordor milites,  
 Neminem eorum, qui exactis temporibus invasere Italiam  
 Prius ab iniurijs cessasse, quām bellum eorum finibus  
 A nostris esset illatum. Nec Epirotæ nos prius  
 Armis laceſſere desierunt, quām Latini in Graciam  
 Transmiserunt: neq; Philippus, Italicum, qui iam agebat  
 animo

Bellum, antē quieuit quām Romani invaserunt Macedoniā:  
 Neg; Perseus ille, neq; Antiochus, neq; Mithridates Ponticus,  
 Finem fecere prius iniurijs, quām nostri in limites  
 Illorum hostilibus armis irruperunt. Ac ne persequar  
 Alia, Chartaginenses, ante quam à nobis in Africa  
 Quicquam hostile experti essent, traiecerunt ultrò in Italia:  
 Vastarunt regionem: diripuerunt urbes: ac parum abfuit,  
 Quin ipsam Romanam caperent: Ut verò primum nostri duces  
 Arma sua in ipsos converterunt, nullum interea Punicum  
 In Italia bellum experti sumus. Quid hos ipsos loquar  
 Gallos Celtásque. Quandiu enim Romani iuxta Alpes Ita-  
 licas

Se continuerunt: Galli eas transcederunt multoties.  
 At postquam ausi sumus aliquando arma extra fines patriæ  
 Efferre: eosq; bello adoriri, & partem aliquam terræ sua  
 Ademimus: nullum hostem in Italia videmus Gallicum.  
 Ar. Disposui in acie nunc omnia, non ut volui, sed ut potui:  
 Restat ut oratione mea animos confirmem militum.  
 Si, quē animū Samagetobriæ habuisti in bello cōtra Aeduos  
 Et Sequanos, eundem in hoc prælio habueritis, vicimus.

Neg;

Neq; enim alios terra Aeduos, aut Sequanos repente iam  
 Per quatuordecim annos edidit: Sed idem sunt, suos  
 Qui nobis obsides dedere, & quorum urbes inuasimus:  
 Neg; hi Romani: qui violato amicitia iure ac fide,  
 Nobis bellum inferunt, meliores sunt, quam quos in finibus  
 Suis maiores nostri armis vicere, Cimbri & Teutones.  
 Rhenum & Germaniae Deos, do testes vobis, milites,  
 Cum foederum ruptoribus Aeduis pugnam hanc capessere.  
 Id quod belli euentus, velut aequus arbiter, satis arguet.  
 Nolite igitur committere, ut quas urbes bello vicimus,  
 Bello amittamus, aut qui prius intulimus bellum Gallie  
 In ipsorum met finibus, ab ijs, nunc in nostris male  
 Premamur. Non minoris est animi, res partas tuerier,  
 Quam querere novas. Nam cur nos tandem tot pertulimus  
 niues,  
 Tot flumina superauimus nando, tot montium iuga  
 Transcurrimus ascensi: si alijs nostris fruantur victorijs?  
 Neg; enim iam de possessione Sequani his est agri:  
 Sed dimicandum nobis est pro Rheno, pro Germania.  
 Nec est alijs a tergo exercitus: qui, nisi nos vincimus,  
 Obsistat hosti: hic nobis obstandum, Germani milites.  
 Ca. Ariouistus, quantuscunq; ignavis timidiq; videret  
 Potest: si quid mihi creditis, homo vecors est, effrus,  
 Amens: pauore nostro, quam virtute sua felicior.  
 Nec nunc ille, quia audet, sed quia necesse est, in pugna venit  
 Ar. Neg; verò est, quod clades Helvetiorū quenquam ter-  
 reat.  
 Sua illis obstitit victoria, dum incanti Ararim transeunt  
 Agmine disiuncto, incuriosis vigilijs,rupto ordine.  
 Fortuna, qua necessitatem pugnandi imponit, eadem

*Præmia etiam proponit amplissima nobis victoribus.*

*Cæ. Cum bestijs feri res est, quas captas, atque vinculis  
Iuclusas, quando earum natura haud potest, vel longior  
Commitigat dies, vel magnitudo supplicij, & metus*

*Pœnaru:n. Nam ubi iuris reverentia excessit animis:*

*Et ubi summa imis miscentur: vi, pœnis, armis est opus,*

*Vt rim repellamus. Neque vos barditus eorum terreat,*

*Nam barbari, quo plus terroris afferant, clamoribus*

*Sublati, omnia misere solent. Vox occidit neminem.*

*Quid? quod maiori parte corporis nudi, sagulo induiti*

*In pugnam venient: paucis lorica, vix uni aut alteri*

*Cæsis erit, aut galea. Ar. Quid, quod plana omnia hic &*

*prona sunt?*

*Nullæ hic angustiae: nulla fauces: in ipso limine*

*Victoriæ stamus, multum nos & proceritas corporum,*

*Et armorum leuitas iuuabit: Tum si quis casus fiet,*

*Notæ paludes, nobis usui, perniciose hostibus.*

*Cæ. Perpendite iam, quo quisq; vestrum vultu, si referatis  
hinc pedem,*

*Domi occursum: non ijs militibus, qui Sertorium*

*Cinnamque vicere: sed ijs, qui hos ipsos nuper Teutones,*

*Pecorum modo fugientes, per saltus conjectari invios,*

*Occidere? An vos Cæarem Mario peiore creditis?*

*Ar. Postremò hic unusquisque nō corpus suum: sed coniuge*

*Ac liberos protegere putet: nec curas solummodo agit et*

*Domesticas, sed cogitet nostras manus patriam intuerier.*

*Cæ. Sed quid memores frustra moneo? ultione opus est non  
prælio.*

*Ite, ruite, & victum hostem perfidumq; armis excindite.*

*Tergo fugientum vulnera inferete, fugā animis: tūq; tubicē.*

*Ar.*

**A.** Quod si ultimo à dedecore nomen vindicare Teutonum  
 Vultis: agite sonitu armorum, & tripudij signum date,  
 Celeriter procurrите: ut in nos coniungiendi pila spatum  
 Ne detur hostibus: Gladijs pugnate cum hoste continuo:  
 Facite phalangem, tollite barditum, ruite, fundite, agite.  
**C.** Tutubicen, da pugna signum tuba oxyus: cane classicū.

## ACTVS V. SCENA VIII.

Cæsar, Procilius, Titius.

**H**ostem fugientem persequimini, consecuti occidite,  
 Neg, viribus confisi, amnē Rhenum transnare finite:  
 Neu lintribus iunctis, salutem sibi petant, operam  
 date.

Hac milites Germani pugna est, quam poposcisti hodie:  
 Quis homo? quis Deus est, quem positis accusare barbari?  
 Vesta haec temeri: as; vestra haec est audacia? quid carra re-  
 trò,

Quid vallum spectatis? nisi victorem haec recipiunt nemine.  
 Quid hoc raptores: que trahitis vincitū? Pr. O Cæsar obsecro  
 Fer opem. Nam te mihi opportunitas ipsa obtulit hodie.

**C.** Proh Iuppiter seruas me: videon' Procilium? certè  
 ipius est.

Quid cesso visunima ipsum eripere de manu hostiū? hem tibi:  
 Hem, sic datur, si quis legatos violat: hem tibi, hem viden',  
 Ut diffugiant: Sequimini legionarij, comprehendite,  
 Occidite: vos sa: ellites hunc vinculis exoluite.

Pr. Cæsar, quād fortunatus hic illuxit hodie mihi dies?

**C.** Et mihi multo omnium fortunatissimus. Nam mi-  
 hi velim

Credas, mi Procili: non minorem haec res voluptatem mihi,

Quam victoria fert ipsa: quod familiarem, quod hospitem.  
 Meum, mihi restitutum video, & erexit manu hostium.  
 Pr. Nescis, ah Nescis tu, Cæsar, quibus fuerim in periculis.  
 Ca. Quid nesciam? qui te scio, fuisse inter barbaras, feras,  
 Immanes bestias? Pr. Ter, me præsente, de me sortibus  
 Consultum fuit, utrum statim necarer igni, an in aliud  
 Tempus reseruarer. Ca. Quo pacto? Pr. vili virgulto  
 mea (vis mihi,

Vita omnis pendebat. Ca. Dic quomodo? Pr. si auscultare  
 Dicam tibi. Ca. Volo euidem, quin dicis. Pr. virginam fru-  
 gifer ærbori  
 Decisam in surculos isti amputare, & discretos notis  
 Quibusdam, super albam vestem temere ac fortuitò spar-  
 gere

Solent: Tum si sacerdos consulatur publicè, Deos.  
 Precatus, ac cœlum suspiciens, attollit ter singulos:  
 Et sublatos secundum inscriptam interpretatur literam,  
 Prout nunc fors ceciderit, de vita consultant, & de nece.  
 Ca. At quomodo tu evasisti liber? Pr. Sortium beneficio  
 Incolumis sum. Adeo in precipiti stetit vita, & fatum  
 meum.

Ca. Tua calamitate nihil quicquam de voluptate hac  
 mea

Et gratulatione deminuit fortuna. Pr. Gaudeo;  
 Et incolumitatem meam tibi esse gratam, gratias  
 Ago. Sed ô spem Cæsar insperatam. Ca. quid rei, aut spei est?  
 Pr. Titium reduci video. Ca. Vbinam? Pr. recta hic re-  
 ducitur via.

Ti. Di magni, ut ego letus sum, ut letitia differor & gau-  
 dia,

Quod

*Quod hostibus vicit, triumphat Cæsar, milites ouant.  
Nam hoc nisi sic esset, vitam ego meam cassa nuce non redi-  
merem.*

*Sed videoen Cæsarem cum Procilio? ipsus est: certè ipsus est.*

*O Cæsar, ô mi Procili, saluete exoptatissimi.*

*Cæ. Salu sis: saluum te redire totus gestio Titi.*

*Nam ad summam latitiam, quam capio ex hac victoria, Titi,*

*Accedit non minor hæc, quod vos ambos incolumes recipio.*

*Vbi autem Ariouistus? ubi uxores? Ti. Ambae periere in fu-  
ga.*

*Earum una Sueua fuit natione, Norica altera:*

*Regis Voccionis soror: à fratre missam sibi, quam duxerat*

*In Gallijs: tum filiarum occisa altera, capta altera.*

*Pr. O factū benè. Ti. Rex ipse pescatoriā nactus scapham,*

*Ad ripam Rheni deligat am, ea profugit. Pr. olim ita*

*Xerxes flagellatum traiecit Hellespontum è Gracia*

*Rediens in Persidem, sine copijs, sine omni exercitu.*

*Adeo fortuna lubrica est: nec immota teneri potest.*

*Nam si ne pedibus est: qua pennas tantum & manus habet.*

*Cum porrigit manus, plantas quoq; comprehendere non  
sinit.*

*Cæ. Mutabiles sunt & breues humanarum rerum vices:*

*Nec ulli simpliciter una eademq; indulget felicitas.*

*Ti. Insigne certè exemplum fragilitatis humanae ob oculos*

*Versari cernimus, cùm Regem hunc Ariouistum cernimus.*

*Quare in secundis rebus nihil in quenquam consulere decet:*

*Nec presenti fortuna confidere: cùm, quid vesper ferat,*

*Incertum sit: Hic enim vir erit tandem fortis, cuius ani-  
mum*

*Nec fors aduersa infringet, nec prospera statu suo efferet.*

**Cæ.** Ego sanè quod ad me attinet, & humana semper sum  
memor

**Infirmitatis, & vim fortune animo reputo: &**  
**Omnia, quæcunq; agimus, subiecta mille casibus non nescio.**  
**Sed eamus intro, & confessis duobus bellis maximis,**  
**Lati consumamus hunc diē, & reliqua huius anni tempora.**  
**Ti.** Spectatores, non est, quod expectetis frustra, Nasuam;  
Dum redeat hūc cum Suevicis auxilijs, uti promiserat.  
Nam prælio hoc trans Rhenum nunciato, Suevi & Teutoni,  
Qui ad ripas Rheni venerant: domum cœpere reuertier:  
Quos ubi, qui proximi Rhenum incolunt, sensere exterritos  
Mox insecuti, magnum è fugientibus occidere numerum.  
Quod reliquum est, si placuimus, & si est ocium, plausum  
dare.



## ELEGIA DE BELLO HELVETICO, è primo comment. Cæs, libro.

**H**elveti aggredior causas memorare duelli,  
Et durum antiqui dicere Martis opus.  
Alme parens hominum, maioribus annue cæptis:  
Ne graue pes Elegus ferre recuset onus.  
Regni Orgetorix feruente cupidine raptus,  
Hostica Santonicus finibus arma parat:  
At sibi Casticum percusso fadere iungit:  
Cui Catamanteles Sequanus ante pater.

Dum-

Lumnorigis item presenti pignore firmat,  
 In se animum: magno factus amore sacer.  
 Illi persuadet, regno ut potiatur aucto:  
 Euic: premat ut sceptris Aedua rura suis.  
 Ipse fanul patriæ summas affectat habenas:  
 Santonico dominus iura daturus agro.  
 Que postquam, cupidus bellandi, Helvetius ausa  
 Comperit, infidum poena secur a virum est.  
 Haud minus in ceptis alacres tamen omnibus instant:  
 Exuruntq; suos, gens furibunda, lares:  
 Ac socijs demum vicino à limite lectis,  
 Allobrogum fines, quâ via lata, petunt.  
 Cesar tibi Ausonij procul hoc cognovit in oris.  
 Gallica precipiti fertur in arua gradu:  
 Allobrogésque subit, Rhodanus qua stagna Lemanni  
 Deserit, & vastas gurgite voluit aquas.  
 Euocat huc sparsas per Gallicarura cohortes,  
 Auulsoq; hosti ponte retardat iter.  
 Bis poscunt humiles illi transire: bis illis  
 Abnegat occluso tramite Cesar iter.  
 Inde viam vi pertent ant: sed ab amne repulsi  
 Anfractu longo Sequana rura petunt.  
 Hic vbi Dumnorix aperit, cum pace sequestra,  
 Aeduus innocuam trita per arua viam.  
 Ut ventum ad cultos, quos gens habet Aedua fines:  
 Protinus infestum depopulantur agrum.  
 Diripiuntq; lares: captiuaq; corpora ducunt:  
 Infelix populus Cesaris orat opem.  
 Haud mora: pe trumpunt Ararim terna agmina iunctio  
 Lintribus: arborea pars rate sulcat aquas.

Quarta cohors fluuij ripam Tigurina tenebat:  
 Dum reliquum oppositam tangeret agmen humum.  
 Obruit hanc fido Labienus milite cinctus,  
 Palantesq; viros hinc necat, inde fugat.  
 Mittitur extemplo princeps Diuico, petitum  
 Gallica pro populo rura laremq; suo.  
 Sed renuit Cesar: partesq; intentus in omnes  
 Quà datur, infesto pralia Marte facit.  
 Restamen vna premit, magnorum prima malorum  
 Seua comes, bello non toleranda fames.  
 Concilio socios tunc lecto incusat iniquos:  
 Quod non promisso stet sua pacta fides.  
 Aedius excusat Liscus, seseq; tuetur:  
 Et Dunnorigis crimen id esse docet.  
 Cum Diutiacus frater pro fratre querendo  
 Ingemit: & veniam supplice voce rogat.  
 Omnibus in melius, duce & auspice Cesare, versit.  
 Iamq; solo fruges suppeditante nouas:  
 Protinus in seum Cesar proficiscitur hostem:  
 Et montem, sub quo sederat ille, subit.  
 Huc signis motis Labienus ad ardua montis  
 Clam venit: inq; alto vertice castra locat.  
 Considius vanis implet rumoribus aures:  
 Atq; hostem summo dicit adesse iugo.  
 Vertit humum Cesar, seseq; in tuta receptati  
 Consequitur mataris hostica turba suis.  
 Vix equites primo Tigurinis Marte resistunt:  
 Instauratq; aciem Cesar, & vitor adest.  
 Iamq; volant pila: & miles, conuersus in hostem,  
 Pralia nudato cominus ense gerit.

Parte

## DE BELLO HELVETICO.

55

Pars bona diffugiunt: Sed Boii acresq; Tulingi  
Restituunt aciem bellipotente manu.  
Hos armis reprimit Cæsar: bifidaq; cohorte  
In celerem vertit barbara terga fugam.  
Castra petunt omnes, carrosq; ignobile vallum:  
Ancipiitq; diu prælia Marte gerunt.  
Donec Cæsareas victoria latet coronas  
Tandem aquilas, hostem sed fuga turpis habent.  
Illi palantes ad Lingonis arua feruntur:  
Pars etiam Rheni littora nota petunt.  
Sed trepido à cursu sub Cæsaris ora retracti,  
Flebile supplicium, quod meruere, luunt.  
Pars assignata potitur telluris amore:  
Pars patriam rursus cogit ura domum.  
Sic graue principium peior fortuna secuta est,  
Nam plerunq; ingens exitus orsa probat.

## ELEGIA DE BELLO GERMANICO, EX EODEM Libro.

T E quoq; prisca cauam Rex Ariouiste, tuosq;  
Aduersos casus, & graue Martis opus:  
Quando Cæsareis victus legionibus olim  
Vertisti Aruerno terga pudenda solo.  
Est opera pretium veteres cognoscere casus:  
Et nostra exemplo fatigauere tuo.  
Postquam Germanos pater incusasset iniquos  
Aedius, atq; Italiam vocè rogasset opem:

Cæsar,

Casar, amicorum cladem miseratus inultam,  
     Suspicit in Latiam Gallica corda fidem.  
 Haud mora, legatos ad regem mittit iniquum:  
     Qui certa pacem conditione petant.  
 Ille furens animi cœpto persistit eodem:  
     Et bellum demens Ariouistus amat.  
 Obuius at Casar munit Vesontica vallo  
     Mœnia: quem contra Teutona turba fremit.  
 Exemplò Ausionios trepidus pauor occupat artus.  
     Nam metuunt hostem Duxq; comesq; trucem,  
 Vix timidas Casar vocum dulcedine mentes  
     Erigit, ac pauidos incitat ore viros.  
 Mittitur hinc Rheni vastis orator ab oris:  
     Aptaq; colloquio tempora ritè petit.  
 Non renuit Casar, que commoda, tempora fandit:  
     Et regem contra regia verba facit.  
 Ille autem dudum conceptas asperat iras:  
     Exercetq; graues ductor ut ergo minas.  
 Tum quoq; Germanus miles confurgit ad arma:  
     Colloquiūq; furens dissipat istud opus.  
 Rex fraudem occultans legatos mittere pergit:  
     Mittit legatos Casar & ipse suos.  
 Cum feramens regis contra iura omnia missos  
     Legatos manicis, compedibusq; ligat.  
 Castra exinde mouet, sed Casar in omnia promptus,  
     Hinc acies, illinc castra subinde locat.  
 Pugna fit ad vallos aequo Mauorte, sed hostem  
     Casaris ex acie fata maligna trahunt.  
 Quippe nefas erat, ante nouæ noua cornua Luna,  
     Germanos bello conseruisse manum.

Ergo

Ergo Teutonia redeunt in castra cohortes:  
 Demere iam vultus Sole parante suos.  
 Postea lux cælo vix densam amouerat umbram,  
 Instructaque acie Casar in armaturit.  
 Nec minus in Latium signa infert Teutonus hostem  
 Et celeri subito colla phalange premit.  
 Cornua dextra labant acies: Romula retrorsus  
 Gens acta, & multo vulnere lassa cadit.  
 Subsidio donec, veniens ibi Crassus equestris,  
 Verteret in celerem barbaræ terga fugam.  
 Balantes tota insegitur dux Teutonas ora  
 Italus: infelix Atrio iste fugis.  
 Vna amba pereunt, bina cum coniuge, nata:  
 Teutoniamque pauor plurimi opplet humum.  
 In nunc: Ausonias Germanæ lacesse cohortes:  
 Hic solet euentus copta nefanda sequi.

## ELEGIA FVNEBRIS IN MORTE FILIOLAE AGNETIS.

**M**Epotquam liuornatali Academicus ora  
 Expulit, & furias addidit Aula suas:  
 Quatuor interea consors mihi pignora lechi,  
 Heu quam diuersis procul orta locis.  
 Utque locis peperit toto procul orbe remotis,  
 Sic ea non vna mors tumulauit humo.  
**D**OROTHEAE Carni prima est mihi nata Labaci,  
 Pura ubi fontanæ labitur vnda Saui.  
 Hac eadem Diui iacet ad sacra limina Petri:  
 Expectans redditum Christe benigne tuum.

altera

*Altera post reduci mihi BARBARA nata Tübinger;*

*Ingrato patria dormit humata solo.*

*Tertius ANDREAS patre editus exule, matrem*

*Heu profugam è patrio concomitat ut agro:*

*Vagitusq; suum querens, gemitusq; parentem,*

*Bohemia tandem lumina clausit humo:*

*Hic vbi Casariam liquido secat agmine Pragam*

*Muldaus, & vstreas Albidos auget aquas.*

*Nunc tu Brunopoli mihi blandula nascitur AGNES:*

*Et tristem me hilaras, exilioq; leuas.*

*Qualiter aqua uero proles numerosa Iacobo,*

*Venturi generis spes animusq; fuit:*

*Cum fugeret diri crudelia tecta Labani,*

*Horrificas focero ponè tonante minas.*

*Sed nondum attigeras quarti primordia mensis:*

*Cum, fato mortem non remorante, cadis.*

*Heu spes fallaces, portu qua sàpè sub ipso*

*Naufragium passa, rot super astis aquas.*

*Indideram nostræ, nomen tibi dulce parentis:*

*Nam genitrix Agnes viuit, & una soror:*

*Sexaginta Agnes egressa superuenit annos:*

*O auia neptis grata futura tua.*

*Creuisti subito, ceu pleno Delia cornu:*

*Inq; tuo nusquam corpore menda fuit.*

*Iam risu charam poteras agnoscere matrem:*

*Figentem roseis basia mille genis.*

*Martua iam tecum reddebas signa loquenti:*

*Inq; tuo nutu sermo venustus erat.*

*At postquam sanæ conuersa est orbita vite,*

*Et morbus viræ capit habere suas.*

*Quam*

Quām citō formosi mutata est oris imago?  
 Quām subitō facies emaciata fuit?  
 Sic quā mane nouo campus rosa surgit amoenis,  
   Vespere mox sero, flore cadente, perit.  
 Multa quidem medicina fuit quasita doliri,  
   Sed tamen auxilium nulla medela tulit.  
 Paonio primum pulsā est Epilepsia succo:  
   Inde locum ambrosiae febris anhela dedit.  
 Tandem terribilis concusit viscera tuſsis,  
   Quam nullo iuuit pharmaciopola modo.  
 Hec vitam demum iugulato gutture fregit,  
   O quanto tuſsis constitit egra bono!  
 Sed tamen hoc melius: Domini quia facta voluntas:  
   Ille dedit vitam, sustulit ille datam.  
 Quid? quodd ab istius tulibet cladibus cui,  
   Mutasti vitam cum meliore tuam.  
 Nunc procul à patria corpus tellure quiescit,  
   Et procul à reliqui: quos dedit una parentes.  
 Sed quocunq; solo iaceas post funera vita:  
   In gremio eiusdem matris, ybiq; iaces.  
 Omnis terra Dei est, terra omnes deniq; partes:  
   Hec puncti ad cœlos vnius instar habet.  
 Pascere liuor edax, & casu pascere nostro:  
   Hec mihi fortuna est, te tua fata manent.

F I N I S.







